
image
not
available

1.2.75

Digitized by Google

SELECTARUM

ROTÆ FLORENTINÆ

DECISIONUM

THESAURUS

EX BIBLIOTHECA

IOHANNIS PAULI OMBROSI

IURISCONSULTI, ET IN FLORENTINA CURIA

ADVOCATI

TOM. V.

CUM INDICE MATERIARUM

LOCUPLETISSIMO.



FLORENTIÆ)o(MDCCLXXV.

EX TYPOGRAPHIA BONDUCCIANA

Sub Platea Sancti Apollinaris

CENSORIBUS ADPROBANTIBUS.

ILLUSTRISSIMO VIRO

PETRO BROGIANI

ROTÆ FLORENTINÆ

AUDITORI MERITISSIMO

ET SUÆ REGIÆ CELSITUDINIS

CONSILIARIO IUSTITIÆ.

IO. FRANCISCUS BARTOLINI TYPOGRAPHUS

DEVOTUS NOMINI VIRTUTIQUE EIUS.



QUINTUM hoc Volumen Theſauri Deciſionum Rotæ Florentinæ, Tuo nomini decreverat inſcribere, incæptum opus peragens, Clariſſimus Iuris-Conſultus, tuique amiciſſimus, Advocatus Ioannes Paulus Ombroſi, Curiæ noſtræ decus & ornamentum ampliſſimum. Quod Ipſe mente agitaverat, ac morte raptus immatura, perficere non potuit, ego volun-

tatis eius recte conſcius, id tibi iure præſtandum eſſe exiſtimavi. Et ſane debitum erat obſequium hoc tibi, qui Legum ſtudiis navaſti operam quam diligentiſſimam, qui tuis Iuriſprudentiam ſcriptis exornaſti, qui ſingularem doctrinam ſumma cum integritate coniunxiſti; cuius denique Vota, & Reſponſa maxima in æſtimatione habita ſunt. Aſſertionis huiuſce veritatem luculenter oſtendit Sanctiſſimi Pontificis O. M. Benedicti XIV. Decretalis Epiſtola, qua, interrogante Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo noſtro Archiepiſcopo Florentino Franciſco Caietano Incontri, iuxta tuum votum tunc temporis Florentiæ typis editum, Canonicam quæſtionem non antea deciſam, Suprema ſua Pontificia Sanctione definivit, atque conſtituit, tuum votum dilaudans, & approbans, tuique nominis honorifice meminit. Quam Decretalem Epiſtolam Florentiæ primum typis impreſſam, ipſe Summus Pontifex poſtea retulit ordine quartam Bullam in tomo ſecundo ſui Bullarii, Editionis Romanæ. Grande hoc tuæ ſcientiæ teſtimonium eſt; laudari a tanto Pontifice, cuius geſta, doctrinam, vitæque integritatem Poſteritas omnis venerabitur. Quid mirum ergo, ſi cum cauſas perorares Advocatus in hac Florentina Curia, per multos annos, in gravioribus, ac difficillimis negociis tuendis, ac pertractandis adſumptus fueris? Quid mirum, ſi Tu qui veram, ac genuinam iuriſprudentiam excoluiſti, quam e Philoſophorum fontibus Viri ſapientes hauſerunt, ita excelleres, & ſcribendi præſtantia, & diſſerendi eloquentia, & rationum pondere, ac fundamentis, quibus tua undique pollent, & enitent ſcripta, tam ſapienter excogitata, ac mirabiliter expolita. Quamobrem cum excellenti doctrina præditus eſſes, tam præclaris ſuffultus meritis, & eximia virtutis indole præeunte, iure merito Maieſtas Franciſci Cæſaris, Te in Rotæ Senenſis, dein in Magiſtratus Par-

tis,

tis Guelfæ Florentiæ Tribunal, ad Iuriſdicendi dignitatem evexit? Quæ quidem munera, quum Bonorum omnium gaudio, & admiratione expleveris, Regia Celſitudo Petri Leopoldi, Etruriæ felicitati divinitus dati, Te ad Rotam Florentinam extulit; ubi ita Te geris, ut nemo doctrinam, nemo diligentiam, fidem, ac moderationem animi tuam deſiderare potuerit. Nolim equidem tibi moleſtæ meæ laudes accidant, præſertim quum a vana levique gloria captanda vel maxime abſis. Verum ita ſentio, ita mihi perſuaſi, eum, qui Iudicis officia, & partes ita ſemper tueatur, ac præſtet, ut Tu digne agis, aut nihil, aut certe non admodum, a ſummorum eſſe debere Hominum perfectione diſiunctum. Etenim in iſto munere, ea ſæpius occurrunt, ut ſi paululum Iudex, aut a doctrina, aut a morum probitate deflectat, toti Civitati detectus, ac velut in propatulo eſſe videatur. Quum igitur in Te, tuiſque Iudiciis, nemo hactenus reprehendere quidquam Iure potuerit, quem Te eſſe dicam, aut quibus laudibus efferam? Hoc equidem doctrinæ tuæ, atque honeſtatis tuæ argumentum tanti facio, ut reliquas laudes tuas ſilentio præterire ſatius exiſtimaverim. Ea igitur animi tui comitate ac benevolentia, quæ tuo ſemper ineſt ingenio, non dubito, quod initio proponebam, quin & gratum futurum ſit munus quod offero, & officium hoc qualecunque meum, libenti animo ſis accepturus. Erit enim Sapientiæ tuæ tanti illud facere, quanti Clariſſimus Advocatus Ombroſi faciendum iudicavit. Erit Humanitatis Tuæ, eum qui tibi offert, quod gratiſſimum tibi fore putavit, benigna voluntate complecti.

Dabam Florentiæ Kalendis ſextilibus
anno a reparata ſalute 1775.

INDEX ARGUMENTORUM *SINGULARUM DECISIONUM*

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Decis. I.

CASTROCARIEN. Fideicommiſſi 10. Maii 1633. ex lib. mot. 109. p. 421. cor. Mercuriale Merlino.

ARGUMENTUM.

AFfinium appellatione veniunt conſanguinei ex uſu loquendi Notariorum, & Teſtatorum, maxime ſi vocati ſint affines venientes ab inteſtato, & Teſtator Uxorem non habeat. Alienationes primæ imputantur in detractiones, & ſtante omiſſione Inventarii præſumuntur illas æquare. Legitima favore Matris eſt prohibita vigore Statuti Caſtrocari. Fructus ab hærede percepti imputantur in Trebellianicam, etiam ſi agatur de Matre Fideicommiſſo gravata, & a die motæ Litis veniunt in reſtitutione.

Decis. II.

FLORENTINA Maioratus de Iocundis die 2. Ianuarii 1637. ex Tom. V. lib mot. 112. a 531. cor. Hieronimo Pucci.

ARGUMENTUM.

STante expreſſa, & ampliſſima prohibitione locandi Domum extra Familiam facta a Teſtatore cum pœna privationis in caſu contraventionis putificatur Fideicommiſſum contraventionale per locationem factam extraneo, abſque eo, quod ſuffragetur, vel conſenſus limitatur vocatorum, vel limitatum Principis Reſcriptum, vel neceſſitas, aut aliæ iuſtæ cauſæ, de quibus in Deciſione.

Decis. III.

Florentina Fideicommiſſi 19. Octobris 1640. ex lib. mot. 114. a 396. cor. Marcello de Pretis.

ARGUMENTUM.

GRavatus reſtituitur in integrum ad novas detractiones faciendas, etiam poſt quam acquievit ſententiæ latæ ſuper earum quantitate ſi hæ proveniant ex inſtrumentis noviter

repertis. Explicatur Statutum *lib. 2. rubr. 115.* quomodo in hoc caſu ſit intelligendum. Hæres quando non dicatur gravatus in bonis propriis; Facultas alienandi inter comprehenſos ſtante prohibitione reali non tollit Fideicommiſſum, & ex quo dicatur realis.

Deciſ. IV.

FLORENTINA Donationis diei 18 Ianuarii 1606. cor. Audit. Valentino Farinola.

ARGUMENTUM.

FUrioſus, qui non eſt ſuus hæres, non tranſmittit hæreditatem, vel Fideicommiſſum univerſale, quod agnoſcere non potuit, ſecus legatum, vel Fideicommiſſum particulare. Donatio cum pacto reverſivo ſi ſine liberis donatarius deceſſiſſet, revertitur ad donantem, etiamſi liberi nati fuerint, ſed poſtea ante donatorem deceſſerint. Plura de Atiliano Tutore, & an adire poſſit hæreditatem ſine beneficio Legis, & Inventarii, quando eſt creditor hæreditatis.

Deciſ V.

FLORENTINA Fideicommiſſi 6. Maii 1641. ex lib mot. 114. p. 589. cor. Audit. Tarquinio Comuni.

ARGUMANTUM.

SImplex uſus rei quando dicatur legatus, quando vero etiam proprietas ad exornationem *theor. Bartol. in Leg. donationes §. ſpecies ff. de donat.* Alienatio facta contra expreſſam prohibitionem Teſtatoris eſt ipſo iure nulla, & alienatum ſtatim vindicari poteſt.

Deciſ. VI.

FLORENTINA Bonorum 27. Aprilis 1644. ex lib. mot. 112. p. 293. cor. Audit. Hieronymo Canoſſa.

ARGUMENTUM.

RE, & verbis coniunctus acquirit portionem Collegatarii per Ius accreſcendi, licet Collegatarius prædeceſſerit hæredi, aut Teſtatori. Et ex quibus talis coniunctio reſultet.

Deciſ. VII.

FLORENTINA Legati 18. Ianuarii 1647. ex lib. mot. 118. a 474. cor. Audit. Carolo Blanchellio.

ARGUMENTUM.

IUs accreſcendi locum habet inter plures legatarios verbis coniunctos ceſſante omnimoda diſiunctione reali, ſraut non ſufficiat ſola diſtributio partium per quotas. Defenditur opinio *Bartol. in Leg. re coniuncti 87. num. 27. ff. de legat. 3. contra gloſſ. in Leg. mævio 42. in prine. ff. de legat. 2. & Bellon. de iur. accreſc. cap. 5. qu. 17.*

17. n. 9. & ſeq. & quæſt. 38. a num. 25.

Deciſ. VIII.

EADEM ELORENTINA Legati 18. Ianuarii 1647. ex lib. mot. 118. a 474 cor. Audit. Carolo Blanchellio.

ARGUMENTUM.

CONiecturæ adductæ ad excluſionem Iuris accreſcendi contra firmata in præcedenti Deciſione reprobantur.

Deciſ. IX.

EADEM FLORENTINA Legati 18. Ianuarii 1647. ex lib. mot. 118. a 474. cor. Aud. Carolo Blanchellio.

ARGUMENTUM.

IUri accreſcendi non cenſetur renunciatum per enunciativam appoſitam in Inſtrumento, quod medietas prædii ſpectaret ad hæredem. Plura de confeſſione iuris erronea, quod confitenti eiuſque hæredibus non noccat. Fructus a die litis conteſtatæ omnino veniunt in reſtitutione.

Deciſ. X.

FLORENTINA Decoctionis 8. Aprilis 1655. cor. Audit. Valentino Farinola.

ARGUMENTUM.

PEr diſpoſitionem Statuti Florentini *rubr.* 9. quo diſponitur Forenſibus in Iudicio Concurſus ex bonis decoctorum adminiſtrandam eſſe iuſtitiam ſecundum Ius Comune, & Leges Imperiales, non eſſe eos cœtetis creditoribus præferendos ſtatuitur; Non obſtante argumento deducto a *rubr.* 10. dicti Statuti, quo cavetur creditores ex cauſa dotis, tutelæ, & curæ, quibus pariter redditur iuſtitia ſecundum Ius Comune, aliis creditoribus eſſe præferendos: Imo licet Forenſes prævenerint Florentinos creditores in conſecutione Sententiarum, quas ad ſui favorem obtinuerunt pro liquidatione, & executione ſui crediti.

Deciſ. XI.

EADEM FLORENTINA Decoctionis 8. Aprilis 1655. coram Audit. Valentino Farinola.

ARGUMENTUM.

PRobatur ex obſervantia longa, nec interrupta itidem creditorem hypothecarium non eſſe, qui nulla hypotheca munitur, & nonnulla de diſcrimine inter obligarionem per viam guarantigiæ, & obligationem cameralem; reſpondetur denique non obſtare *Statut. Commun. Florent. rubr.* 13. *lib.* 4. cuius diſpoſitione inducta videtur tacita hypotheca.

Decis. XII.

FLORENTINA Bonorum ſive præt. Fideicomm. 24. Iulii 1656. ex lib mot. 115. p. 488. cor. Aud. Innocentio Meſſini.

ARGUMENTUM.

FIdeicommiſſum, & alienationis prohibitio directa ad liberos unius Matrimonii non extenditur ad liberos alterius. Caducato uno gradu ſubſtitutionis an, & quando ſubintret ſequens.

Decis. XIII.

FLORENTINA Molendini 9. Auguſti 1656. ex lib. mot. 123. pag. 412. cor. Audit. Barthol. Bononio.

ARGUMENTUM.

NAturalis Flaminis curſus immutari nequit, minus vero Flumen derivare licet in agrum alienum ibi effoſſo novo alveo; Quando ſecus, concordantur *Textus Leg 1 §. neratius ff de aqu. pluv. arc. & Leg. 2. §. pen. ff. eod.*

Decis XIV.

FLORENTINA Nullitatis Apocæ ex lib. mot 116. a 504. lata diei 29. Februarii 1663. cor. Flaminio Burgheſio.

ARGUMENTUM.

VEnditio ob defectum notificationis, & regiſtrationis Scripturæ intra menſem a die celebratæ ad mentem Statuti de Gabellis nulla eſt, ideoque ex illo contractu agi nequit: Quod procedit etiamſi venditio fuerit conditionalis, quoties continet quid certum, & licet apocha fuerit iurata; nec reſtitutio in integrum locum habet ex clauſula *ſi qua mihi*, niſi probata concludenter ignorantia venditionis, quamvis agatur de tertio.

Decis. XV.

FLORENTINA Depoſiti 16. Ianuarii 1668. ex lib. mot. 117. pag. 350. coram Audit. Coſmo Farſetti.

ARGUMENTUM.

COnſors qui ſe velle emere declaravit in vim iuris congrui ſibi competentis ex diſpoſitione *Statut. Florent. rubr. 109. lib. 2.* & ob id depoſitum fecerit, poteſt impune ab emptione recedere.

Decis. XVI.

LIBURNEN. Executionis ex lib. mot. 118. a 122. die 22. Februarii 1674. cor. Aud. Camillo Finetti.

ARGUMENTUM.

CAmbium maritimum non continetur in prohibitione iuris canon. in *cap. naviganti de uſur.* quod declaratur remiſſis cam-

cambii fructibus ſub conditione dummodo debitor ſolverit ſortem intra menſes, ſi poſt annum non ſolverit non amplius eum iuvat iſta remiſſio, etiamſi Creditor non interpellaverit. Promittens cambium maritimum his verbis „ *arrivato che farò quà a buon ſalvamento con detta mia Nave* „ *prometto pagare ec.* „ denegare nequit reſtitutionem cambii maritimi, eo quod cum Navi ob longam navigationem quaſſata Portum appulerit.

Deciſ. XVII.

BURGI S. LAURENTII. Retractus 1. *Auguſti* 1681. *lib. mot.* 130 *pag.* 209. *coram Audit. Coſmo Farſetti.*

ARGUMENTUM.

INcraturæ ius habens in aliqua Apotheca, cum habeat Ius in re dicitur Conſors, adeoque ei ius Retractus competit iuxta diſpoſitionem Statuti Florentini *lib* 2. *rubr.* 109. & præfertur in concurſu Vicini, vel Conſortis mediante muro communi in alienatione ipſiuſmet Apothecæ. In alienatione vero Domus, quæ eidem Apothecæ muro communi mediante finitima fit, ſed cum ipſa Apothea nullam habeat communionem, non præfertur intratutarius Apothecæ vero Domino Fundi, qui domui alienandæ muro communi mediante cohæreat.

Deciſ. XVIII.

PISTORIEN. Domorum 28. *Maii* 1685. *cor. Audit. Sebaſtiano de Martinis.*

ARGUMENTUM.

EVicta re permutationis titulo ſubrogata Fideicommiſſo datur Fideicommiſſario regreſſus ad bona alienata, non obſtante Reſcripto Principis pro Fideicommiſſi alienatione, quod ex vitio ſubreptionis, defectu citationis omnium vocatorum, & non adimplemento conditionum in eo appoſitarum non ſuffragatur, & ſignanter ex defectu utilitatis, & ex quibus utilitas excludatur.

Deciſ. XIX.

LIBURNEN. Literarum Cambii Veneris die 28. *Junii* 1686. *cor. Aud. Æneæ Cavalcanti.*

ARGUMENTUM.

DEciditur ex facti circumſtantiis late perſpenſis Giratarium Literæ cambiariæ exigere recte poſſe valorem Literæ licet girans eiuſdem valorem non exegerit ab eo, qui cum Giratarii debitor eſſet eamdem giram favore Creditoris ad extinguendum ſuum debitum procuravit, ſtante huius decoctio-

ne ſequuta intra dilationis terminum ei a Girante conceſſum.

Deciſ. XX.

FLORENTINA Immiſſionis 13. Auguſti 1688. ex lib. mot. 132. p. 469. cor. Audit. Enea Cavalcanti.

ARGUMENTUM.

ALienario bonorum fideicommiſſi pro ære alieno Teſtatoris ſolvendo, & cum expreſſa facultate ab eo conceſſa, non ſubſtinetur ceſſantibus ſolemnitatibus, & bona fide, & ex quibus iſta excludatur, & reſpective conſtet de animo evertendi fideicommiſſum.

Deciſ. XXI.

EADEM FLORENTINA Immiſſionis 13. Auguſti 1688. ex lib. mot. 132. p. 469. cor. Aud. Enea Cavalcanti.

ARGUMENTUM.

REtentio datur poſſeſſori pro creditis, & melioramentis. Fructus in reſtitutione fideicommiſſi veniunt a die Litis conteſtatæ. Reconventio coram Iudice appellationis, & reviſionis locum non habet, & quando ſecus. Cætera patent ex ſummario.

Deciſ. XXII.

FLORENTINA SUCCESSIONIS 12. Septembr. 1692. ex lib. mot. 133. pag. 586. cor. Audit. Sebaſtiano Marini.

ARGUMENTUM.

LIber dicitur ſuſpectus de falſo ex lituris, vel alterationibus numerorum, ex quibus illi fides denegatur. Fideicommiſſum caducatur ob præmorientiam ſubſtituti: Maſculi per duplex medium fœmininum an & quando non veniant appellatione deſcendentium maſculorum.

Deciſ. XXIII.

FLORENTINA Annuæ Præſtationis 29. Iulii 1695. lib. mot. 135. pag. 11. cor. Audit. Alexandro Bellùzi.

ARGUMENTUM.

ONus Legatario, ſeu Fideicommiſſario particulari in Teſtamento impoſitum repetitum cenſetur etiamſi poſtea in Codicillis in alium conferatur Legatum, ſeu particulare Fideicommiſſum.

Deciſ. XXIV.

PETRÆ SANCTÆ PRÆTENSÆ Succeſſionis. die 9 Septembris 1695. cor. Audit. Aſcanio Venturini.

ARGUMENTUM.

IN bonis Matris ab inteſtato defunctæ filiæ, quæ æque ac filii ſuccederent de Iure comuni,

per

per Statutum Petræ Sanctæ exiſtentibus maſculis ſi ſint dotatæ de bonis Patris nil ultra petere poſſunt, & ſi non eſſent dotatæ dotari ſolum debeant arbitrio rrium ex melioribus propinquis. Quæ hoc caſu de inapplicabilitate Statuti dici poſſent mirifice enucleantur. Subſtitutis filiis, & deſcendentibus, per verba hæc, quæ ſui natura comprehenderent maſculos, & fœminas, vigore dicti Statuti fœminæ non cenſentur vocatæ niſi poſt maſculos.

Deciſ. XXV.

FLORENTINA DONATIONIS 24. *Maii* 1697. *ex lib mot.* 135. *a* 527. *cor. Audit. Sebaſtiano Marini.*

ARGUMENTUM.

DOlus, & circumventio in donante concludenter probari debet nec ſufficit ſola donantis affectio, & nonnullæ aliæ circumſtantriæ, quæ late perpenduntur. Ingratitudo donatarii ad revocandam donationem qualis eſſe debeat innuitur, ac ſimul traditur non poſſe ingratitudinem allegari per hæredem donantis, ſi hic vivens, eam opponere neglexerit. Diſpoſitiones ſenum, quando per reſtitutionem in integrum reſcindi mereantur, nec ne?

Deciſ. XXVI.

FLORENTINA INTERESSE ſeu Pecuniaria 3. *Aprilis* 1699 *ex lib. mot.* 136. *pag.* 231. *cor. Audit. Zaccaria Seratti.*

ARGUMENTUM.

EMptor ob pretium non ſolutum, & quod inveſtire tenebatur in Locis Montis Pietatis an teneatur Venditori ad fructus recompenſativos iuxta diſpoſitionem *Leg. curabit Cod de act. empt.* vel potius ad fructus reſtaurativos, & intereſſe lucri ceſſantis. Damnum contingens in redditibus Locorum Montis diminutis poſt moram Emptoris in deponendo an ſpectet ad Emptorem, vel ad Venditorem. Plura de mora Debitoris, & quomodo, & quando in mora conſtitutus dicatur. Promiſſio incerta quoad quantitatem quomodo certificetur, & probetur. Producens ſcripturam an poſſit eam in parte approbare, & in parte impugnare. Taxatio intereſſe ad rationem qninque pro centenatio an ſit valida, moderata, & verifimilis. Repetitioni indebiti, vel imputationi an, & quando locus ſit. Initium, & origo, vel potius eventus attendi debet in contractibus ad illorum validitatem, vel invaliditatem agnoſcendam.

Deciſ. XXVII.

FLORENTINA NULLITATIS Donationis.... 1709. cor. Audit. Ioſepho Ciampellio.

AR-

ARGUMENTUM.

LAte oſtenditur nullitas donationis univerſalis a muliere factæ pro extraneo cum excluſione nepotum ex filio, pluribus coniecturis ad id comprobandum relatis, inter quas traductione mulieris extra loeum Statuti, & Inſtrumenti celebratione Domi Teſtatoris, cœteriſque aliis, quæ donationem fraudibus, & dolo extortam eſſe convincunt.

Deciſ. XXVIII.

FLORENTINA NULLITATIS die 31. Martii 1711. cor. Audit. Aſcanio Venturini.

ARGUMENTUM.

CAptura quæ reſultat ex Sententia quæ ex actis non iuſtificatur, uti nullitatis vitio laborans nulla declarari debet, & Actor in expenſis eſt condemnandus. Sententia quando non dicatur ex actibus iuſtificari. Emptor quando dicatur ignorare qualitatem ſui venditoris Depoſitio textis vel in totum eſt acceptanda, vel in totum reiicienda. Iudex quando debeat iudicare ſecundum acta, & probata. Ubi conceſſa eſt executio iam per capturam conſumata admittendæ non ſunt novæ probationes ad effectum iuſtificandæ Sententiæ. Sententia abſque probationibus an poſſit eſſe valida, *Statut. Mercantiæ lib. 2. rubr. 7.* ex quo prohiberur agendo, nec exeipiendo allegari poſſe nullitatem Sententiarium in eo foro latarum, quomodo ſit intelligendum.

Deciſ. XXIX.

MONTIS POLITIANI Fideicommiſſi die 17. Iulii 1711. coram. Audit. Ioſepho Ciampelli.

ARGUMENTUM.

TRanſactio ſuper Fideicommiſſo quando omnes Succeſſores, etiam ex propria perſona venientes, valeat afficere, & quando, & quomodo pro receſſu a lite utilis, & valida dici debeat.

Deciſ. XXX.

ARRETINA PRÆTENSI Fideicommiſſi die 12 Septembr. 1711. cor. Audit. Andrea Farſetti.

ARGUMENTUM.

DEſcendentia, & indentitas familiæ pro ſuccedendo in Fideicommiſſo familiæ relicto, ex quibus ſufficienter probetur. Plura de linea contentiva proxima, & remota, & quando fœmina veniat appellatione proximioris de familia.

Deciſ. XXXI.

EAD. ARRETINA PRÆTENSI Fideicommiſſi die 12 Septembris

bris 1711. cor. Aud. Andrea Farſetti.

ARGUMENTUM.

VOcato proximiore intelligitur per vulgarem non per fideicommiſſariam, etiam in contractu, & etiam ſi in alio contractu ſubſequenti addita ſit clauſula in *infinitum*, quæ non eſt declaratio, ſed nova diſpoſitio in præiudicium præcedentis perfectæ donationis non attendenda, & an vocatis proximioribus per fideicommiſſum cenſeantur vocati ſoli deſcendentes, ſive etiam tranſverſales. Agnationis contemplatio ex quibus reſultet, ſive excludatur.

Deciſ. XXXII.

MONTIS SANCTI SABINI cenſus die 21 Aprilis 1718. cor. Aud. Io. Baptiſta de Cerretanis.

ARGUMENTUM.

EX quo centenario curſu temporis, in quo non apparet ſolutos fuiſſe fructus Cenſus creati per publicum Inſtrumentum, otitur ius debitori allegandi centenariam pro concludenda cenſus extinctione a iure admiſſa, tam adverſus hæredes creditoris, quam adverſus eius ſucceſſores in Fideicommiſſo. An debitor, qui ſubiecit bona ſua concurſui univerſali creditorum, remaneat dominus bonorum, & poſſit excipere adverſus creditores, vel ſpolietur actionibus tam activis, quam paſſivis. Cœtera habentur ex ſummario.

Deciſ. XXXIII.

FLORENTINA PECUNIARIA 29. Martii 1719. cor. Audit. Iacobo de Comitibus.

ARGUMENTUM.

PLures in hac Deciſione afferuntur caſus, in quibus emens a Fiſco non acquirit ſecuritatem a moleſtiis creditorum anteriorum ad limitationem *Text. in Leg. bene a Zenone Cod. de quadrien præſcript.* & concord. & explicatur Statutum Florentinum *lib. 2. rubr. 99.* & aliud *lib. 2. rubr. 57.* nec non Lex Unionis Magiſtratuum Capitaneorum Partis, & Officialium Fluminum de die 18. Septembris 1549.

Deciſ. XXXIV.

FLORENTINA Cambiarum 19. Maii 1719. lib mot. 142. 803. coram. Audit. Iacobo de Comitibus.

ARGUMENTUM.

COmpenſatio ſit legis miniſterio ad ſiſtendum curſum uſurarum, & Cambiorum, nec excluditur, ex traditione pecuniæ cum declaratione „ *per ſtare a caleolo* „ quæ potius importat extinctionem debiti, quam

quam pignoris dationem,& contraria declarantur. Plura de atteſtationibus Mercatorum, eorumque ſtylo, & quid & quantum ſit eis deferendum in materia litterarum cambii.

Deciſ. XXXV.

EADEM FLORENTINA Cambiorum die, & anno iiſdem coram Audit. Iacobo de Comitibus.

ARGUMENTUM.

DOcte, & ſubtiliter, evacuantur obiecta adducta contra fundamenta præcedentis deciſionis, & opportune plura de ceſſione extintiva ad quid proſit, & quando facta cenſeatur, itemque nonnulla de depoſito irregulari, & de Mercatoribus præcipue Florentinis valde notabilia afferuntur.

Deciſ. XXXVI.

FLORENTINA Relevationis 11. Iunii 1719. coram Audit. Iacobe de Comitibus.

ARGUMENTUM.

FIſcus, & quiliber privatus vendens iure creditoris non tenetur de evictione niſi fuerit expreſſe promiſſa. Proviſores Magiſtratuum an abſque licentia Sereniſſimi Magni Ducis poſſint promittere evictionem, vel pretii reſtitutionem; & an ceſſante promiſſionis efficacia Fiſcus teneatur de iure reſtituere pretium receptum ex contractu, quem impugnat.

Deciſ. XXXVII.

FLORENTINA PECUNIARIA 4. Iul. 1721. lib. mot. 143. a 315. coram Audit. Octavio Vaſoli Piceninſ.

ARGUMENTUM.

EXaminatur Reformat. 20. Auguſti 1565. rubr. 15. & firmatur non poſſe minores 22. anni ſine Iudicis Decreto ad Cambium recipere, vel ſua bona hypothecare. Examinatur etiam Rubr. 115. libro 2. Statuto Florentino circa obligationem Mulierum, & reſolvitur quod Decretum interpoſitum a Magiſtratu ad unum effectum, & ad unum actum non poteſt deinde ad alium extendi tamquam ſtrati iuris.

Deciſ. XXXVIII.

FLORENTINA LEGATI Veneris 11. Septembr. 1711. coram bonemem Audit. Manilio Urbani.

ARGUMENTUM.

AN, quando Sorores Tertiariæ Divi Dominici, ſive Divi Franciſci, vulgo *Pinzochere*, capaces ſint legatorum relictorum pro Monachatu, ſeu pro Matrimonio temporali, vel ſpirituali late examinatur, & reſolvitur.

DE-

Decis. XXXIX.

FLORENTINA INTRATURÆ. diei 6 Septemb 1723. cor. Aud. Manilio Urbani.

ARGUMENTUM.

STatutum Universitatis Medicorum, & Pharmacopolarum *Civitat. Flor. rubr. 25. delle Botteghe, e pigioni* Ius intraturæ impertitur omnibus artificibus eidem Arti, & Universitati suppositis, dummodo apothecas conductas per quinquennium retinuerint, idque indiscriminatim intelligitur de quibuscumque apotecis ut hic firmatur.

Decis. XL.

FLORENTINA LEGATI super Fructibus diei 19. Iulii 1724. cor. Audit. Francisco Xaverio Gori.

ARGUMENTUM.

FUsius, & magistraliter in hac Decisione firmatur quod fructus a Possessore non sunt a die motæ litis restituendi, sed a die, quo idem Possessor fuit in positiva mala fide per exibitionem clari iuris ab Actore factam, constitutus.

Decis. XLI.

FLORENTINA PRÆTENSÆ Exemptionis 15. Martii 1730. coram Audit. Iacobo de Comitibus.

ARGUMENTUM.

IMmunitas debita Patri ob numerum duodecim liberorum a quibus oneribus eum liberet. Illo mortuo an duret in Filiis, & an extendi valeat ad bona, quæ post Patria obitum Filii acquisiverunt, ad exornationem celebris *Text. in Leg. si quis Decurio* 24. *Cod. de Decurion. lib.* 10.

Decis. XLII.

EADEM FLORENTINA Prætensæ Exemptionis Super Iure non scripto, & consuetudinario huius Inclyti Dominii eadem. die 15. Martii 1730. coram Audit. Iacobo de Comitibus.

ARGUMENTUM.

COnsuetudo cuiuslibet Regionis, & Principatus principaliter attendenda in regulanda huiusmodi Immunitate, quænam temporibus Florentinæ Reipublicæ viguerit, quænam temporibus Principatus, ubi de limitatione invariabiliter observata restringendi gratias ad sola bona paterna supplicantibus Filiis post mortem Patris. Plura adducuntur de rescriptis iuxta solitum Principis rescribentis intelligendis.

Decis. XLIII.

EADEM FLORENTINA Prætensæ exemptionis super observantia Re-

Reſcripti ead. 15. Martii 1730. coram Audit. Iacobo de Comitibus.

ARGUMENTUM.

OBſervantia Immunium declarat immunitatis conceſſionem, & per quod tempus continuantes in ſolutione onerum proprio iuri præiudicent. Indebitum in materia gravedinum & collectarum quando ſit per repetentem plene, & concludenter probandum, quando non.

Deciſ. XLIV.

FLORENTINA RESTITUTIONIS in Integrum diei 5. Iulii 1730. coram Advoc. Equ. Io. Franciſco Quarateſi.

ARGUMENTUM.

EX diſpoſitione *Statuti Florentini lib. 2. rubr. 57.* firmatur venditionem bonorum debitoris favore Creditorum factam non aliter tenere, quam niſi præcedat, æſtimatio, & hæc per duos Loci peritos ubi bona ſunt ſita perficiatur. Conceſſa facultas intelligitur prout de iure exerceri ſolet. Mandatum regulatur generaliter a voluntate mandantis.

Deciſ. XLV.

LIBURNEN. Alimentorum diei 4. Martii 1731. coram Cancell. Franciſco Fabrini.

ARGUMENTUM.

FIliæ alimenta debentur primo per excluſionem a ſucceſſione Patris, cui donec nuprui tradatur relicta ſunt ex diſpoſitione *Statuti Florentini lib. 2. rubr. 129.* ſecundo per *auth. res quæ Cod. comm de Leg. &c.* cuius diſpoſitio ad alimenta extenditur; denique ex impulſu charitatis in Patruo ex Lege Divina, Civili, & Canonica. Quid alimentorum nomine veniat, & quomodo alimenta taxari debeant reſolvitur. Alimenta principio anni debentur & ſi facti quæſtionem involvant, ſumma quædam aſſignatur in cauſam declarandam. Diſtinguitur denique quando in domo alentis, vel ubi alimetarius velit præſtari debeant.

Deciſ. XLVI.

FLORENTINA nullitatis obligationis diei 17. Septemb. 1740. coram Audit. Marco Philippo Bonfini.

ARGUMENTUM.

EX diſpoſitione *Statut. Florent. rubr. 115. lib. 2.* contractus Mulieris de obligatione dotis, niſi utiles fuerint, corruunt licet intervenerit Iudicis decretum, & Patris, & Mulieris iuramentum, ſimiliter ſi facti fuerint ſub falſa cauſa. Ubi de inefficaci obligatione dotis pro negociatione, utilitas enim, & dam-

damnum eque imminere poteſt, quod procedit etiam in Tutoribus, & Curatoribus quoad pecunias pupilli. Decoctus non præſumitur occultaſſe libros, quando nulla præſertim ei utilitas obventura eſſet.

Deciſ. XLVII.

FLORENTINA Sindicatus diei 31. Auguſti 1742. cor. Advocat, Ioanne Meoli.

ARGUMENTUM.

PEr diſpoſitionem Statuti Mercantiæ lib. 3. rub. 3. de Ceſſantibus tolluntur hypothecæ in bonis decoctorum, & quare. De quibus loquatur Statutum, & quid requiratur ut competat, an omnes actus, ab aliquo facti mercantiles dici poſſint, an ſpes lucri in Mercatore neceſſario exigatur: notorium quomodo conſtituatur: denique an cum per graduatoriam procedatur convolari ad Sindacatum poſſit.

Deciſ. XLVIII.

FLORENTINA Fideicommiſſi diei 29. Septemb. 1750. coram Audit. Ioanne Meoli.

ARGUMENTUM.

QUamvis Bona Fideicommiſſo ſubiecta avulſa fuerint pro dote, & augmento dotali reſtituendo, attamen non poteſt immiſſio denegari Hæredi Fideicommiſſario, quoties in Iudicio excorporationis nec verificatus fuit ſubſidii caſus propter deficientiam Inventarii Bonorum Mariti prædefuncti, nec habita ratio fuit congruitatis augmenti dotalis, nec ſervatus eſt ordo inter plura Fideicommiſſa, utpote, quia, prætermiſſo paterno, dos avulſa fuerit ex materno, nec ullum ex Decreti verbis appareat veſtigium quod Iudex voluerit excorporationem concedere, quinimo ex toto eiuſdem Decreti contextu, & conſecutiva obſervantia clare pareat Bona Fideicommiſſi non tamquam vincula, ſed tamquam libera fuiſſe diſtracta, & quod maximum eſt ex circumſtantiis, coniecturiſque probetur Decretum excorporationis, quamvis adeſſet, vitio colluſionis laborare.

Deciſ. XLIX.

FLORENTINA Retractus diei 28. Septemb. 1751. coram Cane. Ant. M. Montordi.

ARGUMENTUM.

INtratutarius, qui ex diſpoſitione Statuti Florentini *lib. 2. rubr. 109.* ratione condominii ſeu conſortii ius retractus acquirit non fruitur iſto iure ob defectum avviamenti, & connexionis apothecarum, quæ non probatur, præſertim ex diverſa earum deſtinatione multoque minus iure Retractus frui poteſt

Con-

Conductor Magazeni ab apotheca ſeiuncti, in quo nullatenus acquiri valet intratura productiva condominii, & conſortii.

Deciſ. L.

FLORENTINA Annuæ Præſtationis diei 23. Sept. 1754. coram Illuſtriſs. D. Audit. Ioſepho Bizzarrini.

ARGUMENTUM.

SI Patruus in Matrimoniali ſcriptura Nepotis ſui Sponſæ promiſerit decens tractamentum, ſi pro eo Maritι bona non ſufficerent, eveniente viduitatis caſu, viroque decoctore mortuo, habet Vidua in Bonis Patrui hypothecam a tempore Matrimonialis Contractus pro eo conſequendo, quod promiſſum fuit.

Deciſ. LI.

EADEM Quoad Taxationem tractamenti, & hypothecam eadem diei 23. Sept 1754. cor eod. Illuſtriſs. D. Aud. Ioſepho Bizzarrini.

ARGUMENTUM.

LAtiſſime agitur de taxatione, & qualitate tractamenti, quod nobili Viduæ debetur. Agitur quoque, an ei competat hypotheca in Bonis Patrui, qui tractamentum promiſit, ſi promiſſio hæc non fuerit regiſtrata in libris Gabellæ Contractuum. Et quæſtio affirmative reſolvitur.

Deciſ. LII.

ARETINA Emphyteuſis, & Laudemiorum diei 31 Ianuarii 1755. coram Audit. Ioanne Meoli.

ARGUMENTUM.

SI deperditum fuerit originarium Emphyteuſis inſtrumentum, requiritur pro conſequendo Laudemio urgentior probatio, quam pro exigendis annuis præſtationibus. Huiuſmodi tamen probatio deduci poteſt etiam contra Tertios ex libris bene tentis Eccleſiæ, vel Monaſterii, per quos appareat de inveterata canonum exactione, ac de præciſo Emphyteuſis titulo, præſertim ſi ad hunc oſtendendum concurrat tum modicitas canonum, tum eorum ſolutio in ſingulos annos, & in certa ſpecie, tum particarum regiſtratio in libro Emphyteuticarum conceſſionum, tum conſuetudo dandi in emphyteuſim alia bona in eodem Territorio ſita. Ex quibus excludatur apodiatitia, & locatitia Bonorum natura?

IN-

INDEX DECISIONUM

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR PER DIOECESES.

ARretina Emphyteuſis, & Laudemiorum 31. Ian. 1755. coram Audit. Ioanne Meoli *pag.* 635.

Arretina Prætenſi Fideicommiſſi 12. Septembris 1711. cor. Audit. Andrea Farſetti *pag.* 334.

Eadem Arretina Prætenſi Fideicommiſſi eod. die, & anno cor. eodem *pag.* 348.

Burgi S. Laurentii Retractus 1. Aug. 1681. lib. mot. 130. pag. 209. cor. Aud. Coſmo Farſetti *pag.* 183.

Caſtrocarien. Fideicommiſſi 10. Maii 1633. ex lib. mot. 109. pag 421. cor. Mercuriale Merlino *pag.* 1.

Florentina Annuæ Præſtationis 23 Septembris 1754. cor. Illuſtriſs. Dom. Aud. Ioſepho Bizzarini *pag.* 622.

Eadem Florentina Annuæ Præſtationis quoad taxationem tractamenti, & hypothecam eodem die, & anno cor. eodem *pag.* 628.

Florentina Annuæ præſtationis 29. Iul. 1695. lib. mot. 135. pag. 11. cor. Aud. Alexandro Belluzi *pag.* 258.

Florentina Bonorum 27. Aprilis 1644. ex lib mot. 112. pag. 293. cor. Aud. Hieronymo Canoſſa *pag.* 51.

Florentina Bonorum ſive præt. Fideicom. 24. Iulii 1656. ex lib. mot. 115. pag. 488. cor. Aud. Innocentio Maſſini *pag.* 143.

Florentina Cambiorum 19. Maii 1719. lib. mot. 142. pag. 803. cor. Aud. Iacobo de Comitibus *pag.* 398.

Eadem Florentina Cambiorum eodem die, & anno cor. eodem *pag.* 412.

Florentina Donationis 18. Ianuar. 1606. cor. Aud. Valentino Farinola *pag.* 36.

Florentina Decoctionis 8. Aprilis 1655. cor. Aud. Valentino Farinola *pag.* 119.

Eadem Florentina Decoctionis eodem die, & anno cor. eodem *pag.* 127.

Florentina Depoſiti 16. Ian. 1668. ex lib. mot. 117. pag. 350. cor. Aud. Coſmo Farſetti *pag.* 173.

Florentina Donationis 24. Maii 1697. ex lib. mot. 135. pag. 527. cor. Aud. Sebaſtiano Marini *pag.* 280

Florentina Fideicommiſſi 19. Octobris 1640. ex lib. mot. 114. pag.

pag. 396. cor. Marcello de Pretis *pag.* 22.
Florentina Fideicommiſſi 6. Maii 1641. ex lib. mot. 114. pag. 589. cor. Aud. Tarquinio Comuni *pag.* 46.
Florentina Fideicommiſſi 29. Septembris 1750. cor. Aud. Io. Meoli *pag.* 578.
Florentina Immiſſionis 13. Auguſti 1688. ex lib. mot. 132. pag. 469. cor. Aud. Ænea Cavalcanti *pag.* 214.
Eadem Florentina Immiſſionis eodem die, & anno cor. eodem *pag.* 228.
Florentina Intereſſe ſeu Pecuniaria 3. Aprilis 1699. ex lib. mot. 136. pag. 231. cor. Aud. Zacaria Seratti *pag* 293.
Florentina Intraturæ 6. Septemb. 1723. cor. Aud. Manilio Urbani *pag.* 457.
Florentina Legati 12. Septembris 1721. coram Audit. Manilio Urbani *pag.* 435.
Florentina Legati ſuper Fructibus 19. Iulii 1724. cor. Aud. Franc. Xaverio Gori *pag.* 465.
Florentina Legati 18. Ian. 1647. ex lib. mot. 118. pag. 474. cor. Aud. Carolo Blanchellio *pag.* 63.
Eadem Florentina Legati eodem die, & anno cor. Eodem *pag.* 89.
Eadem Florentina Legati eodem die, & anno cor. Eodem *pag.* 104
Florentina Maioratus de Ioeundis 2 Ian. 1637. ex lib. mot. 112. pag. 531. cor. Hieronymo Pucci *pag.* 6.
Florentina Molendini 9 Auguſti 1656. ex lib. mot. 123. pag. 412. cor. Aud. Bartholomæo Bononio *pag.* 152.
Florentina Nullitatis Apocæ ex lib. mot. 116. pag. 504. lata die 29. Febr. 1663. cor. Flaminio Burgheſio *pag.* 162.
Florentina Nullitatis Donationis ..... 1709. cor. Aud. Ioſepho Ciampellio *pag.* 307.
Florentina Nullitatis Obligationis 17. Septembris 1740. cor. Aud. Marco Philippo Bonfini *pag.* 532.
Florentina Nullitatis 31. Martii 1701. cor. Aud. Aſcanio Venturini *pag.* 320.
Florentina Pecuniaria 29. Martii 1719. cor. Aud. Iacobo de Comitibus *pag.* 384.
Florentina Pecuniaria 4. Iulii 1721. ex lib. mot. 143. pag. 315. cor. Aud. Octavio Vaſoli Piccinini *pag.* 430.
Florentina Prætenſæ Exemptionis 15. Martii 1730. cor. Aud. Iacobo de Comitibus *pag* 490.
Eadem Florentina Prætenſæ Exemptionis ſuper Iure non ſcripto, & conſuetudinario huius Incliti Dominii eodem die, & anno cor. Eodem *pag.* 500.
Eadem Florentina Prætenſæ Exemptionis ſuper obſervantia reſcripti eodem die, & anno cor. Eodem *pag.* 509.
Florentina Relevationis 11. Iunii 1719. cor. Aud. Iacobo de Comitibus *pag.* 426.
Florentina Reſtitutionis in integrum 5. Iulii 1730. cor. Advo-

vocato & Eq. Franc. Quarateſi *pag.* 512.
Florentina Retractus 28. Septembris 1751. cor. Cancellario Ant. M. Montordi *pag.* 611.
Florentina Sindicatus 31. Auguſti 1742. cor. Advocato Ioan. Meoli *pag.* 550.
Florentina Succeſſionis 12. Septembris 1692. ex lib. mot. 133. pag. 586. cor. Aud. Sebaſtiano Marini *pag.* 241.
Liburnen. Alimentorum 4. Martii 1731. cor. Cancellario Franciſco Fabbrini *pag.* 516.
Liburnen. Executionis ex lib. mot. 118. pag. 122. die 22. Febr. 1674. cor. Aud. Cammillo Finetti *pag.* 176.
Liburnen. Literatum Cambii Veneris 28. Iunii 1686. cor. Aud. Æneæ Cavalcanti *pag.* 196.
Montis Politiani Fideicommiſſi 17. Iulii 1711. cor. Aud. Ioſepho Ciampelli *pag.* 327.
Montis S. Sabini Cenſus 21. Aprilis 1718. cor. Aud. Ioan. Baptiſta de Cerretanis *pag.* 364.
Petraſanctен. Prætenſæ ſucceſſionis 9. Settemb. 1695. cor. Aud. Aſcanio Venturini *pag.* 265.
Piſtorien. Domorum 28 Maii 1685. cor. Aud. Sebaſtiano de Marinis *pag.* 185.

OBſervandum eſt ne is Iudex detur, quem altera Pars nominatim petat; id enim iniqui exempli eſſe Divus Hadrianus reſcripſit,
Ita Calliſtratus in Libro primo quæſtionum relatus in *Leg. Obſervandum* 47. *ff. de Iudiciis*.

DE quibus Cauſis ſcriptis legibus non utimur, id cuſtodiri oportet, quod moribus, & conſuetudine inductum eſt, *Leg. De quibus ff. de Legib*

SELECTARUM

ROTÆ FLORENTINÆ

DECISIONUM

THESAURUS

TOM. V.

DECISIO I.

CASTROCARIEN. FIDEICOMMISSI

10. *Maii* 1633. *ex lib. m.* 109. *p* 421. *cor.* MERCURIALE MERLINO.

ARGUMENTUM.

AFfinium appellatione veniunt conſanguinei ex uſu loquendi Notariorum, & Teſtatorum, maxime ſi vocati ſint affines venientes ab inteſtato, & Teſtator uxorem non habebat. Alienationes primæ imputantur in detractiones, & ſtante omiſſione Inventarii præſumuntur illas æquare. Legitima favore matris eſt prohibita vigore Statuti Caſtrocari. Fructus ab hærede percepti imputantur in Trebellianicam, etiam ſi agatur de matre fideicommiſſo gravata, & a die motæ Litis veniunt in reſtitutione.

SUMMARIUM.

1 *Ad probandum aliquem eſſe de ſanguine, vel parentela Teſtatoris non requiritur probatio gradus.*

2 *Probans ſe conjunctum in aliquo gradu præſumitur proximior, donec contrarium probetur.*

3 *Identitas bonorum plene probatur ex confessione Adversarii.*
4 *Appellatione affinium ex consuetudine Notariorum, & Testatorum sæpe veniunt consanguinei.*
5 *Et quidem non ex imperitia, sed ex recto loquendi usu.*
6 *Testator vocans quos de iure intelligitur vocare succedentes ab intestato.*
7 *Non secundum dispositionem iuris communis, sed iuris municipalis.*
8 *Etiam si Statutum sit correctorium iuris communis, & de rat. n. 9.*
10 *Descendentes ex fœminis excluſi censentur, quando ipsæ fœminæ fuerunt excluſæ, & de ratione. Plus effectus esse non debet in causato, quam sit in causa.*
11 *Affinium appellatione eo magis veniunt consanguinei, si Testator non habuit uxorem, & de ratione.*
12 *Liber æstimi probat identitatem bonorum fideicommissariorum.*
13 *Primæ alienationes imputantur in causam detractionum. Et præsumuntur illas æquare, & absorbere, stante omissione Inventarii.* & num. 15.
14 *Dicens aliquem hæredem probare tenetur.*
16 *Statutum Castroearii excludens matrem propter agnatos usque ad quartum gradum excludit etiam a legitima.*
17 *Fructus ab hærede percepti imputantur in Trebellianicam.*
18 *Amplia etiam in matre fideicommisso gravata.*
19 *Fructus veniunt in restitutione a die motæ Litis.*
20 *Amplia ut nec reus se excusare valeat sub prætextu ignorantiæ, vel detractionum.*
21 *Vel ex capite bonæ fidei.*
22 *Amplia ut Iudex condemnare valeat ad fructus etiam si petiti non fuerint.*
23 *Absolutio fit ab expensis, quando materia est dubia, & coniecturata.*

VEntuta de Ventureſiis de anno 1574. ſuum condidit Teſtamentum, in quo hæredem inſtituit Dom. Thereſiam eius matrem, donec, & uſque quo vixerit, poſtque illius mortem ſubſtituit Dom. Conſtantiam, & Dom. Annam eiuſdem Teſtatoris ſorores pariter donec vixerint, quibus defunctis ſubſtituit conſanguineos per hæc præciſa verba „ ivi „ Poſt mortem „ illarum ſubſtituit hæredes conſanguineos, ſeu conſanguineum, „ & ad quos, ſeu ad quem d. hæreditas de iure ſpectat, & per„ tinet, videlicet proquinquiorem, ſeu propinquiores in gradu „ affinitatis ex latere maſculino, & ex legitimo matrimonio pro„ creatos, ſeu procreandos dicti Teſtatoris in ſtirpes, & non in „ capita, & eos, & quemlibet eorum ad invicem, & viciſſim ſub„ ſtituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. „

Obiit

Obiit primo loco d. D. Thereſia mater d. Teſtatoris, & fuit purificata ſucceſſio ad favorem dictarum Conſtantiæ, & Antoniæ quæ in dicta hæreditate ſucceſſerunt.

Prædeceſſit D. Conſtantia ſuperſtite Antonia, quæ ultimo loco de anno 1626. deceſſit; Quare fuit apertum fideicommiſſum ad favorem proximiorum dicti Venturæ Teſtatoris, ad quod petierunt coram D. Iudice Terræ a Sole admitti Camillus, & alii litis conſortes de Venturelſiis agnati, & d. Teſtatoris conſanguinei.

Pro parte Pauli Ravaglioli, & eius Filiorum hæredum prædictæ Antoniæ ultimo loco defunctæ, & poſſeſſores bonorum fuerunt datæ plures oppoſitiones.

Prima quod dicti Venturelſii nullo modo poſſint ad dictum fideicommiſſum admitti, ſtante quod ipſi poſſeſſores ſunt proximiores ex latere fœmineo, cum ſint ex dicta Antonia Sorore Teſtatoris Neptes.

Secunda quod pro parte ipſorum ſunt ante omnia faciendæ detractiones Legitimæ, & Trebellianicæ, & Dotium Thereſiæ Matris Teſtatoris, ob quas detractiones ſolet dari manutentio hæredi, & denegari immiſſio ſubſtituto.

Quibus tamen non oſtantibus dictus Dominus Iudex ad favorem dictorum de Venturelſiis pronunciavit, a cuius Sententia appellarunt dicti de Ravagliolis, & hodie propoſita per me cauſa, placuit Dominis meis dictam Sententiam confirmare. Conſideratum enim fuit pro parte dictorum de Venturelſiis probata fuiſſe probanda, nempe quod illi ſint conſanguinei Teſtatoris, non tantum per illum gradum probationis, quia ſunt de parentela Teſtatoris, iuxta tradita per *Gaſp. Ant. Theſaur. qu. 61. n. 11. lib. 1. & per Menoch.* 1
conſ. 816. n. 37. Mareſcott. var. reſolut. reſolut. 1. cap. 70. Peregr. de fideic. art. 43. n. 60. Seraphin. dec. 1219. num. 1. Cavaler. dec. 575. n. 7. ſed etiam probando explicite certum, & determinatum gradum, quo caſu præſumuntur proximiores, niſi contrarium pro- 2
betur *Surd. conſ. 241. n. 26. & dec. 106. n. 8. Fuſar. conſ. 5. n. 29. & 30. conſ. 15. n. 17. 18. Rot. apud Coccin. dec. 351. n. 6.* & fuit bene firmatum in *Bononien. fideic. de Catane. 12. Iunii 1615. verſ. ideo cum iam fuerit cor. R. P. D. Pirocene.*

Item bona, quorum petierunt immiſſionem poſſeſſa fuiſſe per 3
Dominum Venturam Teſtatorem, quia Dominus Paulus reſpondendo poſitionibus hoc expreſſe fuit faſſus, quæ confeſſio plene probat huiſumodi Fideicommiſſi identitatem *Abb. in cap. quamvis n. 4. de re iudic.* & in terminis *in Romana fideicom. de Victoriis 9. Decembris 1626. in prine. cor. R. P. D. Merlino.*

Nec obſtare fuit dictum, quod Teſtator non vocaverit ſimpliciter conſanguineos, ſed cum qualitate propinquiores in gradu affinitatis.

Quia fuit responsum per illa verba *in gradu affinitatis* intellexisse de ipsiusmet consanguineis in gradu proximioribus, quod manifestissimi infrascriptis rationibus probari dicebatur.

4 Primo quia hic est modus loquendi notariorum, & ipsorummet Testatorum, qui vocando affines intelligere volunt consanguineos, ut bene tradit *Peregrin. de fideic. art. 22. num. 40. in fin.* ibi, quod est notandum, quia sæpe Testatores, & Notarii imperiti in Testamentis, & in aliis actibus affines accipiunt pro consanguineis, idem tradit *Simon. de Pret. de ult. volunt. fol. 288. n. 14. Fusar. de subst. qu. 370. n. 2.*

5 Sed imperitiæ Notariorum non esse adscribendum hoc genus loquendi bene deduxit *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. n 20*, ubi dicit, quod pro consanguineis tam antiqui, quam doctissimi aliarum rerum scriptores verbum *affines* susceperunt, ut probari inquit *in Leg. ult. ff. ubi pupilli educ. deb. & in Leg. Ius familiarum Cod de religio. & sumpt. fun. Leg. si mulier ff. de donat. inter vir. & uxor. & in Cod. 1. quæst. 3. in Cod. hæc salubriter 35. quæst. 8.*

Secundo probatur quia prius vocavit consanguineum, seu consanguineos, & postea subdit ad quos, vel ad quem de iure hæreditas spectat, & quidem non potest intelligi, & referri nisi ad agnatos, quales sunt dicti de Venturesiis, qui cum sint intra quartum gradum, secundum ius Canonicum ad formam Statuti Castrocarii patriæ dicti Testatoris dd. Filias Antoniæ excludunt, ut d. Statuto sancitur; cum autem ad successionem vocat Testator
6 quos de iure intelligitur vocare succedentes ab intestato *Cæphal. cons. 739. per tot. Fusar. de substit. qu. 377. n. 1.* non secundum
7 dispositionem iuris communis, sed iuris municipalis *Ias. in Leg. omnes populi in 2. lectura num. 28 ff. de iust. & iur. Socein. Iun. cons. 51. n. 18. 33. lib. 4. Carpan. ad Statut. Mediolan. Cod. 278. n. 43. Brun. de Stat. art. 5. qu. 12.* cum aliis allegatis *per Fusar.*
8 *qu. 377. n. 2.* & procedit etiam quando Statutum sit correctorium dispositionis iuris communis, late *Socein. iun. d. cons. 51. lib. 4.*
9 quia Testator creditur magis se voluisse conformare cum Statuto, quam cum dispositione iuris communis *Fusar. d. qu. 377. n. 4. 5.*

Tertio, & id magis comprobari dictum fuit cum Testator respexerit ad agnationis conservationem cum fœminas Sorores ex-
10 cluserit, ex quo in vita tantum substituit; unde eorum etiam descendentiam excluisse pro certo firmandum est, ne alias melioris conditionis sint, illi, qui a fœminis proveniunt, quam ipsæ fœminæ, ut in fideicommisso animadvertunt *Dec. in cap. in præsentia n 49. de probat. Surd cons. 316. n. 7. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 26. n. 15. Ioseph. Rustich. in Leg. cum Avus Cod. 16. lib. 6 n 1.*

& per

& per tot. ubi movetur pluribus rationibus, & ſignanter, quia non debet eſſe plus effectus in cauſato, quam ſit in ipſa cauſa, ut notat *Bald. in Leg. 1. n. 3. verſ. & ideo filia regis ff. de Senat.* dicens, quod ſi filia Regis Franciæ excluditur ob legam ſalicam debent etiam eſſe excluſi omnes eius deſcendentes, & ſic Teſtator in caſu noſtro ad vitam tantum inſtituens fœminas Sorores propter maſculos agnatos videtur excluſiſſe poſt eorum filios favore ipſorum agnatorum maſculorum. 11

Quarto, & ultimo dictum fuit illa verba *in gradu affinitatis*, non poſſe importare propriam affinitatem, eo quia Teſtator nullam umquam duxit uxorem, & ſic nullos umquam potuit habere affines, cum illi proprie dicantur viri, & uxoris cognati *Leg. non facile §. affines ff. de grad. affin. Tiraquell. de retract lignag. dicta gloſſ. 9. num. 20.* ergo per neceſſe d. verba ſunt de agnatis intelligenda.

Quo ad ſecundam propoſitam detractionum exceptionem dixerunt pariter DD. illam non poſſe impedire huiuſmodi immiſſionem.

Siquidem non detractio librarum 500, quoniam dantur probationes libri æxtimi, ex quibus deducitur fuiſſe alienatas octo Tornaturas Terræ de d. fideicommiſſo, qui liber probat identitatem dd. fideicommiſſi, *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. c. 12. n. 46 Cyriac. contr. 204 n 44. Peregr. art 44 num. 7. & 22. Genua de ſcript. privat. lib 5. tit. de lib. æſtim. qu. 1. num. 8 9. 18 Amat. deciſ. Ferrariæ 4 n. 29.* quarum alienatio impedit hodie detractionem dicti crediti propter imputationem, ſive compenſationem, quæ fieri cum illo debet, *ad tradit. per DD. in Leg. marcellus §. uſque ff. ad trebell. Seraphin dec. 321. num. 16.* 12 13

Idem dicebatur quoad Dotem Dominæ Thereſiæ, ſuper qua ulterius dicebatur non conſtare, quod Teſtator eſſet illius debitor, cum non doceatur eſſe patris hæredem, ut neceſſe fuiſſet probare *Iaſ. in Leg. ei qui n. 1. ff. de acquir. hær. Craſſ. §. ſuitas quæſt. 6. num. 5.* 14

Et cum etiam nullum conſtet fuiſſe factum a D. Thereſia inventarium dd. terrarum, alienationes præſumuntur abſorbere omnia dicta credita Dotium, niſi contrarium probetur *Seraphin. dec. 609. n. 6. 7. & in Bononien. de Pretis 15. Maii 1615 cor. Ubaldo & in Romana de Stephanellis 24. Aprilis 1617. cor. Rembold.* 15

Quo vero ad deductionem legitimæ eidem non eſſe locum dictum fuit propter Statutum Caſtrocarii excludens Matrem propter agnatos uſque ad quartum gradum, quod Statutum etiam excludere a legitima tradit *Brun. in tract. quod ſtant Maſc art 9. qu. 1. Tiraquell de iur. primogen. qu. 55. n. 9. Cephal. conſ. 145. n. 9 Menoch. conſ. 206. n. 1.* 16

Quo vero ad Trebellianicam viſum fuit fructus perceptos eſ-
17 ſe imputandos, *Leg. in Fideicommiſſariam ff. ad trebell.* cum aliis
a Thomaſio allegatis *in tract. de Trebell. tract. 5. tit 9. cap. 7.* §.
18 1. *n* 11 & quamvis ſimus in matre fideicommiſſo gravata, *Craſſ.*
§. *Trebellianica qu* 11. *n. 6. Peregr. de fideicomm art. 49. num. 63.*
Mangill de imput qu. 125. n. 25. Thomas d. tit 9 cap. 2. n. 47.

Fuit etiam Paulus Ravagliolus poſſeſſor condemnatus ad fru-
19 ctuum reſtitutionem a die motæ litis, iuxta tradita per *Craſſ.* §.
fideicom qu. 49. n. 4 Peregr. art. 49. n. 85. Fuſar. qu. 626. num.
46 *Rot. in Bononien. fideicom de Turri 24. Ianuarii 1628. cor. Du-*
20 *nozzetto*, a quorum reſtitutione nec ſub clipeo ignorantiæ, vel Iu-
ris ſuper detractionibus excuſari poteſt, *Fuſar. d. qu 626. n. 47.*
21 ubi dicit ſic ſemper vidiſſe praticari. Nec denique ex capite ali-
cuius bonæ fidei, *Peregr. d. art. 49. n. 137. Seraphin. dec 835. n.*
1. 2. *Gabr. conſ. 121. n. 58. lib. 1. Benintend. dec. 20. n. 1.*

Nec obſtare etiam dictum fuit quod dicti fructus non eſſent
22 petiti; quia Iudex poteſt, & debet nihilominus condemnare, *Soc-*
cin. reg. 161. incipit fructus Alex. conſ 184 n. 9. lib. 5. Seraphin.
dec. 170. n. 1. Rot. in Rom. Palatii 30. Maii 1616. cor. Burati. &
in d. Bonon. fideicom. 28. Ianuarii 1628. cor. Dunozzeti.

22a Ex iuſtis tamen de cauſis partem victam ab expenſis abſolvi-
mus, & maxime propter coniecturatam, & dubiam materiam, ut
ex ſupradictis.

Niecolaus Catanius.
Virgilius Vecchius.
Mercurialis Merlinus Relator &c.

DECISIO II.

FLORENTINA MAIORATUS DE IOCUNDIS.

Die 2. Ian. 1637. ex lib m. 112. a 531. cor. HIERONYMO PUCCI.

ARGUMENTUM.

STante expreſſa, & ampliſſima prohibitione locandi Domum ex-
tra familiam facta a Teſtatore cum pœna privationis in caſu
contraventionis purificatur fideicommiſſum contraventionale per lo-
cationem factam extraneo abſque eo, quod ſuffragetur, vel con-
ſenſus limitatus vocatorum, vel limitatum Principis reſcriptum,
vel neceſſitas, aut aliæ iuſtæ cauſæ, de quibus in Deciſione.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Ex prohibitione alienationis cum pœna privationis inducitur fideicommiſſum in caſu contrafactionis ad favorem eius, in cuius gratiam pœna adiecta eſt.*

2 *Vel ad favorem cohæredum, ſeu ſubſtitutorum, ſi non ſit expreſſum ad quem bona alienata tranſire debeant.*

3 *Sola pœna privationis abſque alia cauſa veſtit prohibitionem alienationis, & inducit fideicommiſſum.*

4 *Fideicommiſſum contraventionale ſequuta alienatione a ſubſtituto peti poteſt.*

5 *Pœna privationis incurritur ſequuta alienatione prohibita.*

6 *Pœna incurritur ſolum ex contraventione menti Teſtatoris, non verbis.*

7 *Prohibitio de non locando extra familiam ceſſat, ſi illi de familia noluerint, aut non potuerint conducere.* & n. 10. *prohibita alienatione ſi ille, in cuius favorem facta eſt prohibitio nolit emere, poteſt fieri alienatio in extraneum ibidem.* Declara ut num. 11.

8 *Teſtatoris mentem non obſervans præſumitur eidem odioſus.*

9 *Dictio* niſi *poſt prohibitionem alienandi importat facultatem.*

12 *Facultas alienandi inducta per argumentum a contrario ſenſu trahi debet ad limites verborum, quæ leguntur in ſenſu directo.*

13 *Locatio non dicitur facta in ſpretum prohibitionis, dum facta fuit ſine dolo, & malo animo.*

14 *Et ex quibus dolus, & malus animus excludatur.*

15 *Pœna privationis, ut evitetur, ſufficit cauſa etiam probabilis, & minus iuſta.*

16 *Faciens actum, quem putat licitum, non punitur, etſi reperiatur prohibitus.*

17 *Ex narrativa, vel petitione porrecta in precibus probatur ſcientia contentorum in illis contra petentem.*

18 *Amplia etiamſi preces eſſent ſubreptitiæ, vel per reſcriptum reprobatæ. Eo magis quando vera ſunt expoſita, & petitio exaudita fuerit* ibidem.

19 *Et huiuſmodi probatio eſt adeo efficax, ut non admittatur probatio in contrarium, etiam per teſtes.*

20 *Ignorantia non eſt allegabilis in facto proprio.*

21 *Licentia locandi data ad tempus, poſt tempus cenſetur denegata.*

22 *Reſcriptum non protrahitur ultra tempus conceſſionis.*

23 *Hæres dicitur in dolo locando ſcienter rem locare prohibitam.*

24 *Dolus præſumitur in eo, qui ſpreta prohibitione, ſeu denunciatione contrarium facit.*

25 *Item ex animo lucrandi.*

26 *Succedens in maioratu adſtringitur ad implendam voluntatem Teſtatoris.*

27 *Obli-*

27 *Obligatus ad aliquid faciendum, ſi non facit, præſumitur in dolo.*

28 *In facto negativo non requiritur interpellatio, cum mora ſit illi de directo contraria.*

29 *Locationes ſequutæ contra prohibitionem conſtituunt contravenientem in dolo, & illum in pœnam privationis incidere faciunt.*

30 *Amplia etiamſi intervenerit conſenſus eorum, qui vocabantur in caſu contrafactionis. Cum hoc non obſtante mens Teſtatoris offendatur, & ei odioſi omnes efficiantur.* ibidem.

31 *Quidquid ſit reſpectu renunciantium iuri ſuo, cum ex conſenſu vocatorum non inferatur ad conſervationem mentis Teſtatoris. Vel etiamſi a prædeceſſoribus factæ fuiſſent cum licentia Principis.* n. 37. *Et auctoritates in contrarium declarantur.* num. 43.

32 *Scientia facti excludit omnem errorem.*

33 *Maxime ſi ſit ſpecifica.*

34 *Et ex geminatis Scripturis reſultans.*

35 *Æquivocum non cadit in Scripturis claris, & quæ plures non admittunt interpretationes.*

36 *Oblivio non præſumitur in facto de recenti, & multum notabili; veluti ſi agatur de maioratu.*

38 *Ignorantia iuris non præſumitur.*

39 *Dolus non præſumitur.*

40 *Dolus potius præſumitur, quam iuris error.*

41 *Cauſam erroris non ſufficit allegare, ſed neceſſe eſt probare.*

42 *Plures cauſæ etiam ſimul iunctæ, ſi quælibet inter ſe ſit inſufficiens, non excludunt, ſed potius arguunt dolum.*

44 *Conſentiens locationi prohibitæ cadit a commodo vocationis, nec ob talem contraventionem admitti poteſt.*

45 *Limita ſi locans tali conſenſu uſus non ſit, ex quo a Principe derogationem diſpoſitionis obtinuerit.*

46 *Et dicitur illo non fuiſſe unum, dum non fuerunt adimpleta omnia in dicto conſenſu appoſita.*

47 *Neceſſitas excuſat a caducitate ob contraventionem.* Decl. ut n. ſeq.

49 *Verba* uſufructuetur, *&* poſſideatur *perſonalitatem indicant & ſolum uſum rei.*

50 *Nomen uſusfructus quandoque accipitur pro uſu. Uſus conſiſtit in facto, & eſt conceſſio perſonalis* ibidem.

51 *Uſufructu alicui relicto, & alteri eiuſdem rei cuſtodia dicitur tale relictum continere ſolum uſum.*

52 *Cauſa neceſſaria dicitur reparatio domus.*

53 *Voluntas mera Teſtatoris attenditur dum nullum ſumi poteſt argumentum circa utilitatem eius conceſſionis.*

54 *Teſtator dici non poteſt reſpexiſſe ad utilitatem vocatorum, & conſervationem ſtatus, ubi verba deficiunt.*

55 *Iuſta cauſa alienandi fideicommiſſum probari debet ab allegante ad excludendum dolum. Amplia quod nec paupertas ſuffragetur, ſed neceſſitas manifeſta requiratur, quæ nulla tergiverſatione celari poſſit.* & num. 58.

56 *Articula quandoque capi poſſunt pro confeſſione articulantis.*

57 *Divitiæ, & ſtatus honorificentia probatur ex teſtibus.*

59 *Locatio extra illos de familia.*

60 *Scientia, & conſenſus locationis an arguatur ſaltem tacite ex vicinitate. Itaut decidiſſe dicatur a vocatione in tali caſu ordinata* ibidem.

61 *Scientia præſumpta in præiudicialibus non nocet. Veluti quando agitur de amiſſione iuris quæſiti* ibidem.

62 *Ex ſcientia præſumpta non oritur præſumptio conſenſus, cum duo ſpecialia non admittantur.*

63 *Ex ſcientia, & taciturnitate oritur præſumptio conſenſus etiam in præiudicialibus, quando tacens contradicendo poterat actum impedire.*

64 *Contraria opinio verior eſt, & de ratione. Taciturnitas eſt medium inter conſenſum, & diſſenſum* ibidem. *Secus in his, quæ afferunt damnum.* & num. 66.

65 *Taciturnitas habetur pro conſenſu in his, quæ tacenti afferunt commodum.*

67 *Limita quando cum taciturnitate adiunctus eſſet aliquis actus poſitivus conſenſum indicans.*

68 *Pœna caducitatis, ut cenſeatur remiſſa ex ſcientia, & taciturnitate, expectanda eſt illius mors.*

69 *Intereſſe a die litis conteſtatæ debetur vocato in caſu contraventionis quanti fuiſſet ipſe percepturus.*

70 *Fructus fideicommiſſi non debentur vocato in caſum contraventionis qui percepti fuerunt ab alienante ante declaratam caducitatem.*

DOmini concorditer reſoluerunt Illuſtriſs. Magiſtratui referendum eſſe, prout relatum fuit, eveniſſe caſum fideicommiſſi contraventionalis inducti per D Bartholomæum Iuliani Gualberti Del Giocondo in ſuo Teſtamento condito ſub die 19. Decembris 1553. ſuper eius Domo poſita in populo Sanctæ Mariæ Novellæ, in via, ut dicitur *dell' Amore*, ut latius continetur in d. Teſtamento in actis producto; Dictumque fideicommiſſum purificatum eſſe ad favorem D. Boniannis quondam Iuliani Del Giocondo in Cauſa Actoris, & d. Familiæ Antiquioris, & maioris natu, propter locationes a D. Equite Barrholomæo, alias Baccio quond. Gaſparis Del Giocondo reo convento factas contra expreſſam prohibitionem d. Teſtatoris ab a nno1625. uſque ad hoc tempus di-

ver-

versis personis, & extra familiam, seu casatam illorum Del Giocondo Nam Testator post prohibitionem a se factam ne Domus, de qua agitur, in totum, vel in partem modo aliquo, vel sub aliquo quæsito colore per aliquem, qui de tempore in tempus illam possidebit, vel usufructuabit, venderetur, pignoraretur, nec ad pensionem locaretur, etiam per modicum tempus, nisi illis de Domo Familia, & Casata Del Giocondo, declaravit talem venditionem, pignorationem, vel locationem ipso iure nullam, & nullius valoris efficaciæ, & effectus, & insuper privavit in casu cuiuscumque contrafactionis, quæ fieret per aliquem ex præfatis talem sic vendentem, locantem, seu pignorantem, aut aliter contrafacientem usufructu Domus præfatæ, & voluit Domum devenire in sequentem in gradu, seu aliun antiquiorem, & maiorem natu d. Familiæ.

Ex quorum verborum contextu, satis probati visum fuit, in-
1 ductum esse fideicommissum ad favorem antiquioris, & maioris natu d. familiæ in casu contrafactionis, quia Testator illi videtur providere voluisse, cui pœnam dereliquit, ut probant *Text. in §. fin. instit. de legat. & notata per DD. in Leg. filius familias §. divi de legat. pr. Alex. conf. 57. n. 1. lib. 3. Rol. conf. 84. num. 14. lib. pr. Fusar. de substit. qu. 687. a n. 1.*

2 Sicuti ad favorem cohæredum, vel substitutorum si non adieciisset, ad quem bona alienata in pœnam debuissent pervenire *Leg. uxorem §. hæres de legat. 3. & ibi Bart. & gloss. in d. §. Divi in verbo respectu Bart. in Leg. quoties Cod. de fideicomm. Ruin. conf. 128. n. 11. lib. 1. & conf. 117. n. 5. lib. 2.* vel proximioris ut in casu *Menoch. conf. 1032. n. 12. Fusar. qu. 586.* nam sola pœna
3 privationis, & sine alia Causa pivationis vestiri prohibitionem testatoris, & fideicommissum induci probant *Textus* supra citati *Alex. Ruin. Roland.* & passim alii ultra allegatos per *Fusar. d. qu. 687.*

Quare D. æques supradictus, qui succesisset in d. Maioratu de anno 1621. per mortem Andreæ del Giocondo locando illam a d. anno 1625. usque modo, quod probatum fuit ex locationibus subinde factis, & de quibus in actis, dicitur contrafeciisse, & mentem Testatoris offendisse, & a commodo dd. maiiratus cecidisse,
4 & pœnam privationis incurrisse, & ex talibus locationibus apertum esse fideicommissum, seu Maioratum ad favorem d. D. Boniannis, qui probavit, se post d. Æquitem maiorem natu, & antiquiorum esse d. Familiæ, & Casaræ del Giocondo, *Alex. dicto conf. 5. in prine. lib. 2. & conf. 138. a n. 12. lib. 1. Pariss. conf. 19. a n. 55. lib. 2. & conf. 109. n. 33. lib. 3. Menoch. d. conf. 1032. num. 15. Fusar. de substit. qu. 585. n. 1. n. 15. Rot. dec. 231. n. 3. par. 2. rec.*

5 Per quas locationes diceretur incutrisse quoque pœnam privationis secundum *Menoch. d. conf. 1032. n. 12.* etsi Testator pro-

hibu-

hibuiſſet ſimpliciter locari Domum extra familiam del Giocondo exrationibus adductis per eum ibi.

Nec obſtare viſa fuerunt, quæ proponebantur per DD. Informantes ad ſalvandum d. Equitem a d. pœna, &: Primo pœnam incurri ſolum ab illis, qui offendunt mentem Teſtatoris, non 6
eiuſdem verba, *Iaſon. in d. §. Divi n. 78. in 2. lect. Angel. conſ. 169. n. 1. verſ. adeo, & v. ſic. Soccin. iun. conſ. 28. n. 5. lib. 2. Honded. conſ. 58. n. 25. lib. 1. & conſ. 47. n. 39. l. 2. Rot. dec. 429. n. 3. par. 4. diverſ.* At iſto caſu dici non poſſe offenſam fuiſſe mentem Teſtatoris, quaſi Teſtator locationem non prohibuerit abſolute, ſed ne locaretur, niſi illis de familia, quo circa Domus locata ſi fuiſſet illis de familia ſicuti pœnam privationis D. Eques non incurriſſet, ita nec propter locationes de illa factas perſonis extra 7
familiam incurriſſe, ſtante quod illi de Familia noluerunt, aut non potuerunt illa conducere ex adductis per dd. Informantes, & ita intrare doctrinam *Bartol. in L. codicillis §. inſtitutio de legat. 2. n. 2. Caſtr. in L. quoties n. 4. Cod. de fideic. Soccin. in L. qui Romæ §. hæredes n. 20. ff. de verbor. obligat. Cephal. conſ* 320. *n. 10. Fuſar. qu. 722. n. 11.* qui dicunt prohibita alienatione, ſi cuius favore eſt facta prohibitio nolit emere, licere vendere illis, quorum favore non eſt facta prohibitio.

Quia etſi negari poſſet in facto, fuiſſe dd. de Familia requiſitos ad conducendum, prout vere non fuerunt requiſiti, neque probatum potentes non fuiſſe ad conducendum illam, ut probatur ex proceſſus revolutione, dato hoc tamen ſine veri præiudicio, reſponderur ex verbis teſtamenti ſupra relatis ſatis probari per teſtatorem abſolute prohibitam fuiſſe locationem extra illos de Familia del Giocondo, ut locando aliis, quam illis de Familia D. Eques dicatur offendiſſe, non tantum verba, ſed mentem quo- 8
que teſtatoris, & per eas dici, illum ſpreviſſe, & contempſiſſe, & d. Teſtatori factum odioſum, *Alex. conſ. 138. n. 13. verſ. ſed ita eſt lib 1. Pariſ. d. conſ. 19. n. 36. lib. 2.*

Nec ex eo quod conceſſum legatur locari poſſe Domum illis 9
de Familia, per illam dictionem, *niſi*, ex allegatis per *Decian. conſ. 78. a n. 12. lib. 3. Fuſar. qu. 731. n. 4. & 5.* inferri poteſt, ut conceſsum intelligatur locari quoque aliis potuiſſe extra familiam ſi noluerunt, aut non potuerunt illi de familia eam con- 10
ducere, auctoritate *Bart. in d. §. inſtitutio*, cum aliis concordantiſtat in contrarium allegatis.

Quia *Bart* & præfati loquuntur, quando diſpoſitio teſtatoris 11
ſtat in verbis permiſſivis, vel facultativis circa alienationem, & facultas, ſeu permiſſio reſtringitur ad favorem certarum perſonarum emere nolentium ut declarat *Peregr. conſ.* 58 *a n.* 15 *lib.* 1.
& alios

& alios allegat *Fusar. d. qu.* 722. *n.* 11. at casus noster est satis diversus ab illo *Bartol.* & aliorum, ut clare patet ex verbis testamenti supra relatis, & est eiusmodi, quod si diceretur concessum posse locari illis extra familiam, casu quo recusassent isti conducere, resultaret contrarietas; Nam tacita voluntas, quæ a contrario sensu colligi posse videretur ex illa dictione *nisi* derogaret expressæ prohibitioni, quæ fuit, ne locaretur extra illos de familia, & quodammodo testator diceretur se in continenti corre-
12 xisse, quod non est dicendum, quare concessio locandi domum illis de familia, contineri debet intra limites concessionis, hoc est, si locaretur illis de familia, *Dec. cons.* 38. *n.* 4. *vers. suadetur Mart. de succes. legal. par.* 4. *qu.* 23. *art.* 4. *n.* 14. *Osasc. dec.* 85. *n.* 14. *Fusar. qu.* 736. *n.* 6. *e* 7. *Rot. Roman. in Bononien. fideic. de Elebpantutiis* quæ reperitur impressa per *Giovagnon. cons.* 39. *n.* 43. *lib* 1. *Paris. cons.* 44. *n.* 20. *&* 21. *lib.* 3.

Nec ea, quæ secundo loco adducebantur, visa fuerunt relevantia, nempe in dd. locationibus D. Equitem caruisse dolo, & malo animo, sine quibus dici non posse locationes esse factas in
13 spretum voluntatis testatoris, ut per *Cæphal. cons.* 375. *n.* 38. *Alb. cons.* 97. *a n.* 35. *Fusar. qu.* 718. *n.* 52. *Rot. dec.* 429. *n.* 3. *par.* 4. *divers.* quod deducebatur, &; Primo quia D. Eques antequam ineæpisset locare Domum de anno 1625. iam locaverat ante per triennium in vim benigni reseripti S. C. S. & ante quam illud consequeretur, impetrasse consensum omnium de familia, quæ requisitio, & impetratio consensus, probat voluntatem D. Equitis fuisse servare dispositionem testatoris, quam præsumi debet non mutasse, sed potius errasse, & equivocasse, si dum habebat consensum liberum ab omnibus de præfata familia, & a D. Bonianne limitatum ad triennium continuaverit locare, quasi crediderit sibi sufficere consensum maioris partis, vel oblitus fuerit a D. Bonianne, sibi limitatum præstitum fuisse, vel potius in mentem non ve-
14 nisse prohibitionem testatoris, eum locationes post dictum triennium non inceperint, sed continuaverint in illa veteri licita, *Bart. in Leg. quod ait ff. ad Leg. iul. de adulter. Dec. cons.* 31. *n.* 8. *vers. comprobatur Marsil. sing.* 275. *Cephal cons* 229. *a n.* 1. *lib.* 2.

Secundo quia non obstante d. proibitione testatoris per prædecessores in d. maioratu Domus semper locata fuerit, qua propter D. Eques potuerit errando credere licitum fuisse sibi locare Domum, præsertim cum haberet licentiam, & consensum omnium locandi Domum, licet ab uno limitatam.

Et concludebatur, quando præfatæ causæ minus iustæ viderentur, sufficere probabiles esse ad excusandum d. Equitem a d. pœna
15 privationis *Bart. in Leg. iuste possidet n.* 4. *ff. de acq. possess. & ibi Iason.*

Ioſon. n. 31. *Sur. dec.* 216. *n* 40. & in terminis alienationis factæ contra prohibitionem Teſtatoris, *Honded. conſ.* 58. *num.* 37. *lib* 1. cum faciens actum, quem putat permiſſum non puniatur, etſi prohibitum reperiatur *Bald. conſ.* 243. *in fin. lib.* 4. *Cravet conſ.* 82. 16
n. 31. *Honded. d. conſ.* 58. *n.* 39. *Rot. dec.* 489. *n.* 3. *p* 4. *rec.*

Quia reſponderetur verba teſtamenti circa prohibitionem locationis, & pœnam privationis in caſu contrafactionis eſſe adeo claram, ut mens teſtatoris circa præfata non poſſit obliquari, nec minus in dubium revocari, quin D. Eques ſciret dictam prohibitionem, & privationem dict. caſu; quia ſcientia eiuſdem probatur ex præcibus a ſe porrectis S. C S. in quibus narravit totum tenorem dict. prohibitionis, & privationis in caſu contrafactionis, & petiit de benignitate S. C. S. reſcriberetur a ſe poſſe locari domum abſque incurſu privationis: ex narratis enim, & petitis per D Equitem reſultat contra ipſum plena probatio omnium prædictorum *L. cum* 17
precum Cod. de lib cauſ. Leg. cum precibus Cod. de probat. cum concordat allegat *per Surd. conſ.* 61 *n.* 32. *Rot. dec* 364 *num.* 5. *par.* 2. *recent Geriſpin. conſ.* 11. *n.* 29. *& ſeqq.* dicit præfata ve- 18
ra eſſe, & ſi preces ſubreptitiæ extitiſſent & per reſcriptum fuiſſent reprobatæ, & multo magis quando vera exiſtunt, ut in caſu noſtro, & petitio ad votum ſupplicantis exaudita eſt, licet licentia fuerit ad triennium limitata.

Et iſthæc probatio contra D. Equit. adeo efficax dicenda eſt, 19
ut ad probandum contrarium, nec teſtes induci, nec recipi poſſent, & inducti, & examinati eorum depoſitio nec attendenda eſſet, *Rot de teſtam dec.* 8 *in antiq. Ger. Spin. dict. conſ.* 11. *loco citato Caputaquen. deciſ.* 208. *n.* 3. *par.* 2. *Rot. dec.* 161. *n.* 4. *&* *dec* 436. *num.* 2. *par.* 1. *recent*

Et præfata debent eo magis procedere in caſu noſtro, quia fuit dictum reſcriptum acceptatum, dum probatum fuit per dict. Equitem in Cancellaria Magiſtratus Illuſtriſsimi ad effectum, ut per eumdem interponeretur ſuum Decretum, & ante quam ad illud deventum ſit, narrata fuerunt omnia, quæ in dictis precibus continebantur & circa prohibitionem locationis, pœnam privationis, D. Equitis petitionem, & dicti reſcripti conceſſionem, & in illius executionem poſtea fuit per Magiſtratum Illuſtriſſimum derogatum mediante eius decreto diſpoſitioni dict. Teſtatoris, & D Equiti conceſsum, ut poſset locare Domum per triennium, non itaque dari 20
poteſt aliqua probabilis ignorantia circa præfata *Caſtr. in leg.* 1. *ſub n.* 2. *Cod. de ſatisdation. Rot. dec.* 93. *n* 2 *par.* 2. *rec* nec dubitari quin derogatio, & licentia locandi Domum conceſſa ad 21
triennium, poſt triennium cenſeatur denegata *Leg. Imperator ff. de poſtul. Leg. ſi unus* §. 1. *ubi Bald ff. de pact. Rot. deciſ.* 369. *n.* 2.

par. 2. *rec.* adcout locationes inceptæ de anno 1625. non poſſint dici continuatæ cum alia de anno 1622, quia ius reſcripti ul-
22 terius non durabat *Rot. dec.* 481. *n.* 3. *& dec.* 110. *n.* 1. *& deciſ.* 663. *n* 9. *par* 1. *rec.*

Sed D. Equitem in dolo manifeſte eſſe, de quo loquitur,
23 *Text. in Leg. dolum Cod. de dolo*, & notant DD. ibi *per Leg.* 1. *Cod. ad Leg. Corn.* quia locando domum poſt triennium ſcivit ſe facere rem ſibi prohibitam a Teſtatore, & non licitam ex Reſcripto S. C. S. *Alex. conſ.* 103. *n.* 13. *lib.* 1. *Cravet. conſ.* 193. *n* 2. *Ciarlin. contr. cap.* 43. *n.* 52. *Caſtill dec.* 22. *n.* 9. *lib.* 1. vel
24 ſaltem in præſumpto, quia dolus præſumitur in eo, qui ſpreta prohibitione, ſeu denunciatione ſibi facta, ne quid talc faciat, facit aliud *L. ait prætor* § *ſi quis particeps ff de his qui in fraud. credit. Bart. in Leg qui petitorio ff. de reivindicat. Alex. conſ.* 73. *a n* 1. *lib.* 3. *Cravett. d. conſ.* 193. *n* 2. *Caſtill. d. dec.* 22. *num.* 9. & quia concurrit animus lucrandi ex penſionibus quæ retrauntur ex huiuſmodi locationibus, *Corn. conſ.* 63. *n.* 9. *lib.* 3. *Cravett. conſ.* 9. *num.* 13.

Et quia quando ſucceſſit in dicto maioratu, iure dicitur ſe adſtrinxiſſe ad implendam, & ſervandam voluntatem Teſtatoris ad
26 *Text in* § *hæres quoque inſtit de obligat. quæ ex quaſi contract. naſc.* & obligatus ad aliquid faciendum ſi non facit præſumitur in do-
27 lo eſſe *L. ſi procuratorem* §. *dolo L. dolus ff. mand. Rom conſ.* 191. *n.* 2. *Cravett. d. conſ.* 193. *n.* 2. ubi concordantes allegat *Burſatt. conſ.* 167. *n.* 27. & faciunt adducta per *Gratian. cap.* 906. *n.* 13.

Et quia ſumus in facto negativo, ideſt ne domus locaretur nec per modicum tempus, non requirebatur aliqua monitio, ſeu interpellatio, quia mora eſt de directo contracta facto negativo,
28 *Cravet. d conſ.* 193. *n.* 4. *et* 5.

Quotquot igitur fuerunt locationes poſt triennium, tot dici debent probationes ad convincendum D. Equitem de dolo, & ad
29 probandum ſe in pœnam privationis incidiſſe, *Roſental. de feud. cap.* 9. *Monach. dec. Bononien.* 63. *a n.* 23. *Rot. deciſ.* 103. *n.* 21. *par.* 5. *rec & poſt qu. forenſ. Theſaur. qu.* 21. *n.* 24 *lib.* 1.

Non valet modo dicere ad excuſandum Dominum Equitem a dicto dolo, ex perquiſitione, & conſecutione conſenſuum illorum de familia probari, voluntatem illius fuiſſe ſervare diſpoſitionem Teſtatoris.

Quia diſpoſitio noſtri Teſtatoris non ſtat in requirendo conſenſum ad effectum locandi domum, ſed in prohibitione locationis, & iſto caſu in iure cautum non reperitur per requiſitionem, & conſecutionem conſenſus eorum, qui vocarentur in caſu con-
30 trafactionis, ſervari mentem, & diſpoſitionem Teſtatoris, ſed probari

bati potius ex præſtatione talium conſenſuum, offendi mentem Teſtatoris a præſtantibus illos, & tamquam indignos diſpoſitione Teſtatoris, & eidem odioſos reputari, ut per *Bart.* & cæteros Doctores in *Leg. cum pater §. libertis ff. de legat 2. Bald. in Leg. ſicut proponis, Cod. de ſerv. pign dat. manu. Bart conſ.* 70. *n.* 1. *lib.* 1. *Decian. conſ* 9 *n* 70. *lib* 2. *& conſ.* 60 *num.* 14. *lib.* 1. quos ſequitur *Petra de fideic. qu.* 8. *n* 501 *verſ.* 2. *dici poteſt Fuſar. qu.* 719 *n* 17 *Viv dec* 18. *n.* 14. *lib.* 1. *Rot deciſ.* 23. *n.* 2. *par.* 1. *diverſ.* quicquid dicendum eſſet circa renunciationem iuri ſuo reſultantem ex tali conſenſus præſtatione, de quo late per *Fuſar. qu.* 719. ideoque inferri non poteſt a requiſitione, & præſtatione conſenſus vocatorum in caſu contrafactionis, ad conſervationem mentis Teſtatoris, iuribus vulgaribus. 31

Nec minus excuſari poteſt D. Eques dicendo, illum erraſſe, quia ſcientia prædictorum excludit omnem errorem, *Leg.* 2. *Cod. de reſcind vend.* ubi *Bart. n.* 14. *&* 16. *Bald. in qu.* 8. *n* 8. quem ſequuntur omnes ibi, *ut dicit Surd. dec.* 130. *n.* 8 *Seraphin. deciſ.* 586. *n* 1. maxime cum ſit ſpecifica *Seraphin. dec.* 289 *n.* 5. & ſit ex rot ſcripturis geminata *Rot. dec.* 387. *n.* 4 *par.* 5. *rec.* 32 33 34

Nec minus æquivocaſſe quia nec in diſpoſitione Teſtatoris circa prohibitionem locationis, & pœnam privationis, nec in reſcripto S. C. S nec in Decreto Magiſtratus Illuſtriſſimi legitur aliquod verbum, quod habeat plures interpetrationes, & ſignificationes, nec orationes ſunt in illis ita conceptæ, ut accipi poſſint pluribus modis, ſed ita claræ ut omne æquivocum excludant *Rot. dec.* 94 *a n.* 93. *par.* 5. *rec.* 35

Nec minus oblitum eſſe dd. prohibitionum, pœnarum, Reſcripti, & Decreti, quia cum factum dicatur de recenti, & illud ſit multum notabile, cum agatur de maioratu, in D. Equite ceſſat omnis præſumptio oblivionis, *Gloſſ. in L. furtum §. fin. de uſucapion.* quod idem dicendum eſſet ſi factum eſſet antiquum, *cap cum illorum §. circa de ſent. excomunicat.* cum præſertim ſimus in facto proprio, *Roman. conſ.* 391. *n.* 7. *& ibi adden & conſ.* 481. *n.* 9. quem ſecuti ſunt *Cravett conſ.* 134. *n.* 31. *& conſ.* 6. *n.* 2. 36

Nec minus Dominus Eques excuſari poteſt ex eo, quod Domus locata fuerat per prædeceſſorem in dicto maioratu, & ex eo quod ab omnibus de familia habuerit conſenſum liberum locandi domum, limitatum vero ab uno tantum Bonianne. Quia quoad locationes factas per prædeceſſorem, illæ factæ leguntur prævia licentia, & conceſſione Sereniſſimi Magni Ducis tunc temporis, quæ dici non poteſt fuiſſe ſibi non notam, cum producta fuerit, per Dominum Equitem in hoc Iudicio, & ille primus fuit, qui ſucceſſit in dicto maioratu, quare locationes factæ per dictum 37

prædeceſſorem vigore dictæ licentiæ S. C. S. videntur magis arguere dolum dicti Equitis locantis Domum abſque alia ſimili licentia.

Quo ad vero conſenſum limitatum dicti D Equitis Boniannis
38 & ab aliis libere conceſſum, quia hoc eſſet allegare iuris ignorantiam, quæ non præſumitur, *Leg. Leges Sanctiſſimæ, & L. fin. Cod.*
39 *de leg.* adeo quod licet dolus quoque non præſumatur, *Leg. quoties § qui dolo ff. de probat.* potius tamen præſumitur dolus, quam
40 iuris error, ut norant *Bart. & Angel. in Leg. ſed & ſi lege §. ſcire ff. de petit hæredit. & probatur in Leg. quemadmodum Cod. de agric. & cenſit. lib. 11. cap. qui cum iura mercatur de reiud. in 6. Corn. conſ. 17 n. 4. verſ. ſi dicatur erraverunt lib. 1.* maxime quia error iſte eſſet nimis affectatus, cum non ſimus in caſu quo res ſit communis pluribus, ut univerſis ſed debita unicuique uti ſingulis, ſed dato, non tamen conceſſo, circa dictos conſenſus conſiderari ali-
41 quid potuiſſe, non tamen ſolam cauſam erroris allegare illi profuiſſet, ſed oporteret eam probatam extitiſſe, quod minus fecit, ut probatur ex proceſſus revolutione, *Alex. conſ. 103. n 13. verſ. & dato, quod unus lib. 1. Corn. d. conſ. 17. n. 4. verſ. reſpondetur lib. 1. Cravett. conſ. 255. n. 5. Surd dec. 104. n. 18. Rot. dec. 342. n. 2. par. 2. rec.*

Nec minus præfatæ excuſationes deductæ per D. Informantes iunctæ ſimul habent vim illum excuſandi, quia tunc deductæ ex argumentis, & conjecturis, ita levibus, & extrinſecis,
42 ut potius ex illis poſſit argui dolus præſumptus, & lata culpa, *Gaill. obſerv. 48. a n. 15. lib. 2. Maſcard. concl. 879. n. 18. Pacian. de probat. c 19. n. 62. lib. 2. Rot. dec. 342 a n 2. e dec. 364. n. 4. e 5. par. 2. rec.*

43 Neque *Cephal. Abb Soccin. iun. Honded & Rot.* ſuperius in contrarium allegati, quidquam faciunt pro D. Equite, quia loquuntur in eo, qui ignorat vel Teſtamentum, vel rem eſſe obnoxiam, vel ubi verba Teſtatoris ſi dicerentur offenſa, mens tamen illius conſervaretur in melius ex permutatione rerum alienari prohibitarum, quæ minoris pretii eſſent atque redditus, quam res permutata, ita *Ciarlin. contr. d. cap. 43. n. 52.* qui in individuo reſpondet dd. auctoritatibus.

Etſi diceretur per D. Boniannem propter ſuum conſenſum præſticum licet ad triennium non poſſe modo agi contra Dom. Equitem, quaſi dicatur, & ipſum locaſſe dictam Domum, ex auctoritatibus ſuperius allegatis, & decidiſſe a dicto commodo
44 maioratus, ad late tradita per *Fuſar qu. 740. a n. 1.*

Reſpondetur D. Boniannem præſticiſſe quidem conſenſum, ſed antequam D. Eques impetraſſet benignum Reſcriptum a S.

C. S.

C. S. locandi Domum per triennium. Quo circa D. Eques aut dicit uſum fuiſſe d. conſenſu in locatione facta per triennium quod incæperat de anno 1622. & ſtante Reſcripto S. C. S. & Decreto Illuſtriſs. Magiſtratus, per quod fuit derogatum diſpoſitioni d. Teſtatoris per d. triennium, de cuius Reſcripti, & Decreti validitate, & poteſtate non eſt dubitandum, & conſenſus præſtitus per D. Boniannem illum afficere non poteſt, quia per ſublationem d. prohibitionis, non entium nullæ ſunt partes, & qualitates. Aut dicit uſum fuiſſe d. conſenſu poſtquam defecit Reſcripti, & Decreti virtus, & incæpit locare de anno 1625. & non probatur D. Equitem illo uſum fuiſſe, imo factum probat contrarium, dum apparet illo ſolum uſum fuiſſe ad reddendum S. C. S. faciliorem in reſcribendo, & concedendo ſibi licentiam locandi Domum, cum de illo fiat ſpecialis mentio in relatione facta S. C. S. per D. Auditorem tunc temporis Illuſtriſs. Magiſtratus, & enuncietur quoque in primordialibus, ſeu viſis dicti Decreti, & quatenus dici vellet illo fuiſſe uſum, contrarium diceretur probari eo ipſo, quod non oſtenditur per D Equitem, a ſe fuiſſe adimpleta omnia appoſita in d conſenſum D. Boniannis, de quibus in dd. viſis ad *Text in L. 1. §. ait prætor ff de flumin public. ubi Bart. Honded. conſ. 4. n. 101. lib. 1. Franc. Anton. Caſtr. conſ. 73. n. 4.* 45 46

Neceſſitas D. Equitis, quæ adducebatur tertio loco per D. Informantem ad excuſandum illum a d. cadutitate, ex *Gall. de except. ſucceſſ exceptt. 4. n. 36. Fuſar. qu. 718. n. 19 & qu. 535. n. 8. Peregrin. art. 40. a n. 20.* viſa fuit nullius pariter momenti eſſe, quia præfati DD. loquuntur in terminis prohibitionis, quæ ſtat in ratione conſervationis bonorum ad utilitatem prohibitorum, vel ſucceſſorum eorum, & ubi viget eadem ratio utilitatis in caſu neceſſitatis, cum prohibitus tunc proprie non dicatur alienare, ut per *Bero conſ. 41. n. 45. lib. 1.* Non vero quando prohibitio ſtat in ſola voluntate Teſtatoris, & nulla fuit habita ratio utilitatis, ut in caſu noſtro dd. natu maiorum, & quibus dicitur relictus tantum uſus domus, & utilitas in tantum conſideratur, in quantum natu maior utitur d. Domo, quare non poſſunt applicari, quæ dicuntur per DD. in contrarium allegatos, & loquentes in caſu ſuperiori. 47 48

Et diſpoſitionem d. Teſtatoris in caſu noſtro verificari in ſolo uſu Domus probatur, quia Teſtator, licet legando dixerit. *Et poſt eius mortem præd. Domus ſemper, & deinceps uſufructuetur, & poſſideatur per antiquiorem, & maiorem natu de d. Domo, & Caſata Del Giocondo; Prohibuit tantum illis locare eam etiam ad modicum tempus;* & ita per huiuſmodi prohibitionem videtur

49 Teſtator voluiſſe magis reſtringere illa verba *uſufructuetur*, & *poſſideatur*; quæ perſonalitatem indicant, & illis voluiſſe relinquere ſolum uſum d. Domus, §. *item is qui ædium inſtit. de uſu*, & *habitat Caſtill ſottomaior de uſufruct cap* 28 *n* 23 *e n* 26. dicit auctoritate *Caſtr. Cravett* & aliorum, hoc nomen uſusfructus
50 ex coniecturis etiam in terminis legati, capi aliquando ſolum pro ipſo uſu, qui in facto conſiſtit, & qui dicitur quædam conceſſio perſonalis non de aliquo iure, & ita in ſumma de actu explicando per ipſum maiorem natu, & non per alium, *Salicet. in Leg. cum antiquitas n.* 2. *Caſtr. n.* 2. *Cod. de uſufruct & habitation Dec. conſ.* 355. *a n.* 2. *Mantic. de coniect. lib* 9 *tit.* 4. *n.* 9 *Gratian. cap.* 775. *a n.* 12. & faciunt allegata per *Soccin. conſ.* 281 *n* 3. *verſ. & ultimo principaliter lib.* 1.

51 Et quando Teſtator relinquit uſumfructum alicui, deinde committit cuſtodiam rei alteri, ut inferius dicetur, tale relictum non continere niſi uſum tantum dicit *Cravett. conſ.* 25. *n.* 28. auctoritate *Caſtr. conſ.* 416. *lib.* 2

Dictamque diſpoſitionem conſiſtere in ſola voluntate Teſtatoris, non in ratione utilitatis præter uſum d. Domus, probatur ex eo, quia Teſtator poſt prohibitionem locationis Domus prædictæ fecit huiuſmodi diſpoſitionem. *Quod ſi d. Domus deveniret in aliquem de Domo, & Familia præfata, qui propter eius paupertatem, & impotentiam, ſeu alia quacumque de cauſa non poſſet reparare, ſeu reſarcire, & non repararet, ſeu reſareiret illam, de iis, & circa ea, quæ Domui præfatæ faret opus, pro eius manutentione, & reparatione, tunc & eo caſu voluit, declaravit, iuſſit, & mandavit, quod Hoſpitali S. Mariæ Innocentium hæres inſtitutus, & Prior pro tempore teneatur, & obligatus ſit locare ad penſionem Domum præfatam cui voluerit, & pro eo tempore, quo fuerit opus ad effectum dumtaxat reparandi Domum prædictam &c.* ex cuius diſpoſitione clare patet, non ſolum de enixa voluntate Teſtatoris, ne Domus locaretur, cum locationem prohibeat dd. natu maioribus, & in caſu neceſſitatis ſcilicet reparationis Do-
52 mus, ut per *Gregor. dec.* 299. *n.* 4. ſed utilitatem dd. natu maiorum non habuerit in aliqua conſiderarione præter uſum d. Domus, quia in caſu reſarcimenti, quo domus locanda eſt per Hoſpitale, & d. natu maiores conſtituuntur in maiori paupertate ex privatione habitationis d. domus, illis non providit nec de aliqua portione penſionis; Non poteſt ex voluntate Teſtatoris ita-
53 que ſumi aliquod argumentum circa utilitatem dd. natu maiorum, ſed ſtandum eſt in ſola voluntate, quæ ſtat in nuda conceſſione uſus d. domus, ut per *Cephal. conſ* 364. *a n* 60. *lib.* 3. *Decian. conſ.* 106. *n.* 20. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 49. *n.* 61. *lib* 2.

Et

Et ex his etiam reſpondetur iis, quæ dicebantur circa habitationem d. domus a natu maiore, qui non haberet in Familia niſi ancillam unam, & famulum unum; quia in diſpoſitione de qua ſupra, deficit ratio conſervationis ſtatus, & utilitatis dd. 54
natu maiorum, & deficiunt quoque verba, ex quibus poſſit elici talis mens Teſtatoris, *Oldrad. conſ.* 142. *Ancharan. conſ.* 356. *in fin. Honded. conſ.* 69. *n.* 52. *lib.* 2.

Sed dato ſine veri præiudicio, quæ dicuntur de alienatione ex cauſa neceſſaria applicari poſſe ad deciſionem caſus noſtri, illa D. Equiti non ſuffragarentur: Quia non probavit aliquam illarum neceſſitatum, quæ ſolent dare iuſtam cauſam alienandi, & ſibi locandi d. domum, ut debuiſſet, quare potius dicendæ 55
ſunt d. locationes doloſe factæ, quam ex cauſa neceſſitatis, *Caſtr. in L. titius n.* 1. *in fin. ff. ad trebell.* quem ſequuntur *Natt. conſ.* 115. *n* 8. *Corn conſ.* 87. *n.* 10. *lib.* 2. *Viv. dec.* 18. *in fin. Fuſar. q.* 535. *n* 29. nam illa neceſſitas, quam probare nixus fuit Dom. Eques, non probatur, imo totum contrarium videtur dici poſſe, Articularit enim, ut in eius capitulis in ordine ſexto, fructus, ſeu proventus annuos ſuarum facultatum conſiſtere in ſumma ſcutorum 160 qui articulus capi poteſt pro confeſſione D. Equitis
circa dictam ſummam, ſecundum *Innoc in cap. cum olim de cenſib.* 56
per Text. in cap fin. de iur. iur. Leg. cum præcum, & ibi Bald. C. de liber. cau. Alex. conſ. 71. *n.* 4. *lib* 3.

Teſtis vero examinatus pro eiuſdem parte deponit per hæc verba *aver conoſciuto il d Sig. Cav. vivere con la medeſima onorevolezza tanto avanti l' anno* 1621. *che dopo d. anno*, & idem deponit quartus teſtis ad quintum interrogatorium, ex quorum depoſitionibus probatur conſervatio ſtatus D. Equitis, & vixiſſe, 57
& vivere in honorificentia, non in neceſſitate, ad *Text. in Leg. moneor C. ſi ſerv. expor. ven Pacian de prob. cap.* 19. *n.* 36. *lib* 2. Etſi primus Teſtis dicat *aver conoſciuto il d Cav. per povero Cav.* huius depoſitio nihil probat, & quia dictum unius dicitur nullius, & quia non paupertas, ſed neceſſitas illius probanda fuiſſet, imo non omnis neceſſitas eidem ſuffragari potuiſſet ad effectum 58
prædictum, ſed illa ſolum, quæ omnibus clara, & manifeſta apparet, & nulla tergiverſatione celari poſſet, *Rimin. iun conſ.* 348 *a num.* 42. *Fab. de Ann. conſ.* 38. *a num.* 5. *Giovagnon. conſ.* 22. *num.* 14. *lib.* 2.

Sed dato etiam, & non conceſſo aliquam neceſſitatem probatam extitiſſe per D. Equitem, non ideo eidem licuiſſet dict. Domum locare extra illos de familia, ſtante prohibitione Teſtatoris, per quam prohibetur locari modo aliquo, vel ſub aliquo quæſito colore, *Fuſ. d. qu.* 535. *n* 18. *e n.* 19. concordantes allegat. 59

Ncc

Nec ex eo, quod D Boniannes habitaverit, & habitet prope Domum d. D. Equitis quidquam facere visum fuit ad effectum, ut dicatur consensisse, si non expresse saltem tacite dd.
60 locationibus factis ab anno 1625. usque ad hoc tempus, ex traditis per *Fusar. qu.* 719 *n.* 2. & a d. maioratu decidisse, ad tra-
61 dita per eumdem *Fusar. d qu.* 740.

Quia scientia præsumpta non nocet in præiudicialibus, *Rot. dec.* 430. *n.* 4. *par.* 4 *rec. Put. decis* 147. *n* 2. *e* 3 *lib* 1. ubi dicitur quando agitur de amissione iuris quæsiti non sufficere scientiam præsumptam per famam, etsi dicatur sufficere præsumptionem scientiæ, quæ oritur ex eo, quod pubblicum est, at ibi subditur, oportere tamen illud legitime probari, quare dici non potest probatam esse scientiam D. Boniannis ex sola vicinitate.

Sed dato sine veri præiudicio, scientiam probatam exitisse, non tamen ex ea probatum diceretur consensus D. Boniannis circa locationes præfatas, quia admitterentur duo specialia, con-
62 tra *Leg.* 1. *Cod. de dot promission* quorum unum esset scientia præsumptiva, secundum vero tacitus consensus in sui præiudicium, quod non est dicendum, *Ossech dec.* 176. *n.* 4. *Rot. dec.* 84. *n.* 5. *in fin. & dec.* 507. *n.* 7. & 8 *par* 1. *rec.*

Et si diceretur data d. scientia etiam quando agitur de gravi præiudicio, tacentis damno præsumi consensum, modo tacens contradicendo potuerit actum impedire, ut per *Menoch. præs.*
63 99 *n.* 15. *vers. cæterum & n.* 22. *vers ex his intelligitur lib* 6. *Mascard. concl.* 1153 *n* 2. *vers. difficile enim est*, & alios concordantes allegat *Gallerat de renuncia. cap.* 11. *n.* 13 *lib.* 5 & ideo D. Boniannes cum potuisset petere d. Domum ex d. Testamento, tacendo videri consensisse locationibus subinde factis per Dominum Equitem.

Respondetur auctoritate *Rotæ Romanæ* contrarium esse verius
64 ex superius allegatis, sed ulterius respondetur taciturnitatem in iure sumi pro tamquam medio inter consensum, & dissensum, *Bart. in Leg.* 2. § *voluntatem ff. sol matr Cancer var cap* 1. *n.* 93. *p.* 2 ubi etiam ex mente *Cyn. in L. invitus Cod de Procurat.* dicit, quod si reperiatur casus, in quo tacens habetur pro confesso, esse fallendam a regula, & exinde infert ad statuta: Et quando agitur de commodo tacentis, tacentem videri consentire
65 pro re clara ponitur a *Gallerat. d cap.* 11. *a num.* 9 & movetur auctoritate *Gloss. in L. qui patitur ff. mandat. Innoc in cap in genesi de election. Menoch. d præs* 99. *num.* 11. at non ita iudicari, quando agitur de illius præiudicio gravi, quia cum medium sit referendum ad aliquod extremorum nempe ad consensum, vel ad dissensum, præsumptio est, cum agitur de tacentis damno ex

ta-

taciturnitate præſumi diſſenſum, ut late probat *Gallerat. d. c. 11. a n. 18.* qui de veriori teſtatur contra præfatos DD. in contrarium ſuperius allegatos, & ita taciturnitas non poteſt dici affeciſſe D. Boniannem, quicquid dicendum eſset, ſi cum taciturnitate adiunctus fuiſsee aliquis actus poſitivus, conſenſum indicans, & neceſsario concludens, in quibus terminis ſunt intelligendi Doctores per *Fuſar. alleg. in d. qu. 719. n. 2.* & iuxta declarationem *d. Gallerat. d. cap. 11. n. 15. Argel. de acquir. poſſeſſ. qu. 4. a n. 130. Surd. dec. 119. n. 10. Rot. dec. 115. n. 4. e dec. 535. n. 12. par. pr. e dec. 39. n. 5. par. 5. rec.*

Pro quo facere videtur etiam quod dicitur in caſibus, in quibus dominium, & actiones ipſo iure tranſeunt in fideicommiſsarium, nempe requiri ſemper agnitionem, ut præfata tranſferantur in fideicommiſsarium, & ſic ut declaret ſe velle agnoſcere fideicommiſsum, nam ut ex ſcientia, & taciturnitate cenſeatur remiſsa pœna caducitatis, expectanda eſt mors eiuſdem, & cui fuerat ius quæſitum in pœnam inobſervantiæ, ut multis iuribus, & auctoritatibus comprobat *Bardellon. conſ. 25. a n. 43. & 64. lib. 1.*

Quare cum locationes præfatæ privationis pœnam generaſſent, & D. Boniannes comparendo coram Illuſtriſs. Magiſtratu declaraſset ad ſui favorem caducitatem petendo demum ſibi relaxari, viſum fuit ex ſuperius deductis, & allegaris referendum eſse ad ſui favorem, & condemnandum D. Equitem ad intereſse a die litis conteſtatæ in executionem huius Sententiæ liquidandum habita ratione quanti D. Boniannes ſuam propriam Domum, repertо conductore, fuiſset locaturus, ſi hanc domum, de qua agitur, ipſe a die litis conteſtatæ inhabitaſset, ex traditis per *Bart.* & alios in *Leg. 1. Cod. de ſent. quæ pro eo Ruin. conſ. 55. n. 4 lib. 2. Dec conſ. 441. n. 13. verſ. verum Roland. conſ. 35. n. 4. lib. 1. Surd. dec. 262. n. 1.*

Fuit autem D. Eques abſolutus a reſtitutione penſionum a ſe perceptarum ex *dd.* locationibus ut ſupra factis; Quia D. Boniannes, non petiit illas ſibi reſtitui, ut faceret ſuas, quas etſi petiiſſet D. Eques ad illas reſtituendas, videbatur non potuiſse condemnari, ut per *Magon. dec. Flor 91. a n. 20.* quem videtur ſequi *Fuſar qu. 318. n. 111.* & faciunt tradita per *Bardellon. d. conſ. 25. a n. 49.* ſed ad effectum augendi fideicommiſſum, quæ petitio ſatis inanis viſa fuit, ex ſuperius deductis, & allegatis, cum dictum fideicommiſsum, & maioratum conſiſtat in ſolo uſu d. domus, & quia nec in iure, nec in diſpoſitione Teſtatoris nititur.

Nec

Nec opus fuit aggredi iura, quæ deducebantur per D. Vincentium, & filios, & hæredes quondam D. Hieronymi omnes Del Giocondo, qui fuerunt admissi ad commodum processus, quia D. Boniannes tamquam natu maior excludit omnes, & in casu solum, quo Boniannes etiam decedisset, illorum iura veniebant discutienda.

Et ita &c.

Hieronymus Pucci Roæ Prætor, & Relator.
Ambrosius de Lutis Rotæ Auditor.
Ludovicus Sinibaldus Auditor Rotæ.
Martius Venturinus Rotæ Auditor.
Bartholomæus Caballus Rotæ Auditor.
Ascanius Vasolius Magistratus Supremi Audit.

DECISIO III.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

19. Octobris 1640. *ex lib. m.* 114. *a* 396. *cor.* MARCELLO DE PRETIS

ARGUMENTUM.

GRavatus restituitur in integrum ad novas detractiones faciendas, etiam post quam acquievit Sententiæ latæ super earum quantitate si hæ proveniant ex instrumentis noviter repertis. Explicatur Statutum lib. 2. rubr. 115. quomodo in hoc casu sit intelligendum. Hæres quando non dicatur gravatus in bonis propriis; Facultas alienandi inter comprehensos stante prohibitione reali non tollit Fideicommissum, & ex quo dicatur realis.

SUMMARIUM.

1 *Florentiæ Decima probat possessionem.*
2 *Existentia Fideicommissi probatur ex instrumento divisionis.*
3 *Bona possessa ab hæredibus in loco in quo erant Fideicommissa, præsumuntur eadem, nisi doceatur de alio titulo.*
4 *Maxime si illis conveniant eadem vocabula, & confinia.*
5 *Gravatus non restituitur in integrum ad novas detractiones faciendas postquam acquievit Sententiæ latæ super earum quantitate.*
6 *Limita stantibus instrumentis noviter repertis*, & n. 9. *Maxime si iuraverit se nunquam eorum habuisse notitiam* n. 10 & n. 13. *Prout Præsumitur si agatur de filio, & iuribus antecessorum*, n. 7. *Amplia*

plia etiamſi lapſi eſſent quadraginta anni, & de ratione, n. 11. Item amplia non obſtante Statuto in rubric. 115. lib. 2. quod hunc caſum non comprehendit, n. 16. Maxime quia loquitur de reſtitutione non concedenda ad impediendam exequutionem Sententiæ, non vero ad eam retractandam vel moderandam, n. 17.

8 *Exequtio trium conformium retardatur ex inſtrumentis noviter repertis.*

12 *Et res iudicata reſcinditur.*

13 *In his quæ pendent ab animo ſtatur iuramento affirmantis.*

14 *Item & in caſu dubio.*

15 *Perofimiliter ignorari dicitur id de quo amplius non cogitatur.*

18 *Exceptio rei Iudicatæ non nocet, quando non concurrunt idem Corpus, & quantitas, idem ius & cauſa petendi, & eadem conditio perſonarum.*

19 *Reſtitutio in integrum ob novam cauſam non denegatur.*

20 *Maxime in Supremo Tribunali, coram quo non obſtat exceptio rei iudicatæ.*

21 *Et in qua attenditur tantummodo iuſtitia Cauſæ.*

22 *Ius Clarum ſupervenions facit cauſam devenire ad non cauſam.*

23 *Exceptio, dolo petis quod ſtatim reſtituturus es, opponi poteſt adverſus ſententiam.*

24 *Etiam ab hæredibus ſi conſtet authorem ius ſuum remittere noluiſſe.*

25 *Statutum prohibens reſtitutionem in integrum non operatur ubi læſio eſt enormiſſima.*

26 *Læſio enormiſſima re ipſa apparet, dum quis totum amiſit.*

27 *Res iudicata non ſuffragatur tertio qui in cauſa non interfuit.*

28 *Authoritas Supremi Magiſtratus nunquam cenſetur reſtricta.*

29 *Reſtitutio in integrum ius quæſitum non tollit neque ſuſpendit, ſed conſtito de bono iure proceditur ad terminationem reſcindentis, & reſciſſorii.*

30 *Sententia dicitur læſiva etiamſi ſit ſolum contra ius litigatoris.*

31 *In hæreditate remanere poſſunt etiam bona aliena.*

32 *Huius generis ſunt fideicommiſſaria, & ea in quibus competit ſola retentio.*

33 *Appellatione æris alieni venit etiam id quod a Teſtatore gravata debetur.*

34 *Hæres gravatus etiam non confecto inventario detrahit propria credita contra Fideicommiſſarium. Item propria bona & in quibus iure alterius Fideicommiſſi ſuccedit, n. 41.*

35 *Nullitas ob Gabellam non ſolutam probari debet ab allegante*

36 *Comprehenſio omnium bonorum in Fideicommiſſo reſultat ex dictionibus univerſalitatem denotantibus.*

37 *Teſtatoris bona dicuntur, quæ tempore teſtamenti erant in eius domo.*

Limita

Limita in Fideicommissis in quibus ius Testatoris morte estinguitur num. 40

38 *Testator gravare potest hæredem in bonis propriis.*

39 *Intellige si hoc clare constet secus in dubio.*

42 *Gravasse non dicitur, si in proemio dixit disponere de rebus suis, & de ratione*, n. 43.

44 *Amplia etiamsi deinde descripsisset bonorum confinia.*

45 *Dummodo in illis continerentur etiam bona Testatoris.*

46 *Item amplia quamvis adieciisset verbum universale, quia hoc aptum est comprehendere res eiusdem generis non diversi.*

47 *Re per facultatem alienandi semel facta alienabili, semper censetur alienabilis. Limita primo stante prohibitione reali*, n. 50 *Realis dicitur, quando adiecta fuit ratio conservandi bona inter filios, & descendentes, quo casu etiam facta alienatione inter ipsos manet fideicommissum*, n. 49. 51. *Amplia etiamsi cum dicta ratione facta sit personis*, n. 52. *Limita secundo si repugnet verisimilis intentio Testatoris, & unde hæc eliciatur*, n. 53. & 54. *Limita tertio si sequeretur repugnantia, & contrarietas in dispositione Testatoris*, n. 55. *Veluti si voluisset bona conservari in descendentibus, & deinde sequeretur, quod permisisset alienari in extraneos*, num. 56. & 57.

48 *Voluntas Testatoris in Fideicommissis potissimum attendenda est.*

58 *Fideicommissum habet a lege in se tacitam prohibitionem alienandi.*

59 *Et licentia alienandi tollit proibitionem Testatoris non autem illam Legis*, & n. 64.

60 *Et operatur ut alienatio valeat durante vita alienantis, quæ alias non valeret.*

61 *Secus autem post mortem & de ratione*, n 62. & 63.

62 *Quando adsunt duo impedimenta uno cessante aliud non cessat.*

63 *Inducta ad unum finem non debent operari contrarium effectum.*

65 *Licentia alienandi non derogat Fideicommisso quoad alias personas vocatas, & de ratione.*

66 *Fideicommissum quando dicatur reale.*

CLarissimus Dominus Neapoleon de Cambiis de anno 1602. suum, cum quo decessit, condidit Testamentum, sibique hæredem universalem, instituit Dominum Hieronymum filium, quo decedente sine filiis substituit filias, & earum masculos primi gradus, quibus deficientibus mandavit eius Domum sitam Florentiæ in Populo S. Iacobi supra Arnum in via *Maggio* apud sua latera &c. una cum omnibus prædiis, & bonis immobilibus sitis in Valle Pesæ in Populo Sancti Iacobi *a Fezzana*, & Sancti Blasii *a Pog-*

piana

piana infra quæcumque eorum vocabula, & confinia devenire in Laurentium quondam Franciſci Laurentii de Cambiis, & ipſo tunc defuncto in maiorem natu filiorum, & deſcendentium dicti Laurentii de maiori, in maiori natu legitimo, & naturali, durante linea naturali dicti Laurentii: Qua extincta tunc, & eo caſu adveniente de dicta Domo Florentiæ, & de dictis Bonis Vallis Pæſæ fieri voluit, & mandavit ſalvo Beneplacito Sereniſſimi Magni Magiſtri unam Commendam pro uno Milite Sancti Stephani Papæ, & Martiris, & eius Sacræ Illuſtriſſimæ Religionis, cuius Iuſpatronatus ſpectet, & pertineat ad maiorem natu maſculorum ex filiabus in ſæculo dicti Teſtatoris, & ad maiorem natu prædicti ſemper, & continuo, & omni tempore ſpectet, & pertineat, qui aſſumere voluerit, & aſſumat cognomen Familiæ ipſius Teſtatoris de Cambiis, & quæ ordine ſucceſſivo devenlat ſemper in maiorem natu prædicti ſemper, continuo, & omni tempore ſpectet, pertinearque, ad eum qui aſſumere voluerit, & aſſumat cognomen familiæ ipſius Teſtatoris de Cambiis, & quæ ordine ſucceſſivo deveniat ſemper in maiorem natu ex filiis, & deſcendentibus maſculis legittimis, & naturalibus dicti primi, in qem primo loco dicta Commenda devenerit, cum onere aſſumendi cognomen, & inſigna de Cambiis: Et poſt omnium extinctionem voluit dicta Commenda, & Iuſpatronatus ſpectare ad eum, qui fuerit nominatus a Sereniſſimo Magno Magiſtro cum onere aſſumptionis nominis, & cognominis de Cambiis, & quæ ſit Nobilis, ut in dicto Teſtamento Vita functo dicto Teſtatore Dominus Hieronymus filius, & hæres comparuit coram Supremo Tribunali, & inſtetit pro ſeparatione bonorum, ad ipſum legittime ſpectantium, & detrahendorum ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, prout ſub anno 1619. fuit firmatum Patrimonium in totum ad nitidum aſcendere ad ſummam ſcutorum 39099. 4. 9. Legittimam, & Trebellianicam Domini Hieronymi aſcendere ad 19549. 1. 2. 4.

Cui declarationi Partes acquievere uſque ad annum 1634. quo tempore idem Dominus Hieronymus comparuit coram Illuſtriſſimo prædicto Magiſtratu, & petiit moderari dictas quæſtus, & diminui, & reduci totum patrimonium ad 28625. 3. 6. quorum dimidium ſit 14312. 11. 9. tum ob nonnullas ſummas diminutas, & reſpective additas eum etiam, quia ſunt ad favorem ipſius excorporanda prius prædia *della Torre*, *e della Caſtellina* alias *Pozzo*, *nel Monte Betti*, quæ fuerunt olim Domini Neapoleonis Proavi æſtimata in dicta ſeparatione ſcuta 9500 cum Palatio pro Domino. Item aliud prædium nuncupatum *delle Rondine* tunc eſtimatum 1800. relictum in hæreditate quondam Domini Benedicti de Cambiis, quæ omnia Prædia ſunt ſita in Valli Peſæ in Populis Sancti

Iacobi *a Fezzano*, & Sancti Blasii *a Poppiana* commixti cum aliis prædiis eiusdem Tenutæ, quorum valor detractis prædictis remaner in scutis novem millibus.

Et prædictas separationes, & detractiones fieri petiit virtute Testamentorum dicti DD. Neapoleonis Senioris, & Benedicti de Cambiis.

In Testamento enim dicti D. Neapoleonis confecto de anno 1536 sub rog. Ser Maccarii de Maccariis, in quo institutis invicemque per Fideicommissum substitutis Bartholomæo, & Hieronymo Filiis, si sine filiis, & descendentibus masculis legittimis, & naturalibus decessserit, voluitque Testator dd. substitutiones, & Fideicommissum habere locum in descendentes masculos usque ad tertiam generationem, & filios, ac descendentes masculos dd. suorum Filiorum, & non ultra, & prædicta tantum intelligantur in bonis immobilibus eiusdem Testatoris, addens *e perchè detti Beni immobili si conservino in detti suoi figliuoli, e descendenti maschi legittimi, e naturali infino in terza generazione da seguire doppo detti suoi figliuoli, proibì, e vietò a detti suoi figliuoli, e descendenti l' alienazione, vendita, pignorazione, locazione a lungo tempo, e obbligazione, e ogni altro atto, e contratto mediante il quale si possi indurre alcuna delle cose proibite farsi per detto Testatore, come sopra dei suoi beni immobili presenti, e futuri, e chi contrafaceſſe si intendino tali Beni sopra li quali seguisse tale contrafazione ricaduti al più prossimo di quello cotrafaceſſe, e che osservasse il suo presente Testamento, e così succeda di mano in mano infino si trova di detti suoi descendenti infino detta terza generazione. Concede nondimeno detto Testatore, che fra loro medesimi Figliuoli, e Descendenti infino in detta terza generazione si possa vendere, alienare, e impegnare.*

At eum dictus Dominus Hieronymus in ordine sit in dicta tertia generatione diximus prædicta prædia *della Torre, e della Castellina* cum Palatio pro Dominis fore excorporanda.

Prout eamdem excorporationem faciendam censuimus de Prædio *delle Rondine*, uti strictiori fideicommisso vinculato a Domino Benedicto sub anno 1560. in quo hæredes instituit filios, & hæredes dicti Domini Neapoleonis Senioris pro dimidia, & pro alia dimidia Filios, & Hæredes Laurentii Io. Baptistæ Cambii, & deficiente aliquo ex dictis hæredibus sine filiis legittimis, & naturalibus substituit fœminas, dummodo sint de domo de Cambiis, & sanguine ipsius Testatoris, & suorum hæredum institutorum, ut supra. *E perchè di sopra ha detto avere un Podere in val di Pesa, in Potesteria Monte Spertoli, in Popolo S. Biagio a Poppiano luogo detto le Rondine &c. Il qual Podere volse detto Testatore essere subietto al fidecommisso, ed in fidecommisso lo lasciò, e lassa, e che quelli lo,*

li lo herederanno non lo poſſino in alcun modo vendere, alienare, in pegno dare, o alcun contratto fare, ſalvo che fra di loro medeſimi, perchè intende, e vuole detto Podere ſtar ſempre nella Famiglia, e Caſata dei Cambi, e di ſuo ſangue però ne vadi in altri, e caſo, che alcuno contrafaceſſe alla volontà di detto Teſtatore s' intendi privo della ſua Eredità, e gl' altri ſuccedino.

Er ad prædictam excorporationem faciendam devenimus quia, ut diximus D. Hieronymum, in ordine eſſe poſtremum ex deſcendentibus, & familia dicti DD. Neapoleonis Senioris, & Benedicti, probatum fuit non ſolum per decimam, ex qua etiam conſtat bona fuiſſe in bonis ex antiqua ſerie, & deſcendentia prædictorum & modo omnia quieſcere ſub decima D. Hieronymi, & Florentiæ Decimam; inter deſcendentes probare ſæpius per *Rotam Noſtram* 1
fuit firmatum *lib. mot. 39. a 443. & lib. 76. a 393. & lib. 93. a 412. & lib. 99. a 184. Maſcard. de probation. concluſ. 1181. n. 18. Menoch de retin. remed. 3. n. 570. Gratian. diſcept. 727. n. 20. Rot. dec. 16. poſt Cenc. Roland. conſ. 4. vol. 2. Gen. de ſcript. privat. lib. 5. tit. 5. de libris eſtimi*, & ibi addo, *Magon. dec. Florent. 10. n. 8.* ſed etiam per inſtrumentum diviſionis factum de anno 1570. 31. Auguſti ſub rogitu Franciſci Io. Baptiſtæ Iordani, ubi de Prædio *delle Rondine* inter Dominum Neapoleonem Teſtatorem, Carolum, & Benedictum, fratres ex una, & D. Hieronymum, & Franciſcum quondam Laurentii frarres ex altera de Cambiis inſtitutos a dicto quondam Domino Benedicto, & occaſione dicti Fideicommiſſi dividentes, quæ omnia probant 2
fideicommiſſum, *Simon. de Pret. de interpret. ult. volunt. lib. 5. interp. 2. dubit. 4 n. 357. & 359. Peregr. de fideicomm. art. 44 in prine. Fuſar. qu. 615. Rot. dec. 131. par. 1. rec.* at per tenutam captam ſub anno 1567. per D. Neapoleonem Iuniorem virtute fideicommiſſi Domini Neapoleonis Avi, ubi de morte inſtitutorum, & ſubſtitutorum, & de aliis verificantibus fideicommiſſum, & bona quæ quidem tenuta fuit conceſſa per Excellentiſſimum Dominum Franciſcum Marzarium, tunc Iudicem Quarterionum Sancti Spiritus, & Sanctæ Crucis, ſic quando conſtat, filios, & hæredes fideicommittentium poſſidere bona in loco, In quo ſunt bona fideicommiſſi, probatur identiras bonorum antiquorum, niſi doceatur de novo titulo, *Rot. apud Ludoviſ. in deciſ 575. n.* 3
9. Mareſcott. var. cap. 12. num. 46. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 44. n. 22. & quia illis convenlunt ſingularia nomina, videlicet, *delle Rondine, e della Torre, e Caſtellina*, cum ſuis finibus 4
Gloſſ. in Leg. hac conſultiſſima in verb. & indicia ubi *Bald num. 4. Cod. qui teſtam. fac. poſſ. Peregr. dicto art. 44. num. 45. Rot. deciſ. 131. lib. 6. par. 1. rec.*

Nec ad impediendam dictam ſeparationem viſæ fuerunt obſtare exceptiones adductæ exadverſo pro parte Illuſtriſſimæ Religionis Sancti Stephani.

Quoniam prima eſt reiudicata, ex qua ſub anno 1619. fuit firmatum patrimonium, & terminatæ quartæ Domini Hieronymi, 5 & ita iudicatum cum acquieſcentia Domini Hieronymi per novem annos, & conſequenter non ſibi competeret reſtitutio in integrum ad novam ſeparationem faciendam, cum confeſſio ſucceſſorum declaret fideicommiſſum, & quod in eo comprehendatur, *Dec. conſ. 44. n. 76. & ſeqq. lib. 2. Menoch. conſ. 941. num. 2. & ſeqq. lib. 10. Rot. dec. 266. n. 19. poſt med. par. 1. rec.*

Cui obiectioni fuit occurſum, primo ob Inſtrumenta noviter reperta per Dominum Hieronymum hæredem continentia dicta fi- 6 deicommiſſa, de quibus nullam notitiam habebat, & detegunt rem aliter ſe habere, & confeſſionem fuiſſe erroneam, & ita eſt credendum ſe noluiſſe proiicere ſuum *vulg. Leg. cum de indebito ff. de probat.* cum hæres, & filius præſumantur habere ignorantiam 7 huiuſmodi Iurium, & facti ſuorum Anteceſſorum, *Leg. qui in alterius ff. de regul. iur. Rot. Rom. apud Ludouiſ. deciſ. 511. n. 18.* ita quod illis uti non potuerit, ob quam cauſam retardatur etiam 8 executio rerum conformium, *Bald. in L. argentarius § cum autem ff. de edem Alex. in Leg. Imperatores*, ubi *Angel. Iaſon. & Imol. ff. de re iudicat. Iaſon.* ibi *num. 11. Alex. conſ. 194 vol 1. Affict. dec. 62. Boer. dec. 307.* de magis communi *Gabr. de reſtitut. in integrum concl. 2. Aſin. in prax. §. 23. cap 6 ampl. 5.* & hac de cauſa concedi reſtitutionem in integrum non eſſe ambigendum 9 teſtatur *Cevallos in dec. 542.* maxime ſtante Iuramento præſtito per dictum Dominum Hieronymum ſe umquam ante ſententiam ſe- 10 parationis habuiſſe notitiam dict. inſtrumentorum, *Guttierezz. de iurament. confirmat. p 3. c. 7. n. 8.* & talis reſtitutio ex capite 11 ignorantiæ conceditur etiam tranſactis quadraginta annis, quia ignoranti non currit præſcriptio, *Bart. in L. fin. Cod de præſcript. long. temp. Gloſſ. in Leg. 2. Cod. quibus non obſ. long. temp. præſcription* & communem eſſe affirmat *Iaſon. in §. rurſus inſtit. de act. Affict. dec. 329. Burſatt. conſ. 26. num. 34 Simon. de Præt. conſ. 157. n. 18.* & hanc eſſe æquiorem in re iudicata, quæ reſ- 12 cinditur ex novis Inſtrumentis, confirmat *Cavall. com. contr. com. in qu. 48. n. 19.* late comprobat *Odd. de reſtitut. in integrum qu. 73. art. 1 n. 3. & in art. 3. n. 53. & in qu. 76. art. 1. n. 2. 3.* maxime quia Hieronymus iuravit ſe antea non habuiſſe notitiam de dictis inſtrumentis, & ita eſt veriſimile, dum non produxit dicta inſtrumenta antea ex alia cauſa id non feciſſe, quam ex 13 ignorantia, & ſtatur in his, quæ pendent ab animo iuramento

ſic affir-

ſic affirmantis ita *Odd. in qu. 75. art. 5. n. 29. & in qu. 58. art. 6. in princ.* ubi de communi *Rot. Rom. apud Buratt. in dec. 696. n.* 14
10. & in caſu dubio ſufficit iuramentum hæredis *Rot. deciſ. 621. n. 4. par. 1. rec. Rim. iun. conſ. 3. n. 24. lib. 1.* etiam quod huiuſmodi inſtrumenta fuiſsent reperta domi inter acerva ſcripturarum Patris, qui per multos annos, & uſque ad eius mortem fuit Depoſitarius Sereniſſimi Magni Ducis, ex hoc non poteſt argui ſcientia, quia etiam dici poteſt veriſimilis ignorantia in homine 15
inſcio ulterius ſupra huiuſmodi non cogitante, *Leg. non hoc Cod. unde leg. Barboſ. axiom. 19. n. 2.* & ſecundum terminos prædictos intelligendum eſt *Statut. in rubr. 115. lib. 2.* prohibens maiori concedi reſtitutionem in integrum adverſus rem iudicatam, & ſic iuxta iuris communis diſpoſitionem, a quo recipit interpetratio- 16
nem ſuper caſu omiſso reperitionis novorum Inſtrumentorum *Bald. in Leg. cum quam n. 25. Cod. de fideicom. Natt. conſ. 172. n. 3. lib. 1. Alderan. Maſcard. de gener. Statut. interpret. n. 84.* cum præcipue Statutum tantum diſponat ſupra non retardatione exeeu- 17
tionis Sententiæ ſub prætextu reſtitutionis in integrum, ſed cum verſemur in caſu retractationis, & moderationis, & non ſuſpenſionis executionis factæ ad favorem Creditoris, merito nihil operatur in caſu non diſpoſito, quia non fuit propoſitus, *Gloſſ in Leg. mancipia in verbo avocandum Cod. de ſerv. fugit. Leg. expreſſe ff. de reg. iur. Seraphin. dec. 482. n. 5. & dec. 582. n. 6. & deciſ. 829. n. 6.*

Præterquamquod amplius non agebatur de ſeparatione Legitimæ, & Trebellianicæ, ſuper quibus fuit iudicatum, ſed de nova actione ex fideicommiſſis antiquis ſeparandis, tamquam pro- 18
priis proveniente, ſicque exceptio reiudicatæ non obſtat, quando copulative non concurrunt illa tria, idem corpus, & quantitas petita, idem Ius, & Cauſa petendi, & eadem conditio perſonarum, ſed ſuper hoc iure fideicommiſſorum DD. Neapoleonis ſenioris, & Benedicti non fuit cogitatum nedum cognitum, ideo ceſſat hæc exceptio, *Abb. in conſ. 50. n. 2. in princ verſ. ſed his non obſtantibus l. 1. Dec. conſ. 96. col. 2 in pr. & conſ. 445. in caſu ad me tranſmiſſo n. 43. Soccin. iun. conſ. 28. n. 3. Honded. conſ. 30. n. 50. Surd. conſ. 418. num. 13. lib. 3. Seacc. de iudic. gloſſ. 14. qu. 2. n. 9. Gratian. diſcept. for. cap. 445. n. 11.*

Siquidem reſtitutio in integrum ob novam cauſam non denegatur *Maſcard concl. 1288. n. 1.* præcipue coram Supremo Tri- 19
bunali, coram quo non obſtat exceptio Rei iudicatæ, *Gratian.* 20
diſcept. forenſ. cap. 499. n. 22. tom. 3. ſed tantummodo attenditur iuſtitia Cauſæ, *Ludoviſ. dec. 317. n. 1. Odd. de reſtit. in integrum* 21
qu. 16 art. 6. Rot. Roman. dec. 154. n. 7. par. 3. div. ius autem

ſuperveniens ex cauſa dictorum fideicommiſſorum eſt clarum, &
22 facit cauſam devenire ad non cauſam, *Leg. Iulianus in verſ. abſolutio ubi Bartol. n. 9. verſ. reſpondeo ibi Iaſon. n. 12. 17 Caſtr. n. 10. de condit. indeb. Ruin. conſ. 89. n. 15. Surd. conſ. 298. n. 18 & 268 num. 15.*

Immo etiam adverſus Sententiam poteſt opponi exceptio,
23 dolo facis petere, quod reſtituturus es, ex *Leg. dolo facis ff. de except.* & potuiſſent hæredes d. D. Hieronymi eamdem exceptio-
24 nem opponere, & retentionem habere, ex eo quia non conſtabat de certa voluntate D. Hieronymi ſe velle remittere ſuum, *Leg. tres fratres ff. de pact. L. creditor L. Lucius ff. mandat. Grat. conſ. 30. n 10. lib. 1. Gratian. cap. 408. n. 3.* & adverſus enormiſſimam læſionem Statutum prohibens reſtitutionem in integrum
25 non operatur, *Odd. d. art. pr. n. 29. & in qu. 15. art. 8. n. 6. 7. de reſtit. in integr.* quia conſtat de læſione re ipſa, dum quis to-
26 tum quod ſuum eſt, amiſit *Odd. qu. 36. num. 62. & qu. 61. num. 48. eod. tract.*

Præterea Sacra Religio non poteſt ſe fundare in exceptione rei iudicatæ latæ in Iudicio, in quo ipſa non fuit citata, nec interfuit, ſic deficit in hac exceptione altera qualitas identitatis perſonarum, quæ facit ceſſare Statutum, & cæteri, qui interfuerunt in pr. Iudicio, paſſi ſunt cognoſci in hoc ſecundo pro Iuſtitia coram Illuſtriſs. Magiſtratu, cuius auctoritas num-
27 quam cenſetur reſtricta, *Leg ult. Cod. de leg. Bald in Leg fin. n. 1. & ſeqq. Cod. de Sent. paſſ. Mantic. dec. 315.* ubi ius quæſitum per reſtitutionem non tollitur, non ſuſpenditur, ſed conſtito po-
28 ſtea de bono iure proceditur ad terminationem reſcindentis, & reſciſſorii, *Barz. dec. 107. Caball. conſ. 84. Giuſt. dec. 21. Cavall. dec. 15. Adden. ad Ludovif. dec. 11. Buratt. dec. 452. n 9. Capu-*
29 *taq. dec. 94 par. 3.* & ſufficit Sententiam eſſe contra ius litigatoris, ut conſtet de læſione, *Buratt. dec. 323. n. 3. & dec. 130. & ibi Adden n. 14.*

Secunda eſt obiectio aditionis hæreditatis paternæ factæ a D. Hieronymo abſque Inventario, & ſic approbavit Teſtamentum paternum, & modo illud approbare dicitur dum non fuit ſoluta gabella pro hæreditatibus alienis, & præcipue D. Benedicti.

Cæterum non eſſe novum conſpeximus in hæreditate Dom. Neapoleonis iunioris, & patris D. Hieronymi potuiſſe remanere
30 etiam ea, quæ ſpectant ad alios, ut poſt *Ang. Caſt. Imol.* & alios explicat *Rot. Rom apud Ludovif. dec. 85. n. 26.* qualia ſunt bona fideicommiſſaria, & alia, quæ tantum Teſtator habuit iure reten-
31 tionis, *Rot. dec. 375. num. 3.* hinc conceduntur detractiones æris alieni, cuius appellatione debetur, & venit illud, quod a Te-

ſtato-

ſtatore debetur gravato, *Leg. omnibus* §. *Socero ff. de legat. 1. Leg.* 32
debitor Leg. ſi tamen §. *ſi ex trebelliano ff. ad trebell. Mangill. de*
imput. qu. 17. *n.* 13. 18. 19. qui gravatus nullo confecto Inventa-
rio poteſt retinere id, quod ſuum eſt, dum maxime agitur in-
ter ipſum, & fideicommiſſarios, quidquid ſit cum creditoribus,
& legatariis, nam in caſu primo non datur confuſio, confecto 33
ſive non confecto Inventario, & poteſt hæres ex fideicommiſſo
totum id, quod ſibi debetur, & quod ex alio iure, quam hæ-
reditario ſibi obvenit, & competit retinere, late *Sim. de Præt. de*
interpret. fol. 354. *n.* 15. *Surd conſ.* 7. *n.* 25. communem adfirmat
Menoch. in conſ. 667. *n.* 12. *Mantic. de coniect. ult. volunt. lib.* 7.
tit. 8. *n.* 15. *Peregrin. de fideic. art.* 33. *n.* 47. *in fin. & in art.* 3
num 78. & ſignanter poſſe detrahere fideicommiſſum antiquum,
Bertazol. conſ 246. *lib.* 1. *Menoch. præſ.* 297. *n.* 15. *lib.* 4. *Præt.*
ſub d. n. 15. *Peregrin. art.* 42. *n.* 7. nulla habita conſideratione
gabellæ in filio, & hærede capiente omnia ea, quæ erant apud
patrem, & avum, & ex longa ſuorum maiorum poſſeſſione, &
ſucceſſione, quo caſu ſtaturum non habet locum, & in his ſuf-
ficit, quia pro parte D. Hieronymi nullus adſit dolus, *& Dom.*
Alex. conſ. 159. *n.* 7. quidquid fuerit actum a ſuis anteceſſoribus,
a quibus præſumitur ſervatum id, quod erat ſervandum, & iſta
nullitas non fuit probata per allegantem, prout erat probanda 34
Rot. Noſtr. lib. mot. 99. *a* 307. 97. *a* 99. *verſ.* 506. *qui quidem.*

Tertio minime obſtat difficultas ex eo, quod Teſtator ſub
particulari relicto Commendæ ſuppoſuerit Domum ſitam Florentiæ
cum omnibus prædiis, & bonis immobilibus ſitis in Valle Peſæ
Populi S. Iacobi *a Tezana*, & S. Blaſii *a Poppiano* infra quæ-
cumque eorum vocabula, & confinia cum per dictionem univer-
ſalem cenſentur ſuppoſita, & relicta etiam prædia *della Torre,* 35
Caſtellinæ, & Rondine, nam qui omne dicit nihil excludit, *Leg.*
ſoliti de maior. & obed. Leg. Iulianus ff. de legat. 3. *DD. in Leg.* 1
ff. de legat. pr.

Et Teſtatoris bona eſſe dicuntur, quæ Teſtamenti tempo-
re, in eius Domo reperiuntur, maxime etiam titulo emptionis 36
a gravatis *Magon. dec. Florent.* 72. *num.* 6. *Abba. conſ.* 73. *Decian.*
conſ. 57. *num.* 16. *lib. prim. Rot. dec.* 375. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*
Adden. ad dec. Ludoviſ 102. *num.* 10. *Marzar. de fideicom. quæſt.*
4. *n.* 14. quod utique Teſtator poteſt facere, erit gravando hæ-
redem etiam in propriis bonis, *L. unum ex familia* 69. §. *ſi rem* 37
ff. de legat. 2. *Surd. dec.* 96. *a* 24. *Borgn. de uſufruct. n.* 163. &
in re particulari, ut eſt prædium Vallis Peſæ, *Adden. ad Ludov.*
in dec. 421. *n.* 15. *in fin.*

Quo-

Quoniam iniungere onus ſuper bonis hæredis eſt quid maius, & niſi Teſtator id expreſſe dixerit, non intelligitur diſpoſitum
38 in dubio, *Menoch de præſ. lib. 4. præſ. 193. n. 16. Peregr. de fideic. art. 35. n. 4 Marc. dec. 331. n. 18.*

Secundo quia etiam bona fideicommiſſo ſuppoſita ad favo-
39 rem hæredis dicuntur aliena eo reſpectu tamen, quia ius Teſta-
toris in bonis morte extinguitur, *Rot. dec. 89. n. 6. par. 5. div.*
40 & poſſunt ab hærede uti æs alienum deduci, & ſeparari, *Leg. irritum 8. Cod. ad Leg. falcid. Leg. Lucius 90. §. fin. ff. de leg. 2. Gabr. conſ. 124. n. 1. & ſeq. Fuſar. de fideic. qu. 649. n. 1. Rot. dec. 375. ſub n. 1. & 7. par. pr. in rec. & in dec. 93. n. 6. coram Duran Rot penes Ludoviſ. dec. 102. n. 10.*

Tertio in præſenti caſu non ſolum minime conſtat de voluntate Teſtatoris diſponendi de bonis D. Hieronymi filii imo de contraria, & reſtricta ad propria teſtatoris bona, ut in proe-
41 mialibus voluit diſponere de bonis ſuis ibi *eum ſuis bonis*, quæ præfatio mentem diſponentis noram facit, *Leg. fin. ff. de hær. inſtit. Menoch. de præſ. lib. 6. præſ. 2. Surd. conſ. 224. n. 10. Sim. de Præt. de interpret fol. 175. n. 6.* idemque dixit in eius inſtructione non ſolum de bonis ſuis, ſed etiam adiecit idem „ ibi „
42 „ *d. ſuam Domum, & hæreditatem devenire voluit &c.* „ non enim dicuntur ſua bona, quæ Teſtator eſt gravatus reſtituere poſt mortem alteri, *Leg. ſervi electionem §. cum Dominus ff. de legat. prim. Alex. conſ. 91. n. 10. verſ. cum probatur etiam, & verſ. quinimo lib. pr. & in conſ. 20. ſub n. 1. lib 3 verſ. immo dicit Rimin. iid. iun. conſ. 676 n. 54. & ſeqq. Seraphin. dec 963. n. 5. & 6. Mantic. de coniect. lib. 9 tit 6. n. 11. Peregrin. art 6. n. 12. Surd. dec. 93. n. 19. & 20. Borgnin. de uſufruct. n. 108. verſ. poſtquam Rot. d. dec. 375. n. 6. par. pr. rec. Ludoviſ d. dec. 225. n. 2. & 7.* ob illud verbum *ſuis*, ut ibi *n. 8. & in dec. 102. num. 10. & dec. 421. Præt. de interp. fol. 344. & 403. n. 35. & fol. 132. Duran. d. dec. 93. n. 3. & 119. Buratt. dec. 153. n. 1. Fuſar. d. qu. 649. n. 4. & qu. 632. n. 17. 18. Honded. conſ. 63. n. 26. Menoch. præſ. 127. lib. 4. Cornaz dec. 10.* quod etiam locum habet, ſi te-
43 ſtator adieciſſet confinia ipſius fundi, *Bertazol. conſ. 58. num. 39. Peregrin. art. 33. n. 28* quippe quia Teſtator habebat in eodem fundo Vallis Peſæ alia bona propria, in quibus poterat verifi-
44 cari eius diſpoſitio, & hæc tantum comprehendiſſe videtur, *Fuſar. d. qu. 649. n. 7.* tum etiam quia dixit ſe velle diſponere de bonis ſuis non obſtante verbo univerſali *eum omnibus prædiis*,
45 ob præcedentem declarationem geminatis verbis conceptam, quæ ampliat tantum ad ſpecies, & bona eiuſdem generis, & qualitatis ſupra expreſſæ, quæ nempe ſint Teſtatoris non ad ea, quæ

ſunt

ſunt alterius generis, *Borgnin. de uſufruct. n* 107. *verſ. etiam quia dixit velle diſponere n.* 109. *verſ. & quoties Rimin. d conſ.* 676. *n.* 6. *Bart. in d. Leg. ſervi electione* §. *fin. ff. de legat* 1. *Corn. conſ.* 84. *n.* 8. *lib.* 2. *& conſ.* 212. *lib.* 1. *& conſ* 155. *lib.* 3. *Andreol. Eugub. contr.* 39. *n.* 5. 6.

Quarta ſuccedit quæſtio, preveniens ex licentia conceſſa a D Neapoleone ſeniore ſuis hæredibus alienandi inter comprehenſos in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, quo caſu videbatur ſuccedere regula, re ſemel facta alienabili, ſemper cenſetur alienabilis, & conſequenter cum D. Neapoleon Junior acquiſiverit a cohæredibus bona Vallis Peſæ pro parte fideicommiſſo ſuppoſita, propria eſſe dicuntur, & uti empta, uti propria potuit ſuper illis Commendam imponere, *Leg. pater filium* § 15. *ff. de leg.* 3. *& ibi Scriben.* 46

Cæterum perſpecta voluntate Teſtatoris, quæ potiſſimum in fideicommiſſis attendenda eſt, & primum ſibi vindicat locum, *L. in condit. ff. de condit. & demonſt. cum vulgat.* quæ quidem eſt voluntas expreſſa Teſtatoris prohibentis alienationem bonorum cum explicita ratione conſervandi ea inter vocatos, hoc enim in caſu licet gravatus ob d. licentiam nulliter non alienet, nihilominus res alienata purificata conditione adhuc eidem fideicommiſſo ſuppoſita eſt, nam ſi voluit bona conſervari inter filios, eorumque deſcendentes uſque ad tertiam generationem, utique voluit illa pervenire ad extraneos, dum extane filii, & deſcendentes, poſito enim uno ex contrariis, removetur aliud, *L. inter me, & te ff. deciſ. rei iudicatæ Leg. hæc verba ff. de verbor. ſignif.* & quando prohibitio eſt realis, tunc ſemper firma manet, licet res licite ſemel fuerit alienata, ad *Leg. pater filium* § 15. *& ibi Bart. ff. de legat.* 3. *Fuſar. qu.* 721. *n.* 4. & pluribus etiam adducentur in fine præſentis. 47 48 49 50

Quæ quidem generalis ratio conſervandi bona inter vocatos tollit obiectum prohibitionis perſonalis, quæ videbatur eſſe in caſu præſenti, & reſolvitur in realitatem, & idem eſt de tali prohibitione, ac de reali ſumendum iudicium *DD in Leg. filius familias* §. *Divi ff. de legat.* 1. *Simon. de Pret. de interpret. fol.* 285. *n.* 25. *Capic. dec.* 108. *n.* 2. de communi *Surd. dec.* 125. *n.* 6 late *Fuſar. in d. quæſt.* 673. *n.* 5. ubi ſi prohibitio facta ſit perſonis eum illa ratione *remanent in familia* reſolvitur in realitatem, *Fuſar. d. quæſt.* 720. *n.* 8. 51 52

Ea etiam ratione, quia adverſa opinio foret contraria præſumptæ Teſtatoris menti, quia non eſt credendum, quod voluerit ſua bona, de quibus eodem modo indifferenter diſpoſuit, ut diverſo iure efficiantur, nempe pro parte inalienabilia, prout eſſent 53

sent ea, quæ pro sua portione possideret ille, in quem facta fuit alienatio, *Fusar. qu.* 718. *& dict. qu.* 721. *n.* 9. tum etiam, quia non est verisimile Testatorem voluisse dare occasionem eludendi
54 eius Fideicommissum, prout eluderetur; si statim res alienata in personam substitutam efficeretur libera, & a Fideicommisso exempta, *Peregrin. de fideicom. art.* 40. *n.* 64. *in fin. & 65. Marescott. variar. resolut. cap.* 4. *n.* 7. *in fin.* rursus quoque sequeretur repugnantia, manifestaque contrarietas voluntati Testatoris, & Scien-
55 tiæ, si daretur libera facultas alienandi, contra *Text. in Leg. ubi repugnantia ff. de regul. iur.* & contra *Text. in Leg. nam ad ea ff. de condit. & demonstrat.* quia numquam præsumitur mutatio voluntatis, & contrarietas si Dominus Neapoleon dixisset bona conservari debere inter suos Descendentes, & statim permisisset eadem bona alienari in Extraneo, *Peregrin. conf.* 38. *n.* 6. *lib.* 3. *Odd. conf.* 406. *n.* 33. *in fin. Fusar. qu.* 736. *n.* 2. *vers. quod eo magis.*
56

Nec obstat nullam adesse contrarietatem, ex quo Fideicommissum remaneret, si nulla sequatur alienatio, quia id procedit, si alienatio fiat inter vocatos, sed quatenus fiat in extraneos, nimis clara, & certa remanet contrarietas, quod Fideicommissum sit ordinatum usque ad tertiam generationem Descendentium filiorum Domini Neapoleonis senioris, & si unus ex dictis filiis, cui alter filius suam partem forsitan vendidisset, potuisset illam in Extraneum transferre, si Fideicommissum non pervenisset in primam, nedum in tertiam generationem, de diametro enim pugnat conservari, & non conservari in dictam tertiam generationem, & dicere, quod Testator intellexit, ut bona conserventur in descendentes, casu quo non alienentur, est mera prorsus divinatio cum
57 absolute locutus sit, & facillime hoc potuisset exprimere, si voluisset, quod tantum abest, quod contrarium expressit, scilicet quod alienatio fiat in Descendentes, non ergo in Extraneos.

Rursus succederent plures contrarietates; prima, ut iam diximus, bona non conservarentur inter Descendentes contra finalem dispositionem Testatoris, ut denotant illa verba „ e perchè „ *Leg. demonstratio* § *quod autem ff. de condit. & demonstrat. Grammatic. dec.* 89. *n.* 3. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 12. *n.* 33. secunda, quia prohibitio est generalis, unde si concessio etiam esset generalis, scilicet quando res fuit alienata in unum ex vocatis liberis, in omnes etiam Extraneos alienari valeret, in totum annihilaretur absque dubio prohibitio illa; tertia, quoniam Fidei-
58 commissum habet in se tacitam a lege prohibitionem alienandi, *Authen. res quæ Cod. commun. de legat. Leg. Marcellus* §. *res quæ ff. ad Trebell.* cui pariter adversatur dicta alienatio; quarto, quia solum concessit alienationem inter filios, & descendentes suos,

qui-

quibus ponitur alienatio in Extraneos facta ſic in totum deſtrueretur mens, voluntas, & omne verbum Teſtatoris.

Cum igitur duæ concurrant prohibitiones, una expreſſa Teſtatoris, & altera tacita legis, conceſſio alienandi ſequens tollit quidem prohibitionem Teſtatoris, non autem prohibitionem legalem operantem effectum, ut eveniente conditione, & purificato Fideicommiſſo res perveniat ad Subſtitutum, eaque a quocumque 59
Extraneo, in quem fuerit alienata, vindicari poſſit, *Leg. fin.* §. *ſin autem Cod. comm. & de leg.* operatur enim licentia alienandi, ut res alienata non poſſit auferri ab alienante donec vixerit, quia circumſcripta licentia ſtatim, & ipſo iure ſecuta alienatio- 60
ne auferri valeret, ſtante expreſſa Teſtatoris prohibitione, *gloſſ in Leg cum pater* §. *libertis ff. de legat* 2 *Fuſar. deciſ* 717. *Duran. dec.* 40. *n.* 46. ſed tamen non poteſt operari, quin ſequuta morte alienantis per ſubſtitutum non auferatur, bene *Caſtr. in conſ* 263. 61
verſ. fin. lib. 2. *Dec. conſ* 387 late *Fuſar. qu.* 636. *num* 2. eaque poteſt eſſe rario, quia quando duo adſunt impedimenta, uno ceſ- 62
ſante, non ceſſat alterum, §. *Civitatis inſtitut de nupt.* & inducta ad unum finem, non debent operari contrarium effectum, *Leg. le-* 63
gata inutiliter ff de adim legat. ſed prohibitio fit expreſſe a Teſtatore ad removendam alienationem, qua ſtante ſimplici Fideicommiſſo poteſt valide facere gravatus durante eius vita, ut ſuperius dictum eſt, contrarium effectum debet operari ſcilicet, ut non ſolum alienatio in unum ex vocatis teneat durante vita, ſed etiam in perpetuum poſt mortem alienantis, non ſecus ac nullum Fideicommiſſum factum fuiſſet hiſce mediis non tollit, quod alienatio ex permiſſione Teſtatoris facta pariter rollat Fideicommiſſum præcedens, immo illud firmum remanet, *Caſtr. in dict. conſ.* 263 64
col. pen. in fin. Dec. conſ. 387. *Corn. conſ.* 97. *in fin. lib.* 1. & ita iudicavit *Rot. Noſtr.* 14 *Maii* 1628. *Caſtill. dec* 29 *n* 22. *verſ. dicimus enim*, ubi licentia alienandi inter certas perſonas non de- 65
rogat Fideicommiſſo quoad alias perſonas vocatas, ne plures dentur ſpecialitates *Fuſar. qu.* 736. *n.* 2. *& ſeqq.* & hanc eſſe magis communem, & amplexam opinionem teſtantur omnes prædicti, & ita intelligendum, *dictum* §. 15. *in d. Leg. pater filium*, *ut per Simon. de Pret interp. fol* 371. *n* 3. *& Fuſar. dict. qu* 721. *n* 4. ubi adducit rationem ſumpta voluntate Teſtatoris, quæ militat in omnibus, & propterea iuncta eum legali prohibitione reddit Fideicommiſſum reale, *Odd. de fideicomm. qu.* 29. *n.* 27. *Rot. dec.* 125. *n.* 4. *&* 5. *&* 149. *&* 169. *&* 193 *par.* 1. *recent. Præt. fol.* 285. *n.* 25. *Peregrin. qu.* 2. *n.* 2. *Surd dec.* 125. *n.* 5.

Ioannes Ceccoperius Rotæ Prætor.
Marcellus de Pretis Auditor, & Relator.
Martius Venturinus Rotæ Auditor.

DECI-

DECISIO IV.

FLORENTINA DONATIONIS

dici 18. Ianuarii 1606. cor. Aud. VALENTINO FARINOLA.

ARGUMENTUM.

FUriosus, qui non est suus hæres, non transmittit hæreditatem, vel fideicommissum universale, quod agnoscere non potuit, secus legatum, vel fideicommissum particulare. Donatio cum pacto reversivo si sine liberis donatarius decessisset, revertitur ad donantem, etiamsi liberi nati fuerint, sed postea ante donatorem decesserint. Plura de Artiliano Tutore, & an adire possit hæreditatem sine beneficio Legis, & Inventarii, quando est creditor hæreditaris.

SUMMARIUM.

1 *Dos vivore Auth. res quæ, non detrahitur a muliere divite.*

2 *Fideicommissum universale purum, vel purificatum transmittitur licet non fuerit agnitum. Limita in furioso* n. 8.

3 *Ignorans transmittit.*

4 *Furiosus habetur loco absentis, ignorantis, ac dormientis.*

5 *Et assimilatur Infanti.*

6 *Furiosus transmittit fideicommissum sibi delatum, licet non agnitum, & de ratione.*

7 *Contra quod fideicommissum universale non transmittatur, sed ad illud admittantur proximiores, qui successissent, si furiosus in medio non extitisset. Et auctoritates in contrarium declarantur procedere, vel in fideicommissis particularibus.* n. 11. 13. c 18 *Vel in casu quo furiosus rogatus sit aliis restituere.* num. 14. *Vel in furioso, qui suus est.* n. 15. & 17.

9 *A regula semper receditur, quoties adest casus specialiter provisus.*

10 *Regula iuris non est sequenda in iis, quæ constituta sunt contra illius rationem.*

12 *Fideicommissar. univers. habetur loco hæredis, & eius vices, gerit.*

13 *Fideicommissum universale etiam hodie differt a particulari.*

16 *Suus hæres statim, & ipso iure efficitur hæres.*

19 *Fideicommissa particularia possunt acquiri a Furioso.*

21 *Fideicommissum universale est successio in ius defuncti.*

22 *Interpretatio semper sumenda est ad legum conciliationem.*

23 *Leges sunt omnino conciliandæ non autem in dissidium trahendæ.*

24 *Fideicommissa particularia veniunt sub nomine legatorum.*

26 *Bona donata cum pacto reversivo si donatarius decesserit sine liberis ad illum revertuntur, etiamsi donatarius decesserit cum filio si iste sine liberis vivo donatore decesserit. Et de ratione* n. 37 e seq.

27 *Declara procedere quando donatio facta est gratia conservandi nomen, & arma agnationis. Et de ratione* n. 34.

28

28 *Contra quod procedat principalis concluſio etiam in caſu, quo habita non ſit ratio agnationis.*

29 *Item declara procedere quando pactum reverſivum non eſt reſtrictum ad certum tempus, ſecus ſi ſit reſtrictum ad caſum mortis.*

30 *Contra quod nihil interſit an ſit addita dictio* quandocumque.

31 *Dictio* quandocumque *licet indicet temporis perpetuitatem.*

32 *Reſtringitur tamen ſecundum naturam actus, cui apponitur.*

33 *Verba accipienda ſunt ſecundum ſubiectam materiam.*

35 *Item declara principalem concluſionem procedere concurrentibus coniecturis ſuadentibus receſſum a conſ Oldrad.*

36 *Conſ Oldrad* 21. *non habet locum ſi eſt diverſa mens diſponentis.*

38 *Recentioribus in indaganda iuris ratione præſtant antiquiores.*

40 *Fideicommiſſariis ſolventibus dotem ex bonis fideicommiſſi mulier tenetur cedere iura contra bona libera.*

41 *Dos ſcut* 4000. *ex quo dicatur congrua.*

42 *Tutor Attilianus deſinit eſſe Tutor ſtatim adita hæreditate.*

43 *Tutela teſtamentaria eum ab Attiliano tutore pendeat, ſine eo exerceri non poteſt.*

44 *Et hoc ſemper fuit obſervatum in Thuſcia, & præſertim Florentiæ.*

45 *Atque eſt de forma Formularii Florentini*

46 *Tutor teſtamentarius non poteſt nomine pupilli libere hæreditatem adire quando ipſe eſt creditor hæreditatis.*

47 *Et ſi adeat tenetur ad damna, expenſas, & intereſſe, & contra eum poteſt iurari in Litem.*

48 *Tutor Attilianus non datur ſtante ſuitate, quæ teſtamentariam tutelam confirmat.* & n. 52. *Atque ab illa firmitatem accipiunt omnia contenta in Teſtamento.* n. 55.

49 *Aditio non eſt neceſſaria in hærede ſuo.*

50 *Filii efficiuntur hæredes ipſo iure etiam invito Tutore.*

51 *Amplia etiamſi Tutor abſtinere vellet beneficio Prætoris, cum adhuc Pupillus remaneat hæres ſolo nomine.*

53 *Stylus probari debet de tempore, quo actus fuit celebratus.*

54 *Et ex varia, ac diſſormi obſervantia non inducitur.*

55 *Unicus actus in contrarium ſufficit ad excludendam conſuetudinem, etiamſi mille pro ea eſſent geſti.*

56 *Ceſſante conſuetudine ob actuum diſſormitate recurrendum eſt ad iuris diſpoſitionem.*

CUm per Sententiam Illuſtriſſimi Magiſtratus de die 21. Iulii 1638. fuerint condemnatæ honeſtiſſimæ puellæ DD. Cornelia, & Lucretia de Daſſis ad relaxanda bona Petri earum Avi tamquam fideicommiſſo ſubiecta favore Dominorum Ciucciorum, & Zuccarinorum filiorum, & hæredum DD. Eliſabethæ, & Matieræ, data tamen retentione pro alimentis, ac reſervatis iuribus pro

dotibus, ſub die 30. eiuſdem menſis fuerunt taxata alimenta in ſumma ſcutorum 150. cuilibet illarum ſingulis annis præſtanda nec non ſub die ..... Aprilis 1639. D. Cornelia obtinuit ab eodem Magiſtratu referentibus DD. Tribus Iudicibus ſecundarum appellationum ſc. 4000. pro congrua dotatione, quos fuit conſecuta pariter, & alimenta iuxta Decretum prædictum de anno 1638.

Cuius exemplo Domina Lucretia Soror petiit, & ipſa alimenta, nec non dotem taxandam in illa quantitate, quæ magis congrua Magiſtratui viſa fuerit.

Obiiciebant iidem filii, & hæredes de Ciuccis, & Zuccherinis petitioni locum haud eſſe, ex eo quod Dominæ Lucretiæ duæ deferuntur, & quidem opulentiſſimæ hæreditates, nimirum Dominæ Iſabellæ de Fabbruzzis Aviæ Maternæ, & Domini Petri Angeli fratris, quarum aditione ſubſidium *Auth res quæ Cod com de legat.* ceſſare omnino contendebant; quandoquidem receptiſſimum eſt ex bonis aſcendentium fideicommiſſo ſubiectis pauperem dumtaxat mulierem non etiam divitem dotem conſecuturam, ita omnes *in dicta Auth. res quæ Cod. comm. de legat Beltram. ad Ludovic. dec.* 543. *n.* 5. *Rot. dec.* 66. *n* 4. *& ſeqq. par.* 1. *& dec.* 49. *n.* 8. *par.* 6 *rec. Fuſar. de ſubſtit. qu.* 531. *n.* 144.

Obiectum ut tolleretur, exadverſo negabatur dd. hæreditates opulentas eſſe, hinc plures, & quidem difficillimæ exortæ quæſtiones, quibus nos valde exorti ſumus ob maximam Advocatorum contentionem, qui enixe partium iura tuebantur ſcriptis ſcripta uſque ad ultimum cauſæ ſpirirum addendo, ſublimique ingenio contrariis invicem reſpondendo, & præſertim tres fuerunt acerrime diſcuſſæ. Quarum prima fuit, an furioſus tranſmittat fideicommiſſum univerſale. Deinde an conditio „ ſi ſine liberis donatarius deceſſerit, res donata redeat ad Donatorem „ intelligatur reperita in caſu quo iſte ſuperſtites liberos relinquat, ſi poſtmodum liberi illi ſine liberis deceſſerint. Denique an Petrus Auguſtinus cuius nomine Tutor hæreditatem paternam adiverat ſine beneficio Legis, & Inventarii iure hæres extiterit, adeo ut teneatur ſatisfacere creditoribus hæreditariis præſertim ipſi Tutori. Et ſane quamvis nil intereſſe videretur ultra hæreditatum ſcilicet Domini Petri Angeli an Dominæ Iſabellæ opulentior eſſet cum ambas adire poſſet Domina Lucretia, nihilominus tamen utilitas in eo conſiſtebat, quod cum hæreditas Dominæ Iſabellæ magno ære alieno gravata ex calculis appareret, magis fideicommiſſariorum interereret Petri Angeli, qui nullius debitor ex propria perſona exiſtere poterat, quippe qui infans vocatus ad patrui magni, & Avi ampliſſimas facultates vix debitum contraere poterat, patrimonium augere quam Dominæ Iſabellæ, illius enim conſecutione ceſſare omnino videbatur remedium, *Auth.*

de

res quæ Cod. com. de legat. At vero, e contra in incerto poſitum, ſi ad Dominam Iſabellam cuncta ſpectare iudicaretur.

Quare maiori qua potuimus diligentia illas diſpunximus, & quidem quo ad primam pro tranſmiſſione adducebatur regula illa ſatis protrita fideicommiſſum ſcilicet univerſale purum, vel pu- 2
rificatum transmitti etiamſi non fuerit agnitum, deſumpta ex *Leg a Teſtatore ff de condit. & demonſtrat. Leg poſtulante ff. ad Trebell. Leg. tertia Cod. de fideicom de qua Gloſſ. Bart.* & aliis plures relati *a Fuſar. de ſubſtit quæſt.* 487. *n.* 1. *& ſeqq. Cancer. var. reſol cap* 21. *n.* 81. *&* 84. *lib.* 3. innixaque ratione, & diſpoſitione *Textus in Leg. fin Cod. quando dies legat. cedat.* nimirum ignorantem tranſmittere *Corn. in d Leg fin. Cod. quando dies le-* 3
gat. cedat Zaneb in Leg hæredes mei § *cum ita n.* 161.

Qua quidem ratione etiam furioſus, qui ignorantis, abſentis, quieſcentis, ac dormientis in omnibus, & per omnia loco 4
habetur, *Leg.* 2. §. *penult. ff. de iur. codicill. Leg. ubi non voce ff. de reg. iur. Leg.* 1. § *Furioſus ff. de acquir poſſeſſ. Leg* 4. *ff. de divortiis, & repudiis, Borcolten. in* § *unde quæſitum eſt n.* 1. *inſt. tit. de nuptiis, & in* §. *ſui autem n.* 1. *inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. deferunt.* Et qui Infanti ſimilis eſt notatur in *Leg.* 2. *Cod. de iur. fiſci Bart. in Leg. furioſo. n.* 5. *ff de bon. poſſ.* tranſmittere 5
poteſt, nam quibus ex cauſis nobis ignorantibus acquiritur, ex his cauſis, & furioſis acquiri poſſe ait *Text. in* §. *ſui autem inſtit.* 6
tit. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt. Et hanc Sententiam in puncto tueri videtur, *Bald. in Leg. potuit num.* 12 *Cod. de iur. delib. Marant. in repetit. Leg. bis poteſt n* 132. *ff. de acquir. hæred* quos *Rota Noſtra* fuit ſecura de anno 1601. *lib. motiv.* 84. *a* 444. quæ ex *L. fin.* §. *fin autem Cod. de curat. furioſ.* firmat furioſum tranſmittere fideicommiſſum ſibi delatum, quantumcumque illud propter furorem agnoſcere non potuerit, ſequitur *Capr. conſ.* 12. *n.* 3.

Contrarium, quod imo furioſus non tranſmittat hæreditatem ſibi delatam, ſed eam acquirat is, qui mortis tempore ipſius furioſi propinquior exiteret ei, ad cuius bona vocatur, perinde ac ſi in medio numquam fuiſſet furioſus, probat *Text.* 7.
ad literam *in d. Leg. ultima* §. *fin autem Cod. de curat. furioſ.* illis verbis „ ut ii veniant ad ſucceſſionem, qui tempore mortis furioſi propinquiores exiſtant ei, ad cuius bona vocabuntur, ſi non in medio eſſet furioſus. „

Ex hoc apertiſſimo *Textu* firmavimus tranſmiſſioni locum non eſſe, & proinde hæreditatem D. Petri Angeli pertinere ad D. Lucretiam pro portione. Nam ad alios altera portio ſpectat tamquam proximiores illius tempore, quo Anconius deceſſit in furore.

Nec obſtare exiſtimavimus, quæ pro tranſmiſſione adducebantur, nam ad regulam deſumptam ex *L. a Teſtatore ff. de cond.*

& demonstr. & Leg. postulante ff. ad trebell. & Leg. 3. C. de fideic.

8 fuit responsum eam non habere locum in casu quo specialiter iure constituto aliter in furioso sancitum est; si tollamus casum istum, de quo adest specialis constitutio Iustinianea, ut observat *Bald. in d. Leg. potuit n. 12.* ubi quod est speciale in furioso, *Cod. de iur. delib.* & alium quempiam similem, firma remanet, atque inconcussa regula generalis, a qua semper recedendum

9 est, ut sequamur casum specialiter provisum. ad *Roland. cons. 62. n. 30. lib. 3. Rot. Bonon. div. dec. 101. n. 9. Rota dectis. 288. n. 5. par. 4. rec. tom. 2.* nam in his, quæ contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris ait lu-

10 re Consultus in *Leg. in iis 15. ff. de legat.*

Ad *Bald. in d. L. potuit n. 12. Cod. de iur. delib. & ad Marant. in repet. Leg. is potest n. 132. ff. de acquir. hæred.* facilis est

11 responsio, nam cum loquantur simpliciter de legatis, & fideicommissis, intelligendi ita sunt, ut de fideicommissis particularibus, non etiam universalibus verba faciant; suader hoc non solum unica oratio legata, quæ particularia sunt, & fideicommissa comprehendens, sed etiam ratio evitandæ contrarietatis, nam cum superius dixerint hæreditatem non transmitti, incœptum plane fuisset rursus statim dicere fideicommissum universale transmitti, quia ratio, quæ militat in hæreditate, viget etiam in fideicommisso universali, quandoquidem qui fideicommissum consequitur non minus oneribus hæreditariis implicatur, quam qui

12 hæreditatem adit, quia is qui loco hæredis est, eius vices, & iura gerit, *Leg. qui Leg. postulante §. 1. Leg. ex esse ff. de leg. 2. Leg. si filius ff. quod cum eo Peregrin. de fideic. art. 2 n. 44.*

Ut igitur a *Baldo*, & a *Maranta*, qui ex ipso loquitur, pugnantia arceamus, quinimo & ineptias, etenim nemo est, qui umquam asserere ausus sit fideicommissa universalia eodem iure

13 censenda, quo & legata particularia, quoniam hodie etiam differunt, ut docet *Aceursius in Leg. pr. ff. de legat. pr. & ibi Iason n. 97. Parlador. quotid differen. differ. 17. n. 6.* dicendum videtur de fideicommissis particularibus locutum fuisse.

Hinc intelligimus *Rot. lib. mot. 84. a 444.* non iure firmasse furiosum transmittere fideicommissum universale, nisi dicatur procedere in casu, quo furiosus fideicommissarius rogatus sit alii

14 restituere, iuxta doctrinam *Bart. in Leg. furioso n. 4. ff. de bon. poss. furios. infan.* quem citat *Marant.* ut supra, cuius auctoritati *Rota* ipsa innititur, ut dictum est, vel in eo, quo Furiosus

15 suus est ad §. *sui autem instit. tit. de hæred. quæ ab intest. deferunt d. Leg fin. §. fin. vero in fin. Cod. de curat furios. Piccard. ad d. § fin autem instit. tit. de hæred. quæ ab intest. defer. num. 8.* quia

16 statim ipso iure absque aliquo actu hæres est *d. Leg. fin. §. fin ve-*

ro

rò perpetuo Cod. de curat. fur. & ibi Bald. §. tali poſt med. Et in iſtis terminis loquitur *Capr. conſ.* 12. *n.* 3. qui propterea non meruit allegari, nam verſamur in extraneo furioſo, non etiam in ſuo, iſte enim hæreditatem paternam, quæ quaſi debita ad poſteritatem devolvitur, ad ſucceſſores tranſmirtit, ut conſtanter vereris iuris conditores firmarunt, apud quos nulla iuris de hac re umquam fuit dubiratio teſte Iuſtiniano in *d. Leg. fin.* §. *ſin vero perpetuo Cod. de cur. fur.* 17

Hinc quoque intelligimus non recte *Iuſtiniani* ſenſum percepiſſe *Rotam* noſtram, quæ in terminis fideicommiſſi univerſalis allegavit *d* § *ſin autem in furore*, ad probandum furioſum tranſmitrere, quantumcumque illud propter furorem agnoſcere non potuerit, nam loquitur Imperator in *verſ. legatis autem* de legaris, & fideicommiſſis particularibus, ut probatur evidentiſſime iuris ratione, & auctoritate. 18

Ratio deſumitur ex eo, quod fideicommiſſa particularia, atque legata poſſunt acquiti, & aggregari ſubſtantiæ furioſi, ut loquitur *Texeus* „ ibi „ legaris autem abſque periculo ſolvendi „ æris alieni a defuncto debiti „ quia legatarius non eſt ſucceſſor in univerſum ius defuncti, prour eſt hæres, & fideicommiſſarius univerſalis, ergo, & ad hæredes ipſius furioſi ſecure tranſmitti, quippe qui una, & eadem perſona cenſenrur cum defuncto, *Leg. hæres*, *Leg hæreditas ff. de uſucap* & quemadmodum is, ſi viveret, non teneretur creditoribus hætedirariis, ita nec hæres legitarii. 19 20

Porro *Iuſtinianus* agens de ſucceſſione furioſi univerſali, ut indicant illa verba *vel ad ſubſtitutum*, *vel ab inteſtato hæres*, *vel ad noſtrum ærarium*, ſub qua comprehenditur fideicommiſſum univerſale, quod ſucceſſio eſt, *Leg. quæſtionem* 32. *auth. hoc amplius Cod. de fidcic. Leg. ſi duobus* 3. §. *ſin autem ſub condic. Cod. comm. de legat.* primum definit ad ipſius ſucceſſionem venire, qui mortis tempore furioſi propinquiores exiſtant ei, ad cuius bona vocabuntur, ſi non in medio eſſet furioſus, ut ſunt verba *d.* §. *ſin autem* ibi *ſiquidem ſucceſſio eſt*, quare aperte ius tranſmiſſionis excludit; 21

Cœterum ſi iſto caſu de univerſali fideicommiſſo percipetetur, Iuſtinianus vel perperam, vel conrraria eodem conrextu definiviſſet, ſiquidem tranſmiſſionem, quæ ſuperiotibus verbis ibi *ut ii veniant ad ſucceſſionem* excluſerat, ſtatim admiſiſſet ibi *legatis autem procul dubio*, *& fideicommiſſis*, id autem dicendum non eſt, cum quælibet interpræratio ſumenda ſit ad legum conciliationem *argum. Text. in Leg. & ideo* 11. *ff. de legib.* & quantum fieri poteſt leges ſunt in unam conſonanriam reducendæ, non autem in apertiſſimum diſſidium trahendæ, ad *L. pr.* §. *cum itaque.* 22 23

Authoritas est *Azzonis ad d. Leg fin. sub n. 5. Gloss. ibidem in d. §. fin autem in furore* vrtbo *acquirendo Bart. Alber. sub n. 4. Salic. in § tali itaq. n. 5. Imol. in Leg cum hæres 35. sub n. 2. ante fin vers. tu adde ff. ad Treb. Barbos. in suis collect. super d §. fin autem in furore Noal. de transmiss. cas. 9. num. 4.* qui omnes distinguendo hæreditatem a legatis omissa mentione fideicommissi quasi id nomine legatorum comprehendantur *ad Leg. primam ff.*
24 *de legat.* 1. tradiderunt legatum transmitti ad hæredes furiosi, non etiam hæreditatem, ut in puncto *Peregrin. cons. 76. n. 7. ante fin. vol. 5.* qui ait *textum in d. §. fin.* accipiendum esse de
25 legatis, & fideicommissis partitularibus.

Quo ad secundam quæstionem pro repetitione conditionis illius *si sine liberis* adducebatur elegans definitio *Anton. Fab.* in suo *Cod tit. 37. de donat. quæ sub modo definit* 1. qua videbatur in proposito nostro bona ab Antonio donata Æquiti Angelo fratri sub conditione his verbis concepta *con condizione però, che morendo d. Donatario senza figliuoli maschi sopravivente d. Donatore la presente Donazione svanisca, come se fatta non fosse, e detto Donatore possa ritornare alli Beni donati*, rediisse ad Antonium Donatorem etiamsi Dominus æques Donatarius decesserit cum Petro Angelo filio, illa nimirum ratione, quod iste sine liberis, vivo adhuc do-
26 natore, decesserit, quid enim (ait *Fab. loc. citat.*) interest, an donatarius habuerit liberos nec ne, si quos habuit, non fuerunt Donatori superstites?

Hanc *Anton. Fabri* decisionem ut de medio tolleret Excellentissimus Advocatus fideicommissariorum plurrs maximo ingenii acumine quibusdam enim facto præmissis accomodavit responsiones, ut ostenderet longe distare illam a nostra facti specie.

Primum quidem Donationem in casu *Antonii Fabri* factam fuisse gratia conservandi nomen, & arma agnationis, quare de-
27 scedentes Donatarii, & honorati poterant a Donatore gravari, *Vulg. Leg ab eo Cod. de fideicom.*

Fuit replicatum Decisionem *Fabri* procedere etiam in casu,
28 quo Donator rationem conservandæ agnationis non habuisset, idque deducitur ex dictis per eum præsertim ibi *id vero multo certius obtinet.*

Secundo pactum reversivum in casu *Fabri* non fuisse ad certum quoddam tempus restrictum, ut desumitur ex illa particula
29 *quandocumque*, in nostro autem ad certum tempus mortis, scilicet Domini æquitis Angeli relatum.

30 Dicebatur dictionem *quandocumque* etiam in casu *Fabri* restrictam esse ad certum tempus, nimirum quo Donatarius sine liberis decesserit, præterea nil interesse videtur, an donatio sit concepta addita, vel omissa dictione *quandocumque*, cum illo pacto

re-

revertivo, *ſi ſine liberis deceſſerit*, etenim ipſa dictio etſi tem- 31
poris perpetuitatem indiceret, ut ex *Menoch. conſ* 143. *n.* 11. *&*
conſ. 151. *n.* 33. tradit *Barboſ. dict. quandocumque* 308. reſtringi- 32
tur tamen ſecundum naturam actus, cui tribuitur *Cotta in ſuis*
memor. verb. quandocumque Barboſ. ubi ſupra n 6. & verba acci- 33
piuntur ſecundum ſubiectam materiam ut in terminis *dixit Boer.*
dec 131. *num* 18. 34

Tertio donationem in caſu *Fabri*, ut ſupra dictum eſt, fu-
iſſe factam gratia conſervandæ Agnationis, noſtram autem af-
fectione fraterna, & ad hoc ut congruentius, ac decedentius
Donatarius nubere poſſet. Reſolutio patet ex dictis ad primam
reſponſionem. 35

Quarto autoritatem *Fabri* inniti doctrina *Goveani* in quodam
conſilio relato a *Theſaur. deciſ.* 270. *n.* 29. *Caſtr. conſ.* 343 *vol*
1. *Guidopap. dec* 531 & aliorum, qui omnes recedunt a *conſ.*
Oldrad. 21. ex coniecturis, quæ non concurrunt in caſu noſtro. 36

Fuit replicatum *conſilium Oldradi* non habere locum, quo-
tieſcumque colligi poteſt diſponentis mentem fuiſſe aliam, ut
loquitur *Rainald Corſus* maximi nominis Iure Conſultus in ad-
ditione *ad Oldrad. d. conſ* 21. hoc eſt voluiſſe bona donata re-
verti ad ipſum non ſolum in caſu, quo Donatarius ſine libe-
ris deceſſerit, ſed etiam ſi iſti ſine liberis diem obierint vivo
donatore. Plane ſi Antonii, quo ad ipſum attinet, & æquitis 37
Angeli Donatarii voluntatem inſpiciamus, perinde eſt ac ſi ipſe
Donatarius ſine liberis deceſſerit; quare non minus bona ad ſe
reverti voluiſſe Antonium credendum eſt in caſu, quo Dominus
æques Angelus ſine filiis deceſſiſſet quam ſi Petrus Angelus etiam
ſine liberis obiiſſet.

Ex quibus non auſi fuimus recedere *a dec Senat. Pedemont.*
& a ratione *Antonii Fabri*, qui ingenii, & diligentiæ laude non 38
minus præſtat cæteris recentioribus quam recentiores in vera
iuris ratione indaganda præſtant antiquioribus, ut utar ipſius ver-
bis in *Cuiac.* illatis *Decad.* 43. *error.* 6. *verſ nam*, & *par* 2. &
Fabrum ſecutos reperimus *Anton. de Marin. quotid. reſolut. cap* 239.
n. 15. & *Fontanell. de pact. nupt. clauſul.* 4. *Gloſſ.* 24. *n.* 22. neminem autem contradicentem recedentem ab ea legimus.

Verum licet fuerit in prima queſtione a nobis pro non tranſ-
miſſione firmatum, ac proinde videretur ceſſare diſpoſitio dictæ
Auth res quæ Cod. com de legat. & in ſecunda pro repetitione con-
ditionis iuxta *Anton. Fabr.* deciſionem nihilominus tamen diximus
Dominam Lucretiam fore dotandam ſuper bonis fideicommiſſo ſu-
biectis in ſumma ſcutorum 4000. eidemque alimenta præſtanda.

Etenim quia Dominis fideicommiſſariis Ciuccis, & Zuccarinis
dicebatur, utramque hæreditatem etiamſi ex calculis appareret

dam-

damnosam, vere tamen lucrosam esse, nam alteram maximo ære alieno onustam Tutor adiverat sine beneficio legis, & Inventarii, & in proprium commodum, addito præsertim quod hucusque rationem administratæ Tutelæ haud reddiderat, alteram vero facto alieno in præiudicium illorum affectaris debitis exiguam, & inanem prorsus redditam fuisse conici ex pluribus videbatur.

Quare condemnavimus Dominam Lucretiam ad legitime adeundam hæreditatem non solum Domini Petri Angeli, sed etiam Dominæ Isabellæ Aviæ cum beneficio Legis, & Inventarii, eaque adita statim ad cedendum Iura, & actiones hæreditarias dictis fideicommissariis, ad hoc ut si forte contigerit in una, aut altera reperiri bona libera, ex quibus dotari possent rum alimenta, & impensas factas in litibus, tum etiam dotem reperire valerent.

Hanc congruam diximus, & taxavimus in summa scutorum 4000. prout alias per Dominos Tres fuit taxata favore Dominæ Corneliæ Sororis sub die 15. Aprilis 1659. habita ratione ad legitimam constituram in quantitate scutorum 8000. ut legitur in decisione illius Causæ *vers. non tamen.*

Quo ad tertium plura ponderabantur pro negativa. Primum quidem Dominum Angelum de Gallis tutorem non potuisse adire pro Petro Angelo impubere hæreditatem patris, nulla enim eius erat authoritas, nisi daro prius Attiliano Tutore, qui adeundo hæreditatem, testamentariam, in quo scriptus fuit Tutor, confirmaret, nam tutela Testamentaria cum ab Attiliano Tutore, qui statim adita hæreditate, desinit tutor esse §. *itidem si pure instit. de Attil. tut.* pendeat, vireſque acquirat, nullatenus sine eo exerceri potest, nihilque est *Io. de Plat. ad tit. instit. de Attil tut. n. 7 in fin. Cantiuncul ibidem vol. 2. vers. qua tutius est Angel. Aret. in §. sed & si in Testamento ante fin. vers. & ita communiter instit. tit. de Attil. tutor.* quem sequitur *Missing. ibidem num. 7. in fin. & Baldus vers. item si pure*: Et de antiqua observantia in Thuscia, quod scilicet semper detur Attilianus Tutor, testatur *Bald. in L. 1. sub n. 3. vers. in Thuscia communiter Cod de testam. tutel.* & præsertim Florentiæ *Aldobrand. in § sed & si in Testamento num. 18. circa med vers. & hoc verum est instit. eod. tit. de Attil. tut.*

De præsenti quoque observantia adducebatur fides plurium Notariorum, quia constanter asserebant sine tutoris Attiliani datione Testamentum non subsistere, & per consequens omnia in eo contenta corruere, quæ quidem observantia habet fundamentum Formulatii Florentini, quo datur forma, & modus præscribitur dandi Attiliani Tutoris, qui nomine impuberis hæreditatem adeat; ad effectum confirmandæ dationis tutelæ testamentariæ.

Deinde daro citra veri iniuriam d. Tutorem Testamentarium iure hæreditatem D. Equitis Angeli sui debitoris nomine impuberis

beris adire potuisse ex ratione, quam assignat Iure Consulrus in *Leg. 1. in princ. ff. de auct. tut.* nihilominus tamen cum hæreditas 46
esset ingenti ære alieno gravata, idque optime scivisset tutor, quoniam debita secum contracta erant, non potuit in rem suam author esse, propriique sui debitoris hæreditatem adeunti pupillo authoritatem accomodare, ut singulariter docet in forrioribus terminis *Cuman. in d. Leg. pr. n. pr. vers. si autem subesset.*

Denique, & in omnem casum debebat tutor adire hæreditatem secure iuxta Iustiniani constitutionem in *Leg. fin. Cod. de iur. delib.* quod cum minime fecerit Iuditio tutelæ tenetur, hoc est ad damna, expensas, & interesse; & contra eum poterit iu- 47
rare in litem, *Paris. cons. 25. n. 44. & seqq vol. 2. Plot de in lit iur. n. 228 Rom. cons. 425. in fin. Socein cons. 2. col. 2. in fin vol. 2. Cavalcan. de tut. & curat. n. 67.* quia contra commodum pupilli adivit ait *Text. in L. si pupillum 11 ff. de aut. tutor.*

Pro affirmativa vero dicebatur superfluam esse dationem Attiliani tutoris stante suitate, quæ testamentariam tutelam confir- 48
mat *Bartol. Alex. & Socein in Leg. si filius qui patri ff. de vulg. & pupill Ott. in vers. ex Testamento nemo hæres instit. de Attil. tutor. Gutier. de tutel lib. pr. cap 3. n. 14. Galgan. de tutel. lib 3. cap. 8. n. 2. Galter. in prax vers. & personam suam inspiciat n. 6. c. 31. Thomas. de tutor. tit. 5. cap. 1. n. 39. c. 3. Port. ad tit. instit. de Attil tut. n. 5. & 6 Cuiac. ad Leg si filius 12. vers. valeat ff. de vulg. & pupill.* in suo enim hærede non est necessaria adi,io; *Leg. enim suis de suis, & legitim.* nam vi patriæ potestati 49
& ,pso iure filii sunt hæredes etiam invito tutore, *Faber. in sua* 50
Iur isprud. Papin. tit. de Attil. tutor. princ. pr. illat. 10. fol. 1073. quinimmo etiam si abstinere vellet beneficio prætoris hæreditate 51
paterna, remaneret hæres nudo, ac solo nomine, quod non caret effectu, subtinet enim, & corroborat Testamentum, ut de com muni testatur *Cuiac. ad Leg. si filius 12. ff. de vulg & pupill.*

Præterea dabatur alia contraria fides plurium Notariorum negantium solère in aditione hæreditatis paternæ impuberi dare Attilianum tutorem, illiusque authoritatem adhibere in Adeunda hæreditate.

Hæc magis movere videbantur DD. ad firmandam superfluam esse dationem Attiliani tutoris, nam communis nostrorum Sen- 52
tentia est veræ Iurisprudentiæ principiis arridens, ut supra fuit ostensum, suitatem confirmare Testamentum, ac propterea tutelam.

Neque turbare poterat observantia contraria, nam antiqua, de qua *Bald. & Aldobran.* testabantur, non erat attendenda, quo- 53
niam stylus, & consuetudo probari debet de tempore, quo actus fuit celebratus, cum tempore variare, & pœnitus mutari posset, *Mantic. dec. 357. num. 2.* moderna autem, & recens non sibi ipsi constabat, etenim contrarium fuit aliquando observatum, ut ostenden-

tendebatur exemplis registratis in fide, de qua supra, ex varia
54 autem difformi, & contraria observatione numquam inducitur consuetudo, *Seraphin. dec.* 38. *n.* 3. *Rot. dec* 72. *n.* 28. *& seqq. par.* 2. *div. & dec* 336. *n.* 17. *par.* 5. *rec.* quinimmo unicus actus in contrarium gestus satis est ad probandum non extare consuetu-
55 dinem, etiam si ad effectum inducendæ consuetudinis mille actus essent gesti, *Ludovis. dec.* 162. *n* 9 *Beltram ibid n.* 15.

Qua stante actuum variatione, difformitate, & contrarietate
56 nullatenus inhærendum erat consuetudini, sed imo potius recurrendum ad dispositionem iuris communis, *Rot. dec.* 4. *n* 3. *p.* 4. *div.* quo inspecto verius videbatur Testamentum, omniaque in eo contenta robur, ac firmitatem accipere a suitate, ac proinde superfluam esse dationem tutoris Attiliani:

Magis autem urgere videbantur, quæ de aditione hæreditatis D. Equitis Angeli obiiciebantur quam tutor suam accomodaverat authoritatem pupillo in rem propriam, hæreditatemque adiverat sine beneficio Legis, & Inventarii.

Verum circa hæc noluerunt Domini quidquam firmare eum longiorem, atque exactiorem indagationem exposcerent, & causa brevi erat expedienda, quæ non patiebatur dilationem, ne interim innupta remaneret D Lucretia, dum scilicet inter tutorem, & fideicommissarios disputaretur de validitate aditionis, de obligatione impuberis, de redditione rationis, & similium &c.

Friderieus Mengacius Audis.
Hieronymus Canossa Rotæ Audit.
Io. Franciscus Gallesius Audit.
Franciscus Marionius Audit.
Valentinus Farinola Audit. & Relat.

DECISIO V.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

6. Maii 1641. *ex L. M.* 114. *p* 589 *cor Aud.* TARQUINIO COMUNI.

ARGUMENTUM.

SImplex usus rei quando dicatur legatus, quando vero etiam proprietas ad exornationem *theor. Bartol in L. donationes* §. *species ff. de donat* alienatio facta contra expressam prohibitionem Testatoris est ipso iure nulla, & alienatum statim vindicari potest.

SUMMARIUM.

1 *Prohibitio alienationis cum privatione contravenientis, & ratione* quia voluit *indueit perpetuum fideicommissum.*

2 *Dispositа in prima substitutione non repetuntur in altera, quæ habet orationem diversam.*

3 *Di-*

3 *Dicitur habere orationem diverſam ex dictione* inſuper.
4 *Contra, quod dictio* inſuper *ſit repetitiva, & veniat continuative retentis iiſdem terminis.*
5 *Dictiones relativæ ſemper ſtant conſequtive, & acceſſorie, quamvis habeant verbum de per ſe, & ſeparatam orationem.*
6 *Prohibitio alienationis uni adiecta comprehendit alios ſubſtitutos ſtantibus dictionibus relativis.*
7 *Res expreſſe alienari prohibita, ſi alienetur, ſtatim avocari poteſt. Etiam non eſpectata morte alienantis.* n. 25. *Cum nulla remaneat ipſo iure alienatio.* n. 23 *Et fingatur quod nunquam titulus intervenerit* n. 24. *& de ratione* n. 26. *Limita in ſimplici fideicommiſſo, in quo alienatio ad vitam alienantis ſubſtinetur.* n. 10.
8 *Legata re ad uſum cenſetur legata proprietas. & n.* 11. *Contra ſi legetur uſus rei.* & n. 12. *Et quando hic dicatur legatus.* n 17.
9 *Amplia primam conſluſionem procedere etiamſi limitatum fuerit certum tempus, & de ratione. Limita tamen ex contrariis coniecturis.* n. 13. *Et de ratione* n 14 *Ex quibus iſtæ reſultent* n 15.
14 *Legata recipiunt interpretationem a voluntate Teſtatoris.* & n. 16.
15 *Interpretatio in legato facienda eſt favore hæredis non Legatarii.*
18 *Verbum* revertatur *non ſemper probat legatam fuiſſe proprietatem cum poſſit verificari etiam in uſu ad ſalvandam voluntatem Diſponentis.*
19 *Et cenſetur poſitum ad maiorem declarationem. Supponit rei exiſtentiam penes alium.* n. 27.
20 *Una res duplici fideicommiſſo obnoxia eſſe poteſt.*
21 *Caducitas non incurritur a fideicommiſſario alienante niſi probata ſcientia cum ſuis qualitatibus.*
22 *Conſentiens alienationi rei fideicommiſſariæ an ſibi præiudicet remiſſive.*

INſpectis verbis Teſtamenti quondam Lucæ de Lutiis uſque de anno 1579. pro Franciſco de Lutiis contra Nicolaum Guadagnoleum reſolvendum puravimus; poſito pro conſtanti domum prout in actis controverſam ſub generali Fideicommiſſo comprehendi ex ampliſſimis verbis Teſtatoris in prima ſubſtitutione poſitis cum prohibitione alienationis omnium, & quorumcumque bonorum, cum ratione generali, *ut bona in familia remaneant*, & in caſu contrafactionis vocando non contravenientes, *Bartol. in Leg. cum pater §. dileiſſimis fratribus ff. de legat. 2. Surd. conſ. 67. n. 21. Ioannes Froneiſeus a Ponte conſ. 46. n. 30. lib. pr. Grat. cap. 285. num. 7. Rot. in recent. dec. 193. par. 1. num. 8. in fin.* 1

Non obſtat, quod in diverſa oratione, de Domo in Actis deducta, fuerit facta ſubſtitutio a Teſtatore, & conſequenter non a 2

detur

detur repetitio primæ ſubſtitutionis, *Peregrin. artic.* 16. *de fideicom. per tot. Grat. cap.* 818. *n.* 15. *Ludoviſ dec.* 225. *n.* 9. *Rot. in rec. dec.* 14. *n. ult. p.* 1. *Rot. p.* 5. *diverſ. dec.* 151. *n.* 25. *& dec.* 180. *n.* 11. dicitur habere diverſam orationem ex illa dictione *inſuper*,
3 *Giovagnon. conſ.* 39. *n.* 15. *Mart. de clauſulis clauſ.* 24. *n.* 4 *par.* 4. *Gemin. conſ.* 44. *n.* 3. *Rot. diverſ. dec.* 21. *n.* 35. cum aliis *per Barboſ. in diſcurſu præfatæ clauſ.* 166.

Quia cum illa dictio *inſuper* ſit repetitiva omnium præcedentium, venit continuative retentis iisdem terminis, *Cap. ſtatutum*
4 *inſuper de reſcriptis in 6. Mareſcott. variar. reſolut. lib. pr. cap.* 51. *num.* 8. *Bero conſ.* 80. *n.* 5. *lib. pr.* iuxta naturam dictionum relativarum, quæ ſtant conſecutive, & acceſſorie veniunt quamvis habeant verbum de per ſe, & ſeparatam orationem, *Alex. conſ.* 59.
5 *lib.* 3. in terminis ſubſtitutionis *Rotæ in Forolivien. fideicommiſſi* 19. *Martii* 1539. *& in recent. dec.* 267. *n.* 5. *par.* 2. ſequitur quod uni adiecta prohibitio comprehendit alios ſubſtituros cum omnibus
6 ſuis qualitatibus, *Surd. conſ.* 501. *n.* 3. *Bald. conſ.* 17. *lib.* 2. *Rot. par.* 5. *recent. dec.* 194. *n.* 84. quo iacto fundamento controverſiæ non videbatur locus, quin Dominus Franciſcus Lutius admitteretur ad revocandam Domum hanc fideicommiſſo ſubiectam, ſub forma gravaminis ſupra mentionati, *ad Text. in Leg. cum pater*
7 *liberi ff. de legat.* 2. *Fuſar. qu.* 554. *n.* 6. *cum ſeqq. Dec. conſ.* 93. *n.* 3. *Caſtrenſ. conſ.* 249. *n.* 12. *lib. pr. Oſaſc. deciſ.* 33. *n. ult. in fin. Rot. in recent. par.* 2. *dec.* 168. *n.* 2. *& 5. Magon. deciſ. Flor.* 10. *n* 30. *& dec.* 49. *per tot. par.* 2. *diverſ.*

Sed ingenioſe replicabant Informantes pro Domino Nicolao Guadagnolo Domum controverſam fuiſſe per Teſtatorem legatam ad uſum pro nepte, & filiarum, ipſam excipiendo a ſubſtitutione facta Petro eius filio propter illam dictionem *præter quam*, unde cenſetur legata proprietas ſecundum communem opinionem, de qua per *Bartol. in Leg. Donationes* §. *ſpecies ff. de donat. Leg. ſpecies ff. de aur. & argen. legat. Leg. Titia teſtamento* §. *cum nuberet ff. de legat.* 2. *Grat. cap.* 138. *n.* 5. *Menoch. præſumpt.* 133. *lib.* 4. *Cavale. de uſufruct. n.* 18. *Caſanat. conſ.* 32. *Giovagnon. conſ.* 63. *per tot. Caſtil. de uſufruct. cap.* 30. quæ regula ſtat ampliative,
8 etiamſi fuerit adiecta temporis limitatio contra *Grat. et Menoch.* prout conſtanter aſſeruerunt idem *Caſanat. & Giovagnon.* ratio aſſignatur conformis rei ad intellectum, quia illa additio temporis non reſpicit actum legandi, ſed potius cauſam, ita Teſtamentum fere per modum conſilii procedit, ut Legataria utatur, & fruatur re legata, non autem, ut diſpoſitio iam ordinata, & perfecta ſemel per illa verba removeatur, unde ſtante dominio Domus pe-
9 nes Floretam filiam Teſtatoris nulla competebat actio Franciſco

Fidei-

Fideicommiſſario, & ſi ei competere potuiſſet ſaltem poſt mortem Florettæ in caſu ſubſtitutionis per illud verbum, *& poſt mortem revertatur*, per quod fideicommiſſum erat ſimplex, & alienatio non prohibita, *ad Text. in Leg. fin. §. ſed quia Cod. commun. de legat. Fuſar. qu. 555. n 1. cum ſeqq. Cavaler. deciſ. 191. num. 8. Rot. dec. 384. n. 7. par. 5. rec. & 200. n. 13.* ratio eſt quia hæres gravatus interim eſt Dominus, veruſque poſſeſſor, & vocati poſſent prædecedere, vel conſentire. 10

Sed duplici modo huic obiecto ſatisfecimus, alterum quod non eſt verum hic adeſſe legatum proprietatis, ſed tantum uſus quamvis unus ex Dominis huic opinioni non adhæſit, ſed voto acquievit ex primo capite putans omnino fuiſſe legatam proprietatem, quidquid ſit aliud *Marcellus* aliud *Iabol.* in pleriſque locis Pandectarum, quia vera eſt *Bartoli* diſtinctio in *Leg. donationes §. ſpecies ff. de donat.* aliud enim eſt legare Domum ad uſum, & tunc dicitur legata proprietas, contra *Grat. & Menoch.* ut diximus, aliud eſt legare uſum Domus, & in hoc ſecundo capite dicitur legatus uſus tantum, quam diſtinctionem ſequitur *Surd. deciſ.* 572. *num.* 16. *in fin. Grat. cap.* 216. *n.* 16. *Caſtill. in allegat. cap.* 30. *de uſufruct. Cavalc. de uſufruct. num.* 78. & alia per *Laderch. conſ.* 32. *& Giovagnon. conſ.* 63. 11 12

Secundo diximus ex prima concluſione firmata excipi voluntatem Teſtatoris, quæ ſi ex coniecturis colligi poſſet contrarium, tunc uſus tantum diceretur legatus, & non proprietas, *Gratian. cap.* 216. *n.* 17. *Ladereb Giovagnon. Caſanat.* & cæteri ſupra allegati; Ratio eſt quia legata ſunt interpetranda a coniecturata voluntate Teſtatoris, *Leg. ſervus plurium §. fin. ff. de legat.* 1. *Grat. cap.* 565. *n.* 15. cum concordantibus. 13 14

Ad primam limitationem verba Teſtatoris ſunt exprimenda, quæ in hunc modum ſonant, *quam Domum voluit remanere ad uſum ipſarum filiarum donec vixerint* deſumenda erit interpetratio *cuius Domus relinquo uſum*, quia non legimus verba præcedentia legati Domus, ſed tantum legati uſus, unde deſumitur, aut clara mens Teſtatoris, aut ſaltem dubia, in cuius declaratione debemus ad favorem hæredis, & non legatarii interpretationem facere *Leg. nummis ff. de legat. 3 Surd conſ* 123. *n.* 21. *Mantic. de coniect. lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 5. *Rot. in rec. dec.* 334. *n.* 4. *par.* 2. *Fuſar. qu.* 321. *n.* 101. *de ſubſtit. Grat. cap.* 30. *n.* 3. *Magon. deciſ. Flor.* 84. *n.* 3. 15

Quo vero ad ſecundam limitationem cum legata ſumant interpetrationem a coniectura, & voluntate Teſtatoris ad *Text in Leg. ſervus plurium ff. de legat.* 1. *Grat. cap.* 565. *n.* 15. quis ambigit ex verbis Teſtamenti coniecturas, & præſumptiones col- 16

ligi usum tantum fuisse legatum ex Testatoris prohibitione ut bona remanent in familia, cum expressa proibitione vocando non contravenientes, cum pacto reversionis post mortem filiarum ad hæredes, quæ potius arguunt prædilectionem hæredum, quam legatariorum, quod si aliter diceremus, esset totum oppositum, quia prædecedentibus hæredum institutis, & substitutis posset ad libitum ipsa Floretta disponere, dum supponit ipsam fuisse vigore legati consecutam proprietatem, quod esset contra mentem Testatoris, cum dominium suorum bonorum, & ipsorum dispositio in suos hæredes, & substitutos mandaverit permanere, quod si dice-
17 retur legatus usus, primus hæres gravatus posset disponere, prædecedentibus substitutis in Testatoris voluntatis conformitatem, *a Ponte conf* 23. *n.* 29. *lib.* 2. *Rot. par.* 1. *diverf. dec.* 194. *n.* 12.

Qua Testatoris voluntate perpensa non obstat illud obiectum de verbo *revertatur*, cum legato usu reversio fiat ipso iure, in
18 quo se fundant *Giovagnon.* & cæteri, quia ad salvandam voluntatem disponentis tolleratur, *Aymon. conf.* 26. *in fin. n.* 30. *Mantic. de tacit lib.* 2. *tit.* 12. *n.* 25. *Socein. conf.* 102. *lib.* 3. *n.* 7. & ut bene ibi advertit, venit ad maiorem declarationem quam ad
19 voluntatem Testatoris mutandam, ut dixit *Alb. conf.* 11. *in fin.* qui refert *Magon dec. Florent.* 57. *n.* 35.

Quo vero ad fideicommissum diximus, non esse novum, rem
20 duplici fideicommisso esse obnoxiam, *Magon. dec.* 50. *n.* 13. *Rot. in rec. dec.* 67. *par.* 1. *n.* 3. *ex conf. Gabr.* 132. *lib.* 1. *n.* 29.

Eiusque alienationem duo continere capita, incursum pænæ caducitatis Dominæ Florettæ ob eius prætensum consensum, & hoc caput omissimus discutiendum, cum plene non constabat de consensu Dominæ Florettæ, & eius revocatio poterat in dubium
21 revocari cum deficiebat certa scientia cum suis qualitatibus, *Surd. conf.* 18. *n.* 158. *Rot diverf. decis.* 147. *num.* 16. *par.* 5. *Cavaler. dec.* 612. *n.* 6. cum innumeris aliis per DD. plerisque in locis sparsim dictis *Alex. conf.* 135. *num.* 2. *lib.* 7. *Rot. par.* 6. *diverf. dec.* 190. *n.* 22. *in rec. par.* 1. *dec.* 535. *n.* 12. unde si poterat aliquid in esse deduci in solutione retenta cuiusdam annui census scutorum 16. per Dominam Florettam, quam deducebant Informantes, ex parte Francisci de Lutiis ortum habuisse, ex precio Domus venditæ, consulto omisimus, ne tempus omitteremus in his, quæ ad causam parum suffragarentur, de principali tamen
22 quæstione videndum est, *Fusar. quæst.* 719. plene *per tot. in secunda inspect.*

Aliud caput quoad nullitatem alienationis, controversum non est, esse nullam ex prohibitione Testatoris clara verbis apertis
23 prolata, ad tradita *per DD. in Leg. filius* §. *Divi ff. de legat. primo Rot.*

ma Rot. penes Cavaler. dec. 108. *n.* 2. quæ eſt impreſſa *in rec. dec.* 243. *par.* 2. *&* 268. *n.* 5. *par.* 1. *Seraphin. deciſ.* 321. *num.* 13. & fingitur numquam interveniſſe titulum, ſecundum *Caſtr. in* §. *ſed quia Cod. com. de legat.* unde bene a dicto Domino de Lutiis bona vendicare poſſunt etiam non expectata morte hæredis gravati, cum verſemur in expreſſa prohibitione Teſtatoris *Honded. conſ.* 3. *n.* 62. *lib.* 1. *Valenz. conſ.* 187. *n.* 31. *Bera conſ.* 91. *n.* 6. *lib.* 2. *Aret. conſ.* 28. ratio illa aſſeritur, quia prohibitio Teſtatoris expreſſa, quoad alienationem irritam faciendam, & prohibendam dominii translationem habetur pro legis prohibitione, §. *diſponat in autb de nupt. Iaſon. conſ.* 120. *n.* 5. *Barboſ. conſ.* 11. *n.* 29. *lib.* 3. *Thomat. Grammat. dec.* 93. *n.* 1. *cum ſeqq.* nec nobis viſum fuit aggredi queſtionem, an ab ignorante, vel ſciente ſit facta alienatio, cum non adaptentur termini noſtræ controverſæ quæſtioni, ne extra terminos propoſitæ dubitationis vagemur contra proprium, & antiquum noſtrum morem, qua de re, ſive ex cauſa fideicommiſſi exiſtentis, quam nimis dubiam cogitavimus quæſtionem, ob deciſionum, & Doctorum contrarietatem, ſive quod ſit legatus uſus tantum ſecundum voluntatem Teſtatoris, res erat in tuto pro Domino de Lutiis contra Dominum Guadagnolum, pro quo reſolvendum putavimus. 24 25 26

Quo vero ad dictionem *præter quam* diximus illam excipere quo ad uſum non quo ad ſubſtitutionem iam ſemel ordinatam Teſtatoris voluntate muniram, quam firmavit per illa verba *revertatur*, quod operatur præexiſtentiam penes alium *Grat. cap.* 556. *n.* 3. *&* 10 *Franch. dec.* 3. *n.* 10. cum aliis *per Tiraquell. Leg. ſi unquam Cod. de revocand. donation.* Er ita &c. 27

Tarquinius Comunis Rotæ Auditor, & Relator.
Io. Ceccoperius Rotæ Auditor.
Io. Accariſius Rotæ Auditor.

DECISIO VI.

FLORENTINA BONORUM

27. Apr. 1644. ex L. M. 112. p. 293. cor. Aud. HIERONYMO CANOSSA.

ARGUMENTUM.

RE, & verbis coniunctus acquirit portionem Collegatarii per Ius accreſcendi, licet Collegatarius prædeceſſerit Hæredi, aut Teſtatori. Et ex quibus talis coniunctio reſultet.

SUMMARIUM.

1 *Ius accreſcendi locum habet inter Legatarios verbis coniunctos, & non penitus re diſiunctos.*

2 *Coniunctio verbalis operatur ut coniuncti pro una tantum perſona reputentur.*

3 *Coniuncti re, & verbis dicuntur habere ſolidum a principio, & uno deficiente alter ſuccedit in totum per ius accreſcendi, vel non decreſcendi. n. 5. Amplia etiamſi taliter coniunctus præmortuus fuerit hæredi. n. 6. & 13. Item amplia etiamſi Teſtatori præmortuus fuerit. n. 7. & 9. Et ante diem legati ibidem. Item amplia etiamſi adiecta fuiſſet conditio, ſi Collegatarii ſupervixerint hæredi. n. 8. Vel adſint verba „ nec aliter, nec alio modo. n. 13. Item etiamſi Teſtator dixerit, quod pars caducata remaneat penes hæredem, quia non habet locum ubi ſubſtitutus, vel taliter coniunctus datus ſit. n. 14. Item nec ubi dictio* ſolummodo *appoſita ſit legati conſequutioni, quod tamen ſecus eſſet ſi appoſita eſſet eius portioni. n. 16.*

4 *Coniuncti re, & verbis ſunt ii, quibus communiter res, vel cuilibet dimidia relinquitur.*

10 *Ius accreſcendi habet locum etiam in legatis, & fideicommiſſis conditionalibus. & n. 15.*

11 *Voluntas Teſtatoris in coniungendo ſpectanda eſt ad effectum iuris accreſcendi.*

12 *Ius accreſcendi licet ſit reale tamen ut habeat locum favore Collegatarii ſufficit, quod ſit vocatus licet actualiter non poſſideat de tempore, quo alter defecit.*

14 *Teſtator non poteſt facere quin leges habeant locum in eius Teſtamento.*

15 *Verba* non alias, nec alio modo *non ſunt limitativa, ſed conditionalia.*

16 *Dictio taxativa* ſolummodo, *vel ſimilis quando tollat ius accreſcendi.*

17 *Baldus in Leg. 1 n 1. Cod. de ind. vid. & toll. declar.*

18 *Dictio* cuilibet *eſt diſtributiva tribuens cuilibet ſolidum.*

19 *Dictio* quod *repetit qualitates, & conditiones præcedentes in ſequentibus. Et refertur ad univerſum, & denotat perfectionem. ibid.*

20 *Dictio* prout *idem importat, ac dictio* eo modo.

21 *Enunciativa erroneæ emiſſa non præiudicat enuncianti, nec eius hæredibus.*

22 *Credens ſibi minus deberi quam vere debeatur ſibi non præiudicat.*

23 *Dividens rem propriam credens eſſe cum aliis communem ſibi non præiudicat.*

Quod procedit etiam in tranſactionibus, & quibuſcumque aliis Contractibus.

25 Er-

25 *Error excludit conſenſum, qui eſt de ſubſtantia cuiuslibet Contractus. Et probari poteſt etiam non obſtante iuramento.* n. 33. *Atque allegari etiam in facto proprio, & quando hoc procedat.* n. 34.

26 *Verba enunciativa in his, quæ iuris ſunt, non probant, nec inter ipſos Contrahentes. Amplia ut nec probent in iis, quæ ſunt facti ſi error probetur.* n. 29. *Immo hoc caſu nec probat expreſſa confeſſio* n. 27. & 30. *Etiamſi plures ſint confeſſiones.* num. 38. *Maxime ſi ſint relativæ ad Inſtrumentum, quod vel non continet enunciatum, vel continet contrarium.* n. 31.

28 *In his, quæ iuris ſunt, nulla eſt privatorum auctoritas.*

32 *Confeſſio ubi eſt relativa ad aliud, relatum attenditur.*

35 *De damno vitando tractat qui lucrum iam habet quæſitum, & de ratione.* & n. 45.

36 *Error iuris non nocet, quando agitur de damno vitando, vel quando agitur de lucro radicato. Amplia ut* n. 45.

37 *Et tunc dicitur tollerabilis etiam in facto proprio.*

39 *Donatio ſive remiſſio iuris non præſumitur.* & n. 41.

40 *Nec inducitur verbis enunciativis.*

42 *Remiſſio iuris non conſideratur in eo, qui ſcientiam illius non habuit.*

43 *Renunciare iuri ignoto quis non præſumitur neque accedente iuramento.*

44 *Iuramentum non trahitur ad ignota.*

46 *Libri Decimarum Florentiæ plene probant, & de ratione.*

47 *Poſſeſſor a die litis conteſtationis condemnatur ad fructus, ex quo conſtituitur in mala fide.* & n. 49. *Et huius malæ fidei præſumptio eſt iuris, & de iure.*

50 *Ante litem conteſtatam poſſeſſor cum titulo a iure non improbato facit fructus ſuos, & ad hoc ſufficit abeſſe malam fidem.*

51 *Amplia quod etiam quælibet cauſa, vel opinio erronea tam in iure quam in facto excuſet.*

52 *Item etiamſi lex actui a principio reſiſtat, ſi allegetur error facti.*

53 *Ab expenſis iudicii partes abſolvuntur propter dubios iuris articulos.*

NObilis olim D. Maria quondam Lucæ Aloyſi de Guicciardinis in eius, cum quo deceſſit, Teſtamento rogato ſub die decima Octobris 1601. per Ser Gratiadeum de Squadrinis inter cætera legavit, ut infra his præciſis verbis. *Item ſuprævivendo reſpective infraſcripto hæredi ſub conditionibus, caſibus, & temporibus infraſcriptis, & non aliter, nec alio modo iure legati reliquit, & legavit multum Mag. D. Nicolao, & D. Octavio fratribus, ac filiis quondam D. Iulii de Puccciis, & cuilibet ipſorum dimidiam prædii dictæ D. Teſtatricis poſiti in Poteſteria Gallutii,*

& in Populo S. Eugenii l. d. la Gattaia, & quod, & prout iam emit a Fisco, & a Magna Camera Ducali tamquam de bonis Iulii Fonacciursii Del Garbo Banniti ex Instrumento rogato ut dicitur a Ser Iacobo de Spetialibus sub die 11. Iulii 1576. quod quidem praedium solummodo consequi voluit, & vult per praedictos DD. de Puccis, ut supra post mortem infrascripti Illustris. ac Clarissimi D. Donati quondam Clarissimi D. Bartholomaei Antellensis sui haeredis, & casu, quo ipse decedat sine filiis masculis, vel faeminis, & non prius, nec aliter, nec alio modo, quia durante vita dicti D. Donati, & in casu, quo suscipiat filios, & cum eis decedat, voluit, & vult praedictum praedium libere spectare, & pertinere ad dictum D. Donatum absque eo quod d. de Puccis, vel aliquis eorum aliquid / nec d. praedio praetendere possint, ac valeant.

Evenit, quod dictus D. Octavius unus ex dictis D. Collegatariis decessit ante dictum D. Donatum haeredem, qui postea decessit nullis post se relictis filiis masculis, nec faemiois, superstite dicto D. Iulio altero collegatario, qui sub die 23. Novembris 1617. vendidit olim Domino Senatori Nicolao Domini Philippi de Antellis medietatem praedicti praedii, quod dictum fuit in instrumento venditionis esse commune, & pro indiviso inter ipsos DD. Venditorem, & Emptorem, & remansum in haereditate praedicti D. Senatoris Donati haeredis ut supra, & prout latius in dicto venditionis Instrumento.

De mense autem Iulii anni proxime elapsi Illustrissimus Dominus Senator Iulius filius dicti D. Nicolai de Pucciis tam suo nomine, quam Dominorum eius fratruum egit coram nobis contra dictum Illustriss. D. Priorem, & Senatorem Donatum filium cohaeredem dicti D. Nicolai de Antellis, & petiit declarari per mortem dicti D Octavii ante Dominum Donatum haeredem dictae D Mariae Testatricis dimidiam dicti predii *l. d. la Gattaia*, spectan em ad dictum D. Octavium per ius accrescendi pertinuisse, & spectasse ad dictum D. Nicolaum Collegatarium eiusdem Domini Octavii, & hodie eamdem medietatem spectare ad Dominos Actores uti filios, & haeredes olim dicti D. Nicolai de Pucciis, & condemnari dictum D. Priorem Donatum ad eis dimittendam, & relaxandam medietatem dicti praedii una cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerint ex dicta medietate praedii a die mortis dicti D. Donati senioris usque ad relaxationem dictae portionis dicti praedii; Unde pluries auditis DD. Procuratoribus, & Advocatis Partium, & per menses plures discussa Causa deveniendo ad eius expeditionem condemnavi eumdem D. Priorem Donatum Iuniorem ad relaxandam, & dimittendam dictis DD. Actoribus de Pucciis medietatem dicti praedii una cum fru-

fructibus pereceptis ex medietate dicti prædii a die dumtaxat litis conteſtatæ iuxta liquidationem legitime faciendam de ipſis fructibus per coſdem DD. Actores, & ambas partes abſolvi ab expenſis iudicii.

Motus autem fui ad ſic iudicandum, quia cum dicta Domina Teſtatrix per unicum verbum diſpoſitivum legaverit dicto Domino Nicolao, & Domino Octavio de Puccis, & cuilibet ipſorum dimidiam Prædii, *luogo detto la Gattaia*, & ſic rem conſtitutis portionibus non pro diviſo, ſed pro indiviſo, itaut licet corporaliter non poſſit videri, tamen intellectu percipiatur quod dicti Domini Collegatarii fuerunt coniuncti re, & verbis, ſive ut magis proprie loquatur verbis coniuncti, & non penitus re diſiunti, unde ſequitur quod, inter eos adfuerit locus iuri accreſcendi, *Leg. unica Cod. de caducit tollend. Leg. coniuncti, & ibi Bart. ff. de legat. 3 Leg. triplici ff. de verbor. ſignificat. Bellon. de iur. accreſcend cap 5. qu. 38. & cap. 6. qu. 20. ſub n. 29. Peregr. de Fideic. art. 9 ſub n 8. Fuſar. de ſubſtitut. qu. 495. n. 14. Gratian. cap. 533. & plurib ſeqq. Cancer. variar. reſolut. cap. 22. de iur. accreſcend ſub n. 18 lib. 3. Craſſ. de ſucceſſ. in §. ius accreſcendi qu. 8. n. 4. Soccin. iun conſ. 139 n. 21. lib. 1. Magon. dec. Florent. 52. n. 14 Cæſar. Manent. dec. 3. n. 17. & ſeqq. Amat. dec Ferrar. 14. ſub n 16. Rot dec. 506. n. 1. par. 4 diverſ.* & ratio eſt, quia coniunctio verbalis operatur, ut coniuncti fungantur iure unius perſonæ, & quod D. Teſtatrix reputaverit dd. DD. duos fratres collegatarios pro una perſona, *Leg. plane 33 ff. de legat. 1. Leg. unica § his ita Cod. de caduc. toll. Fuſar. d. qu. 495. ſub n. 14 Gratian. d cap. 533. n. 14. Bellon. d. tractat. cap. 5. qu. 35. n. 1.* & operatur ſimiliter, quod coniuncti re, & verbis dicantur habere ſolidum a principio, licet ſibi faciant partes concurſum, & quando unus deficit remanet alter vocatus ad totum abſque concurſu alterius; Et quod coniuncti re ſint, qui communiter ad eamdem rem vocantur, & hi, quibus rei dimidia relinquitur, habetur ex *Text. in Leg. titiæ textores 36. in princ. ff. de legat. 1. Bellon. d. tract. cap. 5. qu. 5. ſub n. 34. & n 62. & qu. 8. n. 9.* & ipſa coniunctio verbalis inducit ius accreſcendi, quando legatur una res duobus, vel cuilibet eorum, *Curt. ſen. conſil. 48. n 20. verſ. 3. lib. 1.* vel ut proprius loquar inducit ius non decreſcendi, ad tradita per eumdem *Curt. conſ. 49. ſub num. 54. verſ. 11. d. lib. 1. Gabriel conſ. 87. ſub num. 1. lib. 1. Corbul. de iur. emphyt. tit. de cauſ. priv. ob lin. fin. n. 87.*

1 2 3 4

Non obſtat quod d. D. Octavius unus ex dicti DD. Collegatariis deceſſerit ante olim D. Senatorem Donatum Seniorem hæredem dict. D. Mariæ, & quod propterea portio dicti legati, quæ de-

debebat pertinere ad dictum Dominum Octavium, si supervisisset dicto D. Hæredi, effecta fuerit quasi caduca ad favorem eiusdem D. hæredis quia cum dicto Domino Octavio adfuerit D Niccolaus eius Collegatarius coniunctus re, & verbis, portio dicti Domini Octavii accrevit dicto Domino Nicolao per ius accrescendi, 6 *Leg. unica* § *fin autem sub conditione ibi nisi & hoc vel substitutus relictum accipiat, vel coniunctus Craff. in dict.* §. *qu.* 16. *num.* 10. *Soccin. iun. dict. cons.* 139. *n.* 22. & pluribus *seqq.* & maxime *n* 24. nam ius accrescendi habet etiam locum, si coniunctus vivo 7 Testatore moritur, & portio defuncti accrescit coniuncto re, & verbis, *Leg. mævio* 42. *ff. de legat.* 2. etiamsi moriatur ante diem legati, *Bellon. dict. tract. cap.* 7. *qu.* 34. *n.* 11. *& seqq. & cap.* 6. *qu.* 20. *n.* 32. ubi plures ad id allegat, in quo videre est non obstare, quod pro parte dicti Domini Priotis oppositum fuit, vi- 8 delicet dictum legatum factum fuisse sub conditione si DD. Collegatarii supervixissent dicto Domino Hæredi, & ideo non procedere argumentum a contrario sensu, cum aliter iure per prædicta cautum sit.

Similiter non obstat, quod non detur ius accrescendi in illa portione quæ nunquam consistit in persona Domini Octavii Collegatarii stante quod ipse D. Octavius mortuus fuerit ante dictum Dominum hæredem, & sic ante putificatam conditionem prædicti legati, quia nihilominus ius accrescendi habet locum in casu isto sicuti habet in legatis qualitercumque deficiat portio sive a prin- 9 cipio non consisterit in persona Legatarii, ut quia habita sit pro non scripta, sive consisterit & postea facta sit caduca vel quasi *Leg. unica* §. *in primo, &* §. *pro secundo, &* §. *ubi autem legatarii Cod. de caduc. tollend. Bellon. dict. tractat. cap.* 6. *qu.* 20. *n.* 11. *& cap.* 7. *qu.* 22. *n.* 26. *& plurib seqq.* nam ius ac- 10 crescendi habet locum etiam in legatis, & in fideicommissis conditionalibus ad tradita per *Guid. Pap. dec.* 335. *Natta cons.* 323. *n.* 3. *lib.* 2 *Cancer. dict. cap.* 22. *n.* 39. *& seqq.* & maxime *n.* 43.

Ad effectum enim Iuris accrescendi spectamus voluntatem 11 Testatoris in coniungendo, non vim coniunctionis in concurendo, quia coniunctio etiam inutilis parit ius accrescendi, & quamvis coniunctio duo saltem requirat extrema, idest duorum, vel plurium vocationem ad effectum tamen, ut detur locus accrescendi sufficit, si unus habeat realiter, & alter verbaliter, cum etiam ab extremo inhabili causetur ius accrescendi *Bellon. dict. cap.* 7. *qu.* 22. *n.* 12. *& seqq.* unde infertur, quod licet ius accrescendi sit reale, & accrescat habenti portionem non tamen est necessarium, quod portio possideatur actualiter de tempore, quo alia por- 12 tio fit caduca, sed satis est, quod quis sit vocatus, & quod postea sua vocatio effectum habeat.

Non

Non refert quod nulla poſſit conſiderari coniunctio in iis, quæ habentur pro non ſcriptis, & id, quod nullum eſt, nullum poteſt producere iuris effectum, quia concluſio procedit quoad eum, cuius reſpectu aliquid efficitur nullum, non vero quoad alterum, vel poteſt dici quod coniunctio redditur quidem nulla quoad effectum inducendi concurſum, non vero ad oſtendendam voluntatem Teſtatoris, & ideo nil mirum ſi poteſt parere effectum iuris accreſcendi quippe quod ex tali coniunctione proficiſcitur.

Negotium non faceſſunt verba illa *nec aliter, nec alio modo*, 13
de quibus in dicto legato, quia per hoc D. Teſtatrix non dixit quod coniuncto non deberet accreſcere portio deficiens, & cum hoc non dixerit, reliquit in diſpoſitione iuris; ius autem vult, quod portio deficiens non accreſcat hæredi, ſi præmortuus habet coniunctum, re & verbis, cui dicta portio accreſcat dicta *Leg. unica* §. *ſin autem ſub conditione Cod. de caduc. tollend.* imo quando Teſtator dicit quod pars caducata remaneat penes hæredem, 14
debet intelligi niſi is, cuius reſpectu quid dicitur fieri caducum, habeat ſubſtitutum, vel coniunctum, quia teſtator non poteſt facere, quod leges non habeant locum in eius Teſtamento *Socein. iun. dict. conſ. 139. n. 28.* & prædicta verba *non alias, ne alio modo* 15
non ſunt verba taxativa, vel limitativa, quarum virtute intelligatur tacite prohibitum ius accreſcendi ad *Fuſar. d. qu. 495. n.* ſed ſunt conditionalia, ius autem accreſcendi habere locum etiam in legatis, & in fideicommiſſis conditionalibus ſupra demonſtratum eſt.

Nec facit quod in hoc legato adſit dictio taxativa *ſolummodo*, *ibi quod quidem legatum ſolummodo conſequi voluit, & vult* quia 16
obiectum procederet ſi dicta dictio taxativa appoſita fuiſſet portioni rei legatæ in hoc autem caſu fuit appoſita non portioni rei legatæ ſed eius conſequutioni.

Doctrina *Baldi* in *Leg. 1. n. 1. Cod. de indict. vid. toll.* non 17
mihi viſum eſt, quod poſſit applicari caſui noſtro, in quo Collegatarius Coniunctus re, & verbis poteſt per ius accreſcendi conſequi portionem factam quaſi caducam ob non purificatam conditionem, & dictæ Doctrinæ poſſunt applicari his quæ ſupradicta ſunt de portione, quæ a principio, vel non exiſtit, vel ſi exiſtit reddita fuit caduca, vel quaſi ob purificatam conditionem.

Ad ea, quæ deducta fuerunt circa verba illa legati, *& cuilibet eorum dimidiam* ex quibus pro parte dicti Prioris prætenſum fuit demonſtrari quod ſolummodo una quarta pars prædii fuerit legata cuilibet dd. DD. Fratrum de Puccis multifariam reſponderur, & primo dictionem illam *cuilibet* eſſe dictionem diſtributivam 18
tribuentem cuilibet ſolidum, *Leg. huiuſmodi 86. §. quibus ff. de legat.*

legat 1. *Bertaz. de clauſ. clauſ.* 12. *gloſſ.* 2. *num.* 1. *& clauſ.* 39. *gloſſ.* 5. *n* 6 *Pallon. dict. tract. cap.* 5. *q.* 5. *n.* 8. ſecundo ſi dicta interpetratio accipienda eſset, dicta verba non poſsent verificari videlicet; quod cuilibet eorum fuerit legata medietas dicti Prædii; Tertio ſi dicta Domina Teſtatri legaſset tantummodo cuilibet eorum quartam, & non medietatemm dicti Prædii ſicuti dictum fuit in legato *quod quidem prædium ſolummodo conſequi voluit, & vult per prædictos DD. de Puecis* ſic dictum fuiſset *cuius prædii medietatem ſolummodo conſequi &c* ſed cum dixerit *quod quidem prædium*, clare datur intelligi dictam Teſtatricem voluiſse legare totum, & integrum dictum prædium, & cuilibet eorum medietatem, nam illa dictio *quod* inducit repetitionem qualitatum, & 19 conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem *Galganet. de condit. & demonſtrat. par.* 2. *cap* 1. *qu.* 18. *n.* 8 & refertur ad univerſum, & denotat perfectionem *Barboſ. de dict.* 21 *dict.* 327. *n.* 8.

Quarto, & fortius reſpondetur, quod ex verbis prædicti legati clare cognoſcitur d. D. Teſtatricem intellexiſſe legare totum dictum prædium dd. DD Collegatariis, & cuilibet eorum 23 medietatem eiuſdem prædii; Nam in dicto legato dictum fuit, quod ipſa D. Teſtatrix reliquit, & legavit dictis DD. Collegatariis, & cuilibet ipſorum dimidiam prædii, *& quod* (iſta ſunt verba legati) *& prout tam emit* (ſcilicet dicta D. Teſtatrix) *a Fiſco, & magna Camera Ducali*, nam dictio illa *prout* importat 30 idem ac ſi dictum fuiſſet *eo modo, ad Text in Leg. prout ff. de ſolut. Socein. ſen. conſ.* 62. *n.* 22. *lib.* 4 *Alex. conſ.* 179. *n.* 9. *lib.* 5. *Rota dec.* 780. *n.* 10. *div. par.* 1. & ſic eo modo, quo D. Maria emit prædictum prædium a Fiſco, eodem modo legavit dd. DD. Collegatariis, ſed D. Maria emit a Fiſco totum dictum prædium, ergo totum legavit eiſdem DD. Collegatariis.

Similiter non obſtat contractus venditionis medietatis dicti prædii factus, ut ſupra, inter dictum D. Venditorem, & Dom. Emptorem, in quo enunciatur ad dictum D. Nicolaum venditorem pertinere medietatem dicti prædii ad commune, & pro indiviſo cum dicto D. Emptore, quia cum huiuſmodi enunciatio proceſſerit ex errore, non potuit præiudicare dicto D. Venditori, & modo dictis D. Actoribus eius hæredibus, iuxta doctri- 31 nam *Cyni in Leg.* 1. *verſ. verbi gratia credebam Cod. de falſ. cauſ. adiect. Leg. vel fideicommiſſ.* is enim, qui credit ex teſtamento ſibi 32 minus deberi, quam vere debeatur ſibi non præiudicat, ſi aliquid per errorem aſſeri; & in terminis, quod qui rem ſibi debitam aſſerit eum fratribus eſſe communem, & uti talem divi- 33 dat, quod ſibi non præiudicat, tradit *Paul. de Caſtr. in Leg. fin.*

§. *ideo*

§. *idem quæſitum ff. de cond. indeb. Anchar. conſ.* 291. *n.* 3. & clarius *Menoch. conſ.* 191. *ſub n.* 53. *& ſeqq. verſ. comprobatur, & n.* 62. ubi alios ad id allegat, *Riminald. iun. conſ.* 675. *n* 41. *lib.* 4. *Dec. conſ.* 408. *n.* 5. *&* 6. *Burſatt. conſ.* 170. *n.* 56. *Soccin. iun. conſ.* 128. *n.* 121. *lib.* 1. *Cravett. conſ.* 26. *in fin. & conſ.* 188 *n.* 9. *& ſeqq. late Becc. conſ.* 90. *n* 14. *lib.* 1. & in terminis de diviſione facta per errorem de re legata, *Simon. de Præt. conſ.* 203 *n.* 14. *& ſeqq.* & in caſu tranſactionis, & cuiuſcumque alterius contractus *Gabriel. conſ.* 62. *n.* 7. *& ſeq. lib.* 2. *Manent. conſ.* 139 *n.* 53. *Rot. Bononien. div. dec.* 11. *n.* 17. *& ſeqq.* quia conſenſum, qui eſt de ſubſtantia cuiuslibet contractus, *Leg.* 1. *ff. de pactis L. conſenſus ff. de act. & oblig.* excludit error, *Leg. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omn. iudic. & Leg. nihil conſenſu* §. *fin. ff. de reg. iur.* & verba enunciativa, de quibus in dicto venditionis inſtrumento non probant, nec inter ipſos contrahentes in his, quæ ſunt iuris, prout iuris eſt, an portio quaſi caduca ob mortem Collegatarii ante hæredem accreſcat hærcdi, vel collegatario coniuncto re, & verbis, nam ſicuti expreſſa confeſſio circa ea, quæ iuris ſunt, non præiudicat confitenti, *Leg. ornamentorum ff. de argent. & aur. legat Surd dec.* 104. *n.* 30. ſi eſt erronea, *Rota dec.* 311. *n.* 1. *div. par.* 2. *& dec.* 288. *n.* 14. *par.* 5. *div. Buratt. dec.* 483. *n.* 5. quia in eis, quæ iuris ſunt, nulla eſt privatorum auctoritas declarandi, cum hæc ſint partes Iudicis, *Decian. conſ.* 10. *n.* 86. *& ſeqq. lib.* 3. *& conſ.* 33. *n.* 65. *& ſeq. lib* 2. *Surd. conſ.* 403. *num* 77. *& ſeqq. Peregr. conſ.* 143. *num.* 11. *lib.* 5. *Menoch. conſ.* 636. *num* 34. *& ſeqq. Buratt. deciſ.* 168. *num.* 26. *Rota dec.* 283. *num.* 16. *par.* 6. *div.* multo minus poteſt præiudicare confeſſio tacita reſultans ex verbis enunciativis, ſi verſatur circa ea, quæ iuris ſunt. 24 25 26 27 28

Accedit, quod tunc ſolum verba enunciativa poſſunt probare inter contrahentes, & eis præiudicare quouſque non probetur error, & rem aliter ſe habere, *Buratt. dec.* 912. *n.* 10. ubi quod confeſſiones erroneæ non præiudicant, nec ſunt attendendæ, ad *Leg. non fatetur ff. de confeſſ. Ludoviſ. dec.* 522. *n.* 14. 29 30

Quod autem adfuerit error in verbis enunciativis inſtrumenti venditionis dicti prædii patet ex hoc, quia in ipſo inſtrumento dicitur medietatem dicti prædii ſpectare, & pertinere ad olim Dominum Nicolaum Puccium vigore Teſtamenti dictæ D. Mariæ, & eſſe commune, & pro indiviſo inter prædictos DD. Venditorem, & Emptorem, & tamen veritas eſt, quod totum dictum prædium pertinebat ad ipſum Dominum Nicolaum venditorem enunciantem, & id vigore d. Teſtamenti, unde reſultat iuris concluſio aſſertionem, ſive enunciativam, & confeſ-

ſio-

sionem numquam præiudicare asserenti, confitenti, & enuncian-
31 ti, quando relata est ad aliquod instrumentum, in quo vel non reperitur enunciatum, vel contrarium apparet, ad tradita per *Bald. in Leg. 2. vers. ulterius nota Cod. de error. advocat. Decian. cons. 33. n. 66. lib. 1. Socc. iun. cons. 180. n. 84. lib. 2. Roman. cons. 294. n. 2. Surd. decis. 291. n. 16.* ubi quod si quis respondendo positionibus dicat se confiteri prout in instrumento, positio habetur pro negata, si in instrumento aliter continetur, &
32 ratio est, quia quando confessio est relativa ad aliud, tunc attenditur relatum, ut post *Castrens. Dec.* & alios tradit idem *Surd. d. n. 16.* ex Testamento autem Dom. Mariæ apparet, ut ex prædictis demonstratum est, medietatem dicti prædii non pertinere ad prædictum D. Nicolaum de Antellis, sed dictum legatum ita, & taliter esse conceptum, quod si deficiebat, prout defecit unus ex dictis D. Collegatariis portio deficiens non pertinebat ad dictum D. Hæredem, sed accrescebat, prout accrevit alteri Collegatario re, & verbis coniuncto.

33 Qui error prædictus probatur etiam non obstante iuramento, *Iason in Leg. error circa fin. Cod. de iur. & fact. ignor. Soccin. iun cons. 180. n. 86. lib. 2. Mancin. de iuramen. par. 4. effect. 1. qu. 9. & effect. 39. n. 1. Genua de verbis enunciativis qu. 5. lib. 2 per tot. Gratian. discept. for. cap 501. n. 5. & cap. 706. n. 58.* & potest allegari etiam in facto proprio, quando confessus, vel
34 eius hæres tractat de damno evitando, & adversarius de lucro captando, *Ruin. cons. 10. n. 16. lib. 1. Rot. decis. 911. sub n. 7. divers. par. 4.* nam de tempore venditionis, de qua supra, factæ per patrem dd. DD. Actorum, lucrum iam erat ei acquisitum, & radicatum in eius personam, & ideo nunc ipsi D. Actores tractant de damno evitando, *Becc. cons. 55. n. 33. & seqq. Riminald. iun. cons. 613. n. 33. & seqq. lib. 6. & clarius cons. 498. n.*
35 *2. & seq. lib. 1.* quia quando lucrum est quæsitum, & radicatum, perdere talem lucrum est pati damnum, *Gloss. in Leg. 1. §. si quis propter in verb. per in integr. restit. ff. de itin. actuq. priv.* in terminis *Iason in Leg. fin. §. in computatione n. 8. Cod. de iur. delib. Riminald. iun. d. cons. 498. n. 2. Becc. d. cons. 55. n. 34.* hinc videmus, quod sicut error iuris non nocet, quando tractatur de damno evitando, ita etiam non nocet, quando tractatur de lu-
36 cro radicato, *Gloss. in Leg. quæ fideicommissum in verb. peremptam ff. de legat. 2. Iason. & Riminald.* in locis proxime allegatis, & error dicitur tolerabilis, quando quis eum allegat, & tractat de damno evitando, & ideo admittitur etiam in facto proprio,
37 *Roland. a Valle cons. 69. n. 5. lib. 3. Ruin. cons. 10. n. 16. lib. 3 Paris. cons. ult. n. 32. lib. 1. Rimin. cons. 130. n. 4. & seq. lib.*

2. late

2. *late Roland. a Valle conſ. 69. n. 49. & ſeqq. lib. 3.* quod procedit etiam, ſi quis pluries erronee confeſſus fuerit, *Pariſ. d conſ. ult. n. 35. Alex. conſ. 102. ſub n. 8. lib. 1.* 38

Nec poteſt dictus contractus venditionis ſubſtineri tamquam donatio, ſive remiſſio ſui iuris facta per dictum D. Venditorem, quia huiuſmodi donatio non præſumitur, & hoc fuiſſet iactare ius ſuum contra præſumptionem, *Leg. eum indebito ff. de prob.* 39 & non inducitur verbis enunciativis, *Barboſ. in L. ſi alienam n. 93* 40 *in fin. ff. de ſol.* quem refert, & ſequitur *Genua de verbis enunc. lib. 2. quæſt. 36. n. 3. & ſeqq.* ſicuti nec præſumitur renunciario iuris 41 ſibi competentis, *Ruin. conſ. 10. n. 15 lib. 3.* & remiſſio ſui iuris non poteſt conſiderari in eo, qui non habet ſcientiam iuris com- 42 petentis, *Riminald. iun. conſ. 45. n. 23. Menoch. conſ. 381. n. 29. & 30. Decian. conſ. 43. n. 35. lib. 3. Surd. conſ. 150. n 45.* ubi quod nemo cenſetur renunciare iuri ignoto, late *Becc. conſ. 111.* 43 *n. 20.* etiamſi acceſſerit iuramentum, *Leg ult. Cod. de non numer. pecun.* quia iuramentum non trahitur ad non cogitata, *cap. quinta vallis extra de iur. iur.* & ideo adeſt locus reperitioni, *Ruin. dict.* 44 *conſ. 10. n. 15. lib. 3. & conſ. 15, n. 10. lib. 1. Riminald. iun. conſ. 675. num. 41.*

Tandem non obſtat, quod iuris error non excuſet, quando ſumus in loco, in quo poſſunt conſuli periti, ut conſulere poterat dictus D. Nicolaus in hac Florentiæ Civitate, ubi omni tempore fuerunt, prout etiam nunc quamplurime inſignes Iuris Conſulti eminentis doctrinæ, quia concluſio non procedit quando quis agit de vero damno evitando, ut quando aliquid per iuris errorem dedimus, vel alienavimus de noſtro, quod nobis 45 competebat per viam actionis, ad tradita per *Odd. de reſtit. in integr. qu. 8. art. 11. n. 77. & ſeqq.* & hic addi poſſunt, quæ circa hanc rem deducta, & allegata ſupra fuerunt.

Quod autem bona, de quibus ſupra, fuerint in bonis dictæ D. Teſtatricis, & quod modo poſſideantur a dicto D. Reo, & quod modo ipſe D. Reus poſſideat bona dicti Domini eius Patris, & quod ſucceſſive ſit eius hæres conſtat ex fide Decimarum in actis producta, quæ Decimæ non ſolum habent bonam præſumptionem pro ſe, verum etiam probant poſſeſſionem bonorum eius, ad cuius partitam ſunt deſcripta, quando ſumus in loco, prout in hac Civitate, ubi ipſæ Decimæ ſolent aſſervari 46 in loco publico, & ei præeſſe Magiſtratus publicus, & fides adhiberi, *Ancharan. qu. 60. n. 4. lib. 1. Caball. conſ. 156 n. 24. lib. 1. Genua de ſcrip. priv. lib. 5. qu. 3. n. 13. Maſcard de prob. concl. 273. n. 3. Magon. dec. Flor. 36. n. 8. & ſeq. Rot. dec. 706. n. 6. par. 2. rec.*

Condemnavi dictum D. Priorem de Antellis ad restituendos fructus perceptos in, & super medietate dicti prædii a die dumtaxat litis contestatæ, quia per litis contestationem quilibet pos-
47 sessor constituitur in mala fide, *Seraphin. dec. 38. num. 3. Buratt. dec. 130. n. 9. & ibi Ferentill. n. 15.* quæ mala fides impedit acquisitionem fructuum, *Leg. certum Cod. de rei vindic. Leg. 2. Cod. de fruct. & lib. expens.* late *Menoch. de recuper. remed. 15. n 579.*
48 *Surd. cons. 293. n. 9. & seqq.* ubi quod præsumptio malæ fidei, quæ inducitur ex contestatione liris est iuris, & de iure, *Ferentill. ad d. dec. 130. sub num. 15.* & ideo quilibet possessor etiam
49 bonæ fidei tenetur ad restitutionem fructuum post litem contestatam, *Rot. Bononien. apud Benintend. dec. 20.*

Nec censui eumdem Dominum Reum potuisse condemnari, ut prætendebatur per dictos D. Actores ad restitutionem fructuum perceptorum ante litis contestationem er hoc propter titulum emptionis, de quo supra, qui titulus sufficit ad effectum acquirendi fructus, maxime cum ipse titulus non sit reprobus, & contractui dictæ emptionis ius non resistat a principio, & ideo
50 qui habet titulum validum facit fructus suos, donec aliqua ex causa per Sententiam ipse titulus revocetur, vel annulletur, *Cardin. in cap. de quarta de præscript. Raudens. de analog. cap 37. n. 208.* pulchre *Decian. cons. 52. n 30. & plur seqq. Giurb. dec. 89. n. 23.* & ad acquisitionem fructuum sufficit abesse malam fidem, *Buratt. dec. 184. n. 6. Cavaler. dec. 409 n. 8. & decis. 467. n. 4. Ludovis. dec. 74. n. 1.* & quælibet Causa etiam bestialis excusat
51 a restitutione fructuum, & sufficit opinio etiam erronea nondum in facto, verum etiam in iure, *Rot. dec. 608. n. 2. & decis. 622. par. 2. ree Ferentill. ad Buratt. d. dec 184. in fin.* Imo (ut obiter sit hoc dictum) possessor allegans errorem facti excusatur
52 a restitutione fructuum etiam quando lex a principio resistit actui, *Caball. cons. 164. n. 4. lib. 2. Bald. in Leg. celsus ff. de usucap. Decian. d cons. 52. n. 35. & seqq.*

53 Ambas autem Partes absolui ab expensis iudicii propter iuris articulos, qui adfuerunt in Causa.

Et ita utraque Parte informante &c.

Hieronymus Canossa Rotæ Auditor.

Sequens est confirmatoria huius Decisionis.

DE-

DECISIO VII.

FLORENTINA LEGATI.

18. *Ian.* 1647. *ex L. M.* 118. *a* 474. *cor. Aud.* CAROLO BLANCHELLIO.

ARGUMENTUM.

IUs accreſcendi locum habet inter plures legatarios verbis coniunctos ceſſante omnimoda diſiunctione reali, itaut non ſufficiat ſola diſtributio partium per quotas. Defenditur opinio *Bartol. in Leg. re coniuncti* 87. *n.* 27 *ff. de legat.* 3. *contra Gloſſ. in Leg. mœvio* 42. *in princ. ff. de legat* 2. *& Bellon. de iur. accreſc. cap.* 5. *qu.* 17. *n.* 9. *& ſeqq. & qu.* 38. *a n.* 25.

SUMMARIUM.

1 *Ius accreſcendi locum habet inter legatarios verbis coniunctos, & non penitus re diſiuntos, ſecus ſi ſint in re omnino diſiuncti ſecundum doctrinam Bartol.* & n. 4. 27. & 49 *Quæ latius examinatur*, n. 69. & ſeqq. *Et contrariæ auctoritates declarantur, & reprobantur*. n. 70. & ſeqq.

2 *Partes a Teſtatore diſtributæ quando non ſunt ad oculum demonſtrabiles plures ad illas vocati, cenſentur vocati ad eamdem rem.*

3 *Stante coniunctione verbali plures vocati videntur quaſi in unum corpus redacti*, & n. 36.

5 *Inter plures re coniunctos, vel coniunctos re, & verbis datur ius non decreſcendi, inter verbis autem coniunctos ius accreſcendi.*

6 *Et hanc eſſe communem ſententiam fatetur Bellon. contrariam defendens*, & numer. 26. *Cuius opinio contra Bartol. reprobatur*, num. 13. & 65.

7 *Coniunctio verbalis non dicitur adeſſe quando duo ſunt orationes imperfectæ rectæ ab eodem verbo* lego *quia in utraque cenſetur repetitum*, contra n. 13.

8 *Item quando adeſt clauſularum diverſitas.* Declara ut n. 14.

9 *Item ſtante dictione & quæ poſita inter diverſa verbalem coniunctionem non admittit*. Declara ut n. 15,

10 *Item propter dictionem* cuilibet *ex qua plures, ac ſeparatæ cenſentur factæ dinumerationes, & diſtributiones*, & n. 51. & 62. *Contra quod hæc dictio removeat tantum realem, non autem verbalem coniunctionem in eadem oratione*, n. 17. 18. & 52. &

de ratione num. 20. *Contrariæ auctoritates declarantur*, num. 63. 66. & 70.

11 *Verbis coniuncti dicuntur quando plures ponuntur in una oratione recta ab unico verbo*, & n. 53. exemplifica ut n. 12. *Amplia etiam non obstante appositione verbi* cuilibet, n. 25.

15 *Copula & inter diversas orationes, seu duos actus legandi tollit coniunctionem verbalem, secus in eadem oratione, & respectu unius.*

16 *Quo casu potius inducit coniunctionem.*

18 *Dictio* cuilibet *non inducit multiplicationem verbi* lego.

19 *Nomina distributiva non impediunt coniunctionem verbalem, sed potius inducere solent ius accrescendi*, & n. 61. *Et non decrescendi*, num. 21.

20 *Dictio* cuilibet *attribuit actum in solidum distributive nominatis* et n. 39. & 47.

22 *Emphyteusis concessa duobus intelligitur pro virili nec datur locus iuri accrescendi, secus tamen si concessa esset duobus in solidum.*

23 *Et dicitur in solidum concessa stante dictione* cuilibet ipsorum.

24 *Dinumeratio personarum specifica longe differt a dinumeratione per distributivum* cuilibet.

27 *Text. in Leg. huiusmodi 86 §. quibus ff. de legat. 1. procedit quando vocati sunt plures legatarii ad res diversas.*

28 *Ius accrescendi non datur in legato quantitatis, licet legatarii sint verbis coniuncti*, & n. 64.

29 *Legatum in singulos annos non est unum, sed tot quod sunt anni.*

30 *Ratio, est quia plures nascuntur actiones.*

31 *Aliud est in stipulatione in singulos annos, ex qua una tantum oritur actio.*

32 *Doctrina Bartoli in Leg. re coniuncti non habet locum stante dictione* cuilibet, *quæ refertur ad quoslibet singulorum.*

33 *Dictio* cuilibet *tollit nominum complexum.*

34 *Nominum complexus requiritur ad effectum iuris accrescendi ex coniunctione verbali.*

35 *Talis complexus non resultat ex natura copulæ, sed ex unitate sermonis.*

37 *Copula & licet coniunctionem de per se non inducat inductam tamen magis confirmat.*

38 *Nomen* quisque *est collectivum.*

40 *Pluribus a patre heredibus institutis, iisdemque filio pupillariter substitutis, & alio in substitutione pupillari adiuncto, duo primi capiunt dimidiam, tertius aliam dimidiam, & de ratione.*

41 *Limita stante dictione* quisquis *adiecta primis heredibus, & de ratione.* num. seqq.

42 *Ver-*

42 *Verbum hæredes eſt nomen collectivum*, & n. ſeqq.

43 *Vocati propriis nominibus, & non per nomina collectiva, tamen dicuntur verbis coniuncti, ſtante unitate orationis, & actus legandi.*

44 *Coniunctionis variæ formulæ afferuntur.*

45 *Relativum* quis *vel* qui *poſitum ad limitandum genus ſeu nomen commune habet vim diſtributivæ poſitum vero ad illud repetendum habet vim relativi.*

46 *Maxime quando præcedunt nomina propria.*

47 *Dictio* cuilibet *importat diviſionem fundi in plures partes, quarum quelibet reputatur tamquam unum totum de per ſe*, & n. 50. contra num. 59.

48 *Diſtributivum operari debet ſecundum propriam ſignificationem, & non per ſubauditum intellectum.*

52 *Legatarii dicuntur vocati ad eamdem rem, quoties partes non ſunt ad oculum demonſtrabiles.*

53 *Pars fundi appellatur fundus.*

54 *Dictio* cuilibet *non diſtribuit partes ad oculum demonſtrabiles ad excluſionem iuris accreſcendi*, & num. 67.

55 *Diſtributio ex ea reſultans eſt tacita, nec plus operatur quam expreſſa.*

56 *Expreſſio taciti in materia iuris accreſcendi multum operatur.*

57 *Tacitum, ad ſummum poteſt eſſe par virtuti expreſſi.*

58 *Tacita diſtributio partium non ſufficit, ut aliqui dicantur omnino re diſiuncti, nec tollit coniunctionem verbalem ſufficientem ad ius accreſcendi.*

60 *Text. in Leg. non diſtinguemus* 37. §. *cum in plures ff. de recept. arbitr. in quibus terminis loquatur.*

68 *Coniunctionis verbalis diſinitio.*

72 *Ius accreſcendi inter verbis coniunctos ad eamdem rem vocatos locum habet non obſtante partium diſtributione, ſive diſtributio præcedat, ſive ſequatur expreſſionem rei*, & n. 73.

IN Teſtamento, cum quo deceſſit Nobilis Domina Maria qu. Domini Lucæ Guicciardini, legitur Legatum ſub his verbis „ Item ſupravivendo reſpective infraſcripto hæredi ſub con„ ditionibus, caſibus, & temporibus infraſcriptis, & non „ aliter, nec alio modo, iure legati reliquit, & legavit „ multum magnifico Domino Nicolao, & Domino Octavio „ fratribus, ac filiis qu. Domini Iulii de Puccis, & cuilibet ipſo„ rum dimidiam Prædii partem dict. Dom. Teſtatricis poſiti in „ Poteſteria Galluzzii, & in Populo Sancti Eugenii loco dicto „ Gattaia, & quod, & pro ut iam emit a Fiſco, & magna Ca„ mera Ducali, tamquam de Bonis Iulii Bonaccurſii Del Garbo

„ banniti ex Instrumento rogato, ut dicitur, a Ser Iacobo de „ Spezialibus sub die 11. Iulii 1576, quod quidem prædium so„ lummodo consequi voluit, & vult per prædictos Dominos de „ Puccis, ut supra post mortem infrascripti Illustrissimi, ac Cla„ rissimi Domini Donati, quondam Clarissimi Domini Bartholo„ mæi Antellensis sui hæredis, & casu, quo ipse decedat sine fi„ liis masculis, vel fœminis, & non prius, nec aliter, nec alio „ modo, quia durante vita dicti Dom. Donati, & in casu, quo „ suscipiat filios, & cum eis decedat, voluit, & vult prædictum „ Prædium libere spectare, & pertinere ad dictum Dom. Donatum „ absque eo quod dicti de Puccis, vel aliquis eorum aliquid su„ per dicto Prædio prætendere possint, ac valeant „

Vivente adhuc præfato Clarissimo Senatore Donato Antellensi hærede instituto, supervenit mors Domini Octavii unius ex dictis Legatariis; Unde proposito dubio, an portio, seu medietas Prædii legata eidem Dom. Octavio accreverit quondam Clarissimo Senatori Nicolao Collegatario, vel potius caduca remanserit apud dictum Clarissimum Senatorem Donatum hæredem institutum; Placuit Rotæ totam præsentem Causam reducere ad tria puncta, quorum

Primum est; An inspectis verbis prædicti Legati adsit coniunctio verbalis sufficiens ad Ius accrescendi inter Collegatarios.

Secundum; Dato etiam quod adesset, utrum cesset Ius accrescendi, ex conjecturis deductis ex eodem Testamento.

Tertium vero; Dato etiam, quod non adessent sufficientes conjecturæ. An prædictis Dominis fratribus de Puccis obstet Instrumentum venditionis in actis productum ex rogitu Ser Philippi Valentini sub die 23 Novembris 1610.

In primo Puncto: An inspectis verbis prædicti Legati adsit coniunctio verbalis sufficiens ad Ius accrescendi inter Collegatarios; decisive procedendo, fuit unanimi voto affirmative resolutum.

Et ratio fuit resolutionis doctrina *Bartol. In Leg. re coniuncti* 87. *n.* 23. *ff. de legat.* 3. ubi proponendo quæstionem in Legatis; nunquid inter Coniunctos verbis tantum sit Ius accrescendi, concludit ad propositum nostrum „ Aut sunt coniuncti verbis, sed in „ re est omnino disiunctio; ut puta, lego Titio, & Scio fundum, „ factis portionibus pro diviso, quælibet enim pars divisa est, & „ separatus fundus, ut *Leg. recte dicimus* §. *fin. ff. de verbor. signif.* „ & tunc non habet locum Ius accrescendi, *Leg.* 1. *respons.* 2. *ff.* „ *de usufr. accresc.* secundum verum intellectum. Aut in re non „ est omnino disiunctio, ut lego fundum æquis portionibus pro „ indiviso, & quia partes tunc non possunt ad oculum ostendi, „ *Leg. Mevius* 68. §. *duorum ff. de legat.* 2. habet locum Ius ac„ crescendi, ut hic, & in tota materia „ hactenus *Bartolus*.

Inquit

Inquit enim *Textus in dicta Leg. re coniuncti 87. ff. de legat.* 3. poſtquam *Paulus* poſuerit prædictum exemplum de coniunctis verbis tantum, non etiam re, in fine concludit „ Si vero verbis „ quidem coniunctus ſit, re autem non, quæſtionis eſt, an coni- „ unctus potior ſit, & magis eſt, ut ipſe præferatur „ quorum verborum intellectus quomodocumque revolvatur, ſemper in eis ſupponendum erit ius accreſcendi, ut ponderat idem *Bellon. de iur. accreſcend. cap. 5. quæſt. 38. n. 19.*

Atque hæc ſecunda pars diſtinctionis *Bartoli* eſt ad unguem caſus noſter, ut infra erit dicendum in reſponſionibus ad obiecta, ne idem in vanum repetatur. Atque cum hac *Bartoli* doctrina concordant *Textus in Leg. ſi duobus 16. §. ſi Titio ff. de legat pr.* in illis verbis „ Sed etſi Teſtator Titio, & Poſthumo viriles „ partes dari voluerit, vel etiam id expreſſerit totum legarum „ Titio debetur non nato Poſthumo „ *Bellon. de iur. accreſcend. cap. 5. quæſt. 38. num. 16.*

Text. in Leg. quidam 6. §. vult, cum duob. LL. ſeqq. ff. de reb. dub. ubi legitur „ Si tibi, & Poſthumo ſuo, vel alieno hæ- „ reditatem reſtituere, quis rogaverit, vel ex parte Te, & „ ex parte Poſthumum hæredem inſtituerit, legatumve ſimiliter, „ aut fideicommiſſum dederit; ego commodius dici puto, ſi qui- „ dem natus non eſt, minime eum partem facere, ſed totum „ ad re pertinere, quaſi ab initio tibi ſolido relicto „

Nec non *Text. in Leg. Mævia 42. in prine. ff. de legat. 2.* ubi Teſtator dixit „ Mævio fundi partem dimidiam, Seio par- „ tem dimidiam lego, eumdem fundum Titio lego; ſi Seius de- „ ceſſerit pars eius utrique accreſcit „

Secundum vero intellectum Doctorum, qui communiter damnando Gloſſam dicunt in dicto *Textu* Mævium, & Scium eſſe verbis coniunctos, prout inferius erit in ſuo loco dicendum, & hoc etiam teſtatur *Bellon. cap. 5. quæſt. 38. num. 18.* ubi inquit hanc eſſe communem interpretationem.

Hoc idem probat *Text. in Leg. unica §. ubi autem legatarii Cod. de caduc. tollend.* ubi Imperator Senatui Urbis Conſtantinopolitanæ reſcripſit „ Ubi autem Legatarii, vel Fideicommiſſarii „ duo, forte, vel plures ſunt, quibus aliquid relictum ſit, „ ſiquidem hoc coniunctim relinquatur, omnes veniant ad lega- „ tum, & pro ſua portione quiſque hoc habeat. Si vero pars „ quædam ex his deficiat, ſancimus eam omnibus ſi habere ma- „ luerint pro virili portione, cum omni ſuo onere accreſcere „

Eademque *Bartoli* doctrina non eſt rationibus deſtituta; Etenim quamvis Teſtator partes diſtribuerit, tamen ex quo non ſunt ad oculum demonſtrabiles, videntur nihilominus plures vocati

cati ad eamdem rem, atque hanc rationem ponderatam a *Petr. de Besut. Iason. Crot. Pollt. Soccin. iun. Ant. Duar. Donell. & Gratian.* refert *Bellon. cap. 5. qu. 38. n. 15.*

Secunda ratio potissima est, quia data coniunctione verbali, quamvis plures vocati sint, attamen propter sermonis unitatem videntur in unum quasi corpus redacti, *Leg. unica §. his ita definitis Cod. de caduc. toll.* in illis verbis „ Hoc ita tam va- 3
„ rie, quia coniuncti quidem propter unitatem Sermonis quasi „ in unum corpus redacti sunt „ non mirum igitur, si locus sit iure accrescendi, ut concludit idem *Bellon. d. cap. 5. qu. 38.* 4
n. 21. quibus addimus *Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 10. tit. 3. n. 8. Rot. dec. 506. n. 3. par. 4. div. Fusar. de substit. qu. 495 n. 14. vers. & ratio esse potest.*

Tertia ratio est, quia si negaretur ius accrescendi inter legatarios coniunctos verbis, sequeretur non posse dari casus, in quo inter legatarios daretur ius accrescendi, quod esset absurdum ex supradictis; Nam in re tantum coniunctis locum habet ius non decrescendi, sicut etiam inter coniunctos re, & verbis 5
secundum Sententiam, quam tenent supra quadraginta Doctores, quorum plurimi restantur de communi, quos enumerat *Bellon. de iur. accresc. cap. 5. quæst. 39. n. 3.* quam Sententiam receptiorem appellat, idem *Bellon. cap. 5. qu. 38. post n. 23. vers. 10. & ult.* quibus addimus *Cancer. var. resol lib. 3. cap. 22. n. 31.* ubi post quam declaraverit naturam verbalis coniunctionis de per se, atque realis pariter de per se, concludit cum infrascriptis verbis „ Ex quibus colligo inter verbis tantum coniunctos habere locum ius accrescendi, inter re tantum coniunctos ius non de- „ crescendi, sive ius non diminuendi „ faciunt relata per *Romol. super d. Leg. re coniuncti n. 13.*

Auctoritatibus DD. eadem doctrina comprobatur, sunt enim quasi innumeri Doctores, qui eam secuti sunt, ut puta.

In lecturis, seu repetitionibus post *Gloss. Bald. Imol. Castrens. Ang. Ang. de Gamb. Baldov. Myssin. Forcat. Donel. Seb. Saff. Peralt.* quos refert *Bellon. in d. cap. 5. qu. 38. n. 9.* nos addimus infrascriptos, quos omnes vidimus, videlicet *Bolognett. in d. Leg. re coniuncti ff. de legat. 3. n 238. vers. sed licet*; dicentem, quod licet opinio contra *Bartol.* sit in circulis, & disputationibus pulchra, tamen non est vera, & communis est contraria, *Rip. ibid. n. 179. Crott. n. 53. Aleiat. n. 20. Io. Gauden. n. 34 Goffred. in Leg. coniunctim 80. n. 22. ff. de legat. 3. Castrens. in Leg. Lucius 78. §. quæ habebat vers. secus si unum verbum ff. ad S. C. Trebell. Rip. in Leg. pr. § sed & quoties col. pr. ff. ad treb. Zaneb. in Leg. heredes mei §. cum ita n. 364. ff. ad treb. Romol. in repetit. d. L.*

re

re coniuncti num. 20. *& num.* 40. ubi inquit, quod *Bartoli* Sententia vera eſt.

Inter Conſulentes poſt *Soccin. ſen. Ruin. Curt. iun. Socc. iun.* qui ait hanc eſſe claram, & communem omnium concluſionem, & procedere nemine contradicente, *& in conſ.* 139. *n.* 21. *lib.* 2. inquit, quod omnes ubique, nemine prorſus contradicente, firmant opinionem *Bartol. Alciat. Cravett. Cephal. Ben. de Plumb. inter conſ. ult. vol. Zilet. Surd. Peregr. Purpurat. Natt. Menoch.* quos enumerat *Bellon. d. cap.* 5. *qu.* 38. *n.* 9. nos addimus, quos vidimus, *Bartol. conſ.* 53. *Piccard. Bald. conſ.* 373. *v. quæritur lib.* 1. *Alex. conſ.* 298. *num.* 2. *& ibi Adden. litt. A. lib.* 6. *Anan. con.* 102. *in ult. dub. Caſtren. conſ.* 267 *in quæſt. quæ vertitur dub. pr. lib.* 2. *Rub. conſ.* 52. *n.* 5. *&. ſeqq. Pariſ. conſ.* 25. *n.* 12. *lib.* 2. *Corn conſ.* 238. *n* 3. *lib.* 2. *Bero conſ.* 159. *n.* 26. *lib.* 2. *Mart.* 19. *n.* 12. *Aetbill. Dedroch. conſ.* 39. *n.* 46. 47. *Raudenſ. reſol.* 11 *n.* 1. *Lace. conſ.* 147. *n.* 81. *Bertrand. conſ.* 55. *n.* 1. *& per totum & conſ.* 318. *n.* 5 *lib.* 4. *Ryminald iun. conſ.* 458. *n* 44. *lib.* 4. *Fulgoſ. conſ.* 17. *in fin. verſ. ſed rectius, & verius Decian. conſ.* 40 *n.* 8. *lib. pr. Simon. de Præt. conſ.* 12. *n.* 5. *Bardellon. conſ.* 107. *n.* 74. *Bellon. iun. conſ.* 95. *num.* 6. 7. *&* 8. *Fuſar. conſ.* 34. *dub.* 3. *& conſ.* 100.

Inter *tractat. Anton Fum. de coniunctis Duaren. Craſſ. Gratian. Guid. Pap. Peregr. Menoch.* enumerati a *Bellon. d. cap.* 5. *qu.* 38. *numer.* 9 10. *& ſeqq.* nos addimus, quos vidimus *Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. *de iur. accreſcend.* §. 21. *n* 36. *Duaren. de iur accreſcend. lib.* 1. *cap* 9. *Simon de Pret. de interpetrat. ult. volunt. fol.* 208. *n.* 19. *Fuſar. de ſubſt. qu.* 495. *n.* 14. ubi refert ita conſuliſſe, atque bis uti Arbiter iudicaſſe, *Gall. de except. in ſucceſſ. par.* 3. *tit.* 2. *except* 3. *n.* 42. *Dulph. contr.* 19. *n* 9. *Gargiar. apud eumdem contr.* 16. *n.* 11. *&* 12. *Cancer. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 18. *Caſtill. contr. quotid. lib.* 4. *cap.* 56. *num.* 78. *Maugil. de imputat. qu* 3. *n.* 32. ubi cum multis, & præſertim *cum Matheſill. in ſingul.* 154 *ineip. nota quod ſi Teſtator. &c.* inquit hanc opinionem eſſe communem, & ab ea neminem diſcrepare, vel umquam diſcrepaſſe.

In *deciſ.* poſt *Magon. dec. Flor.* 52. *num.* 14. quem refert *Bellon. dicto cap.* 5. *qu.* 38. *n.* 10 *verſus fin.* nos addimus quos vidimus *Manent. dec. Mant.* 3. *n.* 10. 17. *&* 18. *Amat. dec Ferrariæ* 14. *n.* 10. *&* 16. *Rot. Rom. deciſ.* 506. *n.* 1. *par.* 4. *diverſ.*

His accedat, minime tacendum eſſe, quod ipſemet *Bellon.* qui diſputando, & profitendo proprii ingenii acumine conatus eſt contrariam defendere opinionem *in cap.* 5. *qu.* 38. *a n.* 25. prius dixerat *n.* 13. a præfata *Bartoli* Sententia, & aliorum iamquam 6

recc-

receptiori non esse in consulendo, & iudicando recedendum.

Primo, & principaliter non obstant ea, quæ post controversam hanc *Bartoli* doctrinam deducebantur exadverso ad eam nihilominus effugiendam, dando plures instantias a distinctione *Bartoli* prænarrata ad casum nostrum.

Non obstat igitur prima instantia, qua stante, negabatur in casu nostro adesse verbalem coniunctionem, fundata in infra dicendis, &

Primo, quod in nostro casu sint duo orationes imperfectæ, quæ licet ab eodem verbo regantur, quicquid aliqui senserint, verius tamen est, & disputando probabilius non diei coniunctionem verbalem, *Bellon. cap. 5. quæst. 14. in fin. n. 14.* quia intelligitur verbum *lego* tacite repetitum. Et sic addita clausularum diversitas, *Curt. iun. cons. 259. num. 4. Purpurat. cons. 180. num. 3. Monach. decis. Florent. 29. num. 36. & 49.*

Secundo ex eo, quia inter utramque clausulam, & orationem adest dictio *&*, quæ tanquam copula cadens inter diversa, coniunctionem verbalem non admittit, *Bartol. in d. L. re coniuncti num. 12. ff. de legat. 3.* & ibi DD de communi.

Tertio, propter illam dictionem, *cuilibet*, distributivam „ibi„ *& cuilibet ipsorum dimidiam prædii &c.* quasi distributivi natura sit, ut perinde res habeatur æque, ac si essent factæ plures separatæ dispositiones, ac dinumerationes, *Leg. sicut in annos, versic. unde tractatur ff. quib. mod. usufruct amitt. Barbos. dict. 320. num. 8. Mart. de succes. par. 1. quæst. 12. artic. 3. num. 15.* additur *Text. in Leg. huiusmodi 86. §. quibus ita ff. de legat. prim* & ibi *Iason. Cels. Hug. cons. 69. num. 4. cum concord relat per Bellon. cap. 5. quæst. 17. num. 9. & 10.* cuius doctrinam præsupponitur exadverso ponere falcem ad radicem Causæ contra Actores, ex eo quia ex dictis Iuribus *Bellon.* ibidem concludit, quod legatum, *Titio, & Seio singulis singulos Servos do, lego* comparatur illi *lego Titium Servum, lego Seio Servum*, quo casu certum est, non esse Titium, & Seium verbis coniunctos; tanto magis, quia cum per verbum distributivum censeantur factæ separatæ dispositiones, consequenter dicendum est distributivum ipsum importare plures, ac distinctas orationes, ac si unaquæque earum haberet proprium, & peculiare verbum dispositivum; & propterea in nostro legato perinde est, ac si Testatrix dixisset; Niccolao, & Octavio fundum lego, & cuilibet ipsorum lego dimidiam, *d. Leg. huiusmodi 86. §. quibus ff. de legat. pr. Bellon. cap. 5. quæst. 4. num. 6. in fin. versic. tamen secundum naturam, & quæst. 16. n. 36. 37. 38. & 39.* Quæ omnia confirmata fuerunt per *Text. in Leg. si Stychum §. stipulatio huiusmodi ff. de verbor. obligat. & ibi DD.*

Respon-

Reſpondetur huiuſmodi principali obiecto, atque cæteris ſimilibus exadverſo deductis, præmittendo in primis, & ante omnia, quod verbis coniuncti dicuntur, quando plures ponuntur in una oratione, & ſunt verbis coniuncti, quia eſt unus ſermo rectus 11
ab uno verbo, *Text. in Leg. Mævio 42. in princ. ff. de legat. 2. & ibi Bartol. num. 1. verſ. aut ergo plures*, idem *Bartol. in Leg. re coniuncti 87. num. 12. in med.* idemque ibi addit infraſcripta verba „ ſi vis ergo cognoſcere coniunctos verbis, ſemper inſpicias uni„ tatem ſermonis, utrum unus fuit actus legandi, vel plures, & „ hoc decidit multa dubia „ hoc dicit *Bartol.* Hoc idem inter cæteros ponderat *Bald. in Leg. unica §. his ita n. 2. Cod. de caduc. tollend. & conſ. 362. in princ. lib. pr. Bertrand. conſ. 239. num. 6. par. pr.* ubi reſpondet illis, qui dixerunt ipſum erraſſe, *Monach. dec. Florent. 29. num 35. 39. & 42. Craſſ. §. ius accreſcendi quæſt. 4. num. pr. & ſeq. Mantic. de coniect. ultim. volunt lib. 10. tit. 3. num. 6. Peregrin de fideicom. artic. 9. n 8. verſ ex prædictis. Bellon. d cap. 5. quæſt. 16. num. 1. & 2. Cancer. var reſolut. lib. 3. cap. 22. num. 21. 22. 23. & 24.* ubi teſtatur hoc fuiſſe de mente Senatus; hoc idem placuit *Rot. Rom. dec. 506. n. 1. p 4. diverſ.*

Quæ omnia applicantur ad unguem ad noſtram factiſpeciem, in qua unica eſt oratio de per ſe perfecta, tota dependens ab unico verbo, *legavit* „ ibi „ Iure legati reliquit, & legavit mul„ tum magnifico Domino Niccolao, & Domino Octavio fratribus, 12
„ ac filiis, quondam Domini Iulii de Puccis, & cuilibet ipſorum „ dimidiam Prædii dictæ Dominæ Teſtatricis poſiti in Poteſteria „ Galluzii, & in Populo Sancti Eugenii loco dicto Gattaia „ prout in his terminis dicunt *Bartol.* & cæteri ſupra relati, & præſertim *Bertrand dict. conſ. 329. num. 6. verſ. cæterum vol 3. p. 1. uſque ad fin* ſecundum verum intellectum *Text. in Leg. Mævio 42. in princ. ff. de legat. 2.* quem referunt, & ſequuntur Doctores relati per *Bellon. dict. cap. 5. quæſt. 16. num. 26.* ut infra erit pariter dicendum.

His ita præmiſſis, nihil relevant adducta; Primo eum *Bellon. d. cap. 5. qu. 14. in fin. verſ. tertium ſi ſit relicta*; & hoc idem iterum repetit in *d. cap. 5. qu. 25. num. 6 verſ. ſed & hoc exemplum*. Etenim in huiuſmodi locis idem *Bellon.* in via diſputativa 13
conatus eſt defendere opinionem contra *Bartolum*, ſecutus *Gloſſ. in d. Leg. Mævio*, dicentem in *eod. Text.* Mævium, & *Seium* non eſſe verbis coniunctos; & ideo non eſt ulterius, contra *Bellon.* inſiſtendum, quia iam ſatis, ſuperque probavimus *Bart.* opinionem contra *Gloſſ.* eſſe magis communem, atque in Foro practicatam, prout idemmet *Bellan.* faſſus eſt in *d. cap. 5. qu. 25. n. 6.* cuius infraſcripta ſunt verba „ Sed & hoc exemplum, licet, ut com-

„ mune

„ mune, sit ab iis probandum, qui in Foro versantur, mihi „ tamen profitenti semper visum est a veritate alienum „ unde non est conveniens adducere argumenta, & Doctores, qui in via disputativa impugnant *Bartol.* dum hic tantum præsupponitur, non impugnare, sed solum dare differentiam a doctrina *Bartol.* ad casum nostrum.

Nec non, ex quo negamus in nostro casu adesse orationum diversitatem, non est curandum de *Curt. iun Purpurat. & Monach.* exadverso allegatis, qui omnes loquuntur in casibus, in quibus leguntur duo verba, atque duæ diversæ orationes; Etenim cæ-
14 reris propter brevitatem relictis, sufficiat videre dictum *Curt. iun. conf.* 259. *n* 4. ubi expressis verbis ponit duo verba, atque duas diversas orationes, & propterea referendo postea per modum obiecti *conf. Bartol.* 53. *incip. Piccardus*, inquit *n.* 11. quod quando est unicum verbum, ut puta quando Testator substituisset multos, & quemlibet ipsorum in æquali parte, prout erat ille casus *Bart.* adhuc dicuntur verbis coniuncti; unde huiusmodi auctoritas exadverso deducta decidit in puncto casum nostrum, & retorquetur contra obiectum; nec non sufficiat videre *Monach. d. dec. Flor.* 29 ubi verba Testamenti sunt infrascripta, cum duobus verbis expressis „ Et ita eos filios masculos Emilii sui fratris in „ dictis duabus partibus hæredes instituit, & pro alia tertia par-
2 „ te ad Petrum quondam Christophori de Guadagnis eius fra- „ trem germanum, quem similiter in dicta tertia parte instituit „ Et hoc idem repetit *sub n.* 36. *dicen.* „ hic autem diversitas ser- „ monis, seu orationis convincebatur, qui ubi adsunt diver- „ sæ clausulæ, nos est uniras, sed diversitas; sunt enim hic duæ „ illæ clausulæ *& ita &c.* altera *quem similiter &c.* singulæ positæ in
15 „ fine singularum particularum orationis, singulas personas vocantium.

Neque etiam relevant relata exadverso de copula *&* quia *Bart. in dicta Leg. re coniuncti n.* 12. *ff. de legat.* 3. præsupponit copulam *&*, esse inter diversas orationes, seu Inter duos actus legandi rectos a duobus verbis „ ibi „ Quid si copula cadat inter „ diversas orationes, utrum inducatur coniunctio verbalis? Ut ec- „ ce Titio lego fundum, & Sempronio lego fundum æquis por-
22 „ tionibus, an illi sint verbis coniuncti? „ Concludit *Bartol.* negative, & dat rationem quia non stat in copula *&*, sed in unitate actus legandi; hoc idem prosequitur *Bald. conf.* 362. *n.* 1. *lib.* 1. dicendo hanc esse opinionem *Bartol.* contra antiquos, & hanc esse hodie communiter receptam &, communem, & tam quam verissimam tenendam esse; idem inquit *Goffred. in Leg. coniunctim* 80. *n.* 19. *ff. de legat.* 3. *Crass.* §. *ius accrescendi qu.* 4. *n.* 3. sufficiat se se referre *ad Bellon. d. cap.* 5. *quæst.* 16. *n.* 19.

Unde

Unde ex hac quæſtione *Bartol.* ſi qua inductio poſſet inſurgere, potius reſultaret, quod copula *&*, in ſe conſiderata habet vim maioris unitatis, & inducendi coniunctionem verbalem, quia dictam copulam *&* ponit *Bartol.* in prænarrata quæſtione pro ratione dubitandi „ ibi „ & videtur quod ſic, quia inter eos cadit „ copula *&*, quæ inducit coniunctionem verbalem, ut hic, *& in „ d. Leg. tripliti* „ hactenus *Bartolus*. De huiuſmodi autem copula *&*, quod de ſui natura magis coniungat in fottioribus terminis bene ponderat *Cancer. var. reſolut. lib. 3. cap. 22. num. 25. 26. 27.* ubi inquit eſſe reprobatam opinionem illorum, qui dant diversum intellectum huiuſmodi copulæ *&*. 16

Neque pariter relevant ea, quæ oppoſita fuerunt tertio loco fundata in dictione diſtributiva *cuilibet*, nam data unitate orationis rectæ ab unico verbo, non poteſt talis dictio, *cuilibet* impottare diverſitatem orationis; neque multiplicare duo verba ad removendam verbalem coniunctionem, quod probatur, quia eadem dictio *cuilibet* ſolum partes diſtribuit, atque removet realem coniunctionem, nam ſi dixiſſet Textatris „ Domino Nicolao, „ & Domino Octavio relinquo prædium *della Gattaia* „ certo certius huiuſmodi Legatarii eſſent re, & verbis coniuncti, & facerent ſibi partes per concurſum; dum igitur addit, *& cuilibet ipſorum dimidiam*, dicendum eſt Teſtatricem voluiſſe partes diſtribuere, & ſic removere realem, non autem verbalem, ex eo, quia verbalis conſiſtit, ut diximus, in unitate orationis rectæ ab unico verbo, poſſuntque ſtare ſimul, quod in unica oratione, ſeu unico actu legandi ſint etiam diſtributæ portiones, prout inter cæteros præſertim bene ponderat *Iaſon. in d. Leg. re coniuncti ff. de legat. 3. num. 11. 86. 87. 105. & 107.* & in puncto de huiuſmodi diſtributiva *cuilibet*, quod non inducat multiplicationem verbi *lego*, firmat in longum *Goffred. in Leg. coniunctim 80. ff. de legat. 3. num. 37. verſ. ſecundum alios*, & n. 38 & 39. *& prius num. 21. verſ. nec obſtat*. 17 18

Altera ratio eſt, quod tantum abeſt, quod per nomina diſtributiva impediatur verbalis coniunctio, quod potius per eadem induci ſolet Ius accreſcendi, ut puta per nomina, *quiſquis, quilibet*, & ſimilia &c. *Leg. fin. Cod. de impub. & aliis ſubſtit. Bartol.* enim *in dicta Leg. re coniuncti ff. de legat. 3. num. 13.* inquit „ dic quod debemus inſpicere unitatem ſermonis, ut iam „ dixi. Et ſi unus fuit actus legandi, vel ſubſtituendi, ſunt „ verbis coniuncti, licet ibi ſit appoſitum verbum diſtributi„ vum, unde dico, quod in *Leg. fin. Cod. de impuber. & aliis „ ſubſtit.* ibi ſunt verbis coniuncti „ hactenus *Bartol.* hoc idem placuit *Iaſon. Crot. Ioan. Gaud. Ant. Fum. Duar. Craſs., & Polit.* 19

quos omnes refert, & sequitur *Bellon. d. cap. 5. quæst. 16. n. 16.* quibus addimus bene loquentem *Rip in d. Leg. re coniuncti num. 48. & Ruin. in Leg. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian. num. 100. vers. sed pro opinione.*

20 Quæ omnia confirmantur, quia de natura huius dictionis *cuilibet* est attribuere actum cuilibet in solidum, sic distributive nominatis, *Leg. hoc articulo ff. de hæred instit Leg. si plurib* & ibi *Gloss. sed ad omnes ff. de legat. 2. Barbos. dict. 320. n. 4. Rot. dec 176. n. 7. par. 5. recent.* & alibi passim.

Et propterea semper DD. huiusmodi dictionem ponderant ad
21 magis inducendum Ius accrescendi, quia censentur in dispositione considerare omnes personæ, uti singulæ ad hoc, ut quælibet de per se totum capiat, & sic per mortem unius, ex iure non decrescendi, totum superstitibus deberi, dicunt *Bald. in Leg. pr. num. 28. Cod. quand. non pet. part Alex. in Leg si mihi, & Titio num. 18. ff. de verb. obligat. Rip in dict Leg. re coniuncti ff. de legat 3. n. 164. Mantic de tacit. lib. 22. tit. 34. n. 6 & 31.*

Ita ut ex hoc inferunt ipsimet DD. quod licet regulari-
22 ter emphyteusis concessa duobus, intelligitur concessa pro virili, ita ut non sit locus Iuri accrescendi, *cap. prim. de duob. fratrib.* tamen secus est in casu, in quo emphyteusis fuit concessa duobus in solidum, ut puta quando fuit concessa pro se, & pro quolibet ipsorum, eorumque respective filiis; tunc enim virtute
23 illius dictionis, *& quolibet ipsorum* resultat esse locum Iuri accrescendi, *Bald. in cap. pr. § filia, in fin de succes. feud.* ubi allegat *Text. in Leg. si plurib. ff. de legat. 2 & L. creditor. §. duobus ff. mandat.* bene in hoc proposito *Curt sen. conf. 48. n. 20. & conf. 49. n. 54 vers. & decidit quod sic, Socein. sen. conf. 50. num. 1. & 2. lib. pr. Marcabrun. conf 54 num. 38. & 39. Rosenbal. de feud. cap. 6. concluf. 75. n. 3. litt. E*, hoc dicit *Ladereh exadv. allegat. conf. 40. num. 7. & infra, Corbul. de cauf. privat. ob lin. finit num 86. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 38. num. 34. & 37. Gabr. conf 87. num. pr. vers. primum quia lib. prim. Menoch. conf. 464. num. 2. vers. urgere videtur, Rot. Rom. dec. 192. num. 3. & seq. par. 4. recent. tom 2.* ubi datur perbelle exemplum plurium, qui habent ius in solidum ferendi unum lapidem, *decis 176. num. 8 par. 5. recent. & cor. Duran. decis. 301. num. 1.* ubi alias Decisiones refert noviſſime *Fulgin. de tur. emphyteot. in tit. de contractib. emphyt. quæst. 34. num. 12.* hoc idem concludit *Socc.* exadverso allegatus *in conf. 50. n. 213. lib. 1.*

Comprobantur hæc omnia auctoritatibus DD. infra narrandis in responsione ad tertiam instantiam, ne idem bis repetatur. Ex quibus resultant plures responsiones ad obiectum rela-

tum

tum in tertio loco, nam quamvis dictio *cuilibet*, appelletur a DD. diſtributiva, & quod idem operatur, ac ſi eſſent factæ plures diſpoſitiones, & dinumerationes, hoc dicunt nimis generaliter, non autem ſpecifice ad effectum Iuris accreſcendi, quando eſt poſita, ubi adeſt unica, atque eadem oratio, ac ſub unico, atque eodem verbo, prout in caſu noſtro, tunc enim non poteſt operari, ac ſi plures ſingillatim diverſæ orationes, ſeu ſubſtitutiones factæ fuiſſent; Plurimum, inquam, intereſt, an dinumeratio fiat ſpecifice, an vero per diſtributivum ſine diſtributa ſpecificatione, *Leg. ſi Stychum* §. *ſtipulatio* ubi DD. 24
iuncta *Leg. pluribus ff. de verb. obligat. Alex. in d. Leg. ſi Stychum* § *ſtipulatio num.* 6. Debemus igitur apprime inſpicere ſermonis unitatem, ex qua inducitur coniunctio verbalis, propter dictam unitatem, licet ibi fuerit appoſitum verbum diſtributivum, prout 25
ad propoſitum noſtrum prædicta verba tranſcribenda eſſe duximus, quæ refert *Bardellon. conſ.* 16. *num.* 4. *vol.* 1. & idem reſpondet etiam *Craſſ.* §. *ius accreſcendi quæſt.* 4. *num.* 4. ubi reddit rationem, quia coniunctio fit per identitatem orationis, & ea ſtante, quæcumque ſint verba, inducitur coniunctio, idem placuit *Peregrin. de fideicom. artic.* 13. *num* 32. *prope fin. verſic. nec obſtare &c.* ubi inquit „ Nec obſtare quod diſtributivum pe„ rinde operaretur, ac ſi factæ eſſent plures dinumerationes, & „ ſeparatæ diſpoſitiones, *Leg. ſicut in annos &c.* nam reſponde„ tur, non tamen operari, ac ſi eſſent factæ in diverſis ora„ tionibus, nam multum intereſt, an dinumeratio fiat ſpecifi„ ce, an per diſtributivum, ſicut notatur in *Leg. Stychum* §. „ *ſtipulatio ff. de verbor. obligat.* „ idem tenet *Mantic. de tacit. lib.* 23. *tit.* 38. *n.* 37. *poſt Ruin. in Leg. hæredes mei* §. *cum ita ff. ad Trebellian. n.* 96. *& Alex. conſ.* 175. *num.* 10. *lib.* 5.

Bellonus vero *cap.* 5. *quæſt.* 17. *num.* 9. *&* 10. apertis verbis 26
loquitur contra *Bartol.* cuius rationem ipſe impugnat in via diſputativa, quam prius retulerat *num.* 7. *&* 8. una cum innumeris concordantibus, qui *Bartolum* ſequuti ſunt, atque idem *Bellon.* in eiſdem terminis prius loquutus erat *d. cap.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 6. *in fin.* dicendo expreſſis verbis, hanc eſſe ſuam propriam ſententiam, & iterum hoc repetit plenius contra *Bartol.* & cum pluribus argumentis in via diſputativa in *dict. cap* 5. *qu.* 16. *num.* 36. 37. 38 *&* 39. poſtquam prius retulerat doctrinam *Bartol. num.* 26. 27. *&* 28. dicendo, quod hæc *Bartoli* ſententia, ita ſit in Foro receptа, ut ab ea nefas ſit in conſulendo, & iudicando recedere.

His accedat, quod *Bellon.* in dictis locis, & præſertim in 27
cap. 5. *quæſt.* 17. *num.* 9. *&* 10. ſupponit caſum, in quo Lega-

tarii ſunt vocati ad res omnino diverſas, ut videre eſt ex Iuribus quæ refert. In his enim terminis loquitur *Text. in Leg. huiuſmodi 86. §. quibus ff. de legat.* 1. Etenim DD. citando hunc *Textum* exemplificant caſum, in quo plures ſunt vocati ad res omnimodo diverſas, ut puta ſi quis Titio, & Mævio legat ſingulos ſervos, nam in pluralitate ſervorum legatorum patet ad ſenſum, quod ineſt huiuſmodi diverſitas, ut videre eſt apud *Partol. in d Leg. re coniuncti 87. num. 23. ff. de legat. 3. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. in princ. Peregrin. de fideicom. art. 9. num. 2 verſ. diſiunctos autem, & iterum conſ. 77. n. 23. lib. 5.* in his terminis citat hanc *Leg. huiuſmodi Surd. conſ. 38. num. 31.* hoc idem faſſus eſt *Bellon. cap 5. quæſt. 4 num. 6. verſic. tertium exemplum ſit*, quibus addimus *Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 22. n. 19.* cuius hæc ſunt verba „ Dixi ad eamdem rem, nam ſi diverſa res eſſet, „ non eſſent coniuncti „ *Leg. huiuſmodi 86. § quibus ff. de legat. prim. Mangil. de imputat. quæſt. 3 num. 31. in fin.* in eisdem terminis loquitur *Iaſon. in d. Leg. huiuſmodi, & iterum, in dict. Leg. re coniuncti ff. de legat. 3. num. 103.* prout etiam apertis verbis in caſu, in quo res ſunt diverſæ conſuluit *Celſ. Hug. conſ. 69. num. 3. verſic. etſi quidem contrario, & num 4.* Caſus enim talis erat in *dict. conſ.* „ Teſtator quingenta legaverat neptibus ſuis „ portionibus æquis dividenda, hoc eſt pro qualibet illarum du- „ centa quinquaginta „ & concludit locum non eſſe iuri accreſcendi, quia ſeparata quantitas (vitio impreſſionis legitur qualitas) cuilibet aſſignatur per *Text in d Leg. huiuſmodi, & ibi DD.* Et ideo non eſt mirum, ſi *n. 4. verſ. fin.* dicat ille, quod plura videantur facta legata, ſcilicet cuilibet dictarum neptum de ducentis quinquaginta; & ratio nimis patens eſt, quia quando agitur de legato quantitatis, quamvis Legatarii ſint coniuncti quoad
28 verba, numquam tamen dicuntur coniuncti, quoad ius accreſcendi, quia quantitas in ſemetipſa continet ſemper rem in ſe diverſam, etiam ſi ſummæ ſint pares, & hoc omnes dicunt ſine contradictore in *d Leg. huiuſmodi*, & alibi paſſim, *argum. Leg. qui filiabus la 17. §. 1. ff de legat pr. Goffred in Leg. coniunctim 80. num. 22. Alex. conſ. 55. num 3. lib. 2. Bartol. in Leg. centurio ff de vulgar. & pupill. ſubſtit. Iaſon. in d. Leg. re coniuncti num. 104. & ſeqq.* ſufficiat videre *Bellon. d. cap. 5. quæſt. 17. num. 5.* ubi cum *Bartol.* refert pluſquam viginti DD. concordantes, inter quos eumdemmet *Celſ. Hug. d. conſ. 69. num. 3* quem *Celſ. Hug.* pariter in his terminis refert, *Raudenſ. reſponſ. 11. num. 2.* quibus addimus *Mangil. de imput. quæſt. 3. num. 32.* atque in his terminis conſuluit *Soccin. conſ. 147.* exadverſo adductus *num. 78. & 79.* prout idem litteris expreſſis inquit *num. 81* in illis verbis

bis „ Secundum *Bartol. & DD.* ibidem, ius quidem accreſcendi „ inter coniunctos verbis tantum locum habere, quando Partes „ non poſſunt ad oculum demonſtrare, ut in noſtra factiſpecie, „ in qua tot aurei, pro ſingula relicti ſunt, & demonſtrari „ poſſunt „

Ulterius in *Conſ. Celſ. Hug.* diſpoſitio erat limitata, ſtantibus illis verbis, hoc eſt, *pro qualibet illarum ducenta quinquaginta*, ut bene ponderat *d. Celſ. Hug. d. conſ. 69. n. 3. in fin.*

Pro ut neque etiam obſtat *Text. in Leg. ſi ſtichum §. ſtipulatio huiuſmodi ff. de verbor. obligat. cum concordant.* & ibi *Bartol.* 29
unde infertur, quod legatum in ſingulos annos non eſt unum, ſed tot dicuntur, quot annis duravit.

Quia replicatur in d. *Text.* ideo eſſe plura legata quia naſcuntur plures actiones, ut ibi inquit *Gloſſ. in verbo ſtipulatio quam* 30
Gloſſ. ſecutus eſt *Bars.* ibidem *n. 1. & DD.* de communi; non ſtat igitur vis in dictione illa, *ſingulos*, quod probatur ex eo quia eadem dictio, *ſingulos*, poſita in ſtipulatione, in qua naſcitur una actio pro omnibus annis, non operatur eamdem multiplicitatem, ut inquit *idem Text.* & ponderant *ibidem DD.* & præſertim faciunt ad noſtrum propoſitum relata per *Alex. ibidem n. 6.* ubi inquit „ 31
„ Quod non eſt omnino multiplex ſtipulatio ſicut ſi facta eſſet ex-
„ preſſa dinumeratio annorum; quia non eſt eadem ratio, quia
„ ubi fuit expreſſa dinumeratio, ſunt plures conceptiones, ideo
„ plures videntur ſtipulationes; Secus ubi per diſtributivum una
„ eſt conceptio. „ Unde quando in dicto *Textu* dictio, *ſingulos*, alicuius eſſet conſiderationis, pro ut exadverſo ſupponitur, potius retorqueretur idem *Text.* ſecundum aliquos contra obiectum quia, non obſtante, quod eadem dictio *ſingulos*, poſita eſſet in ſtipulatione, quæ una eſt, non propterea multiplicaret legata.

Non obſtat ſecundum principale obiectum, ſeu ſecunda inſtantia data a doctrina *Bart. in d. Leg. re coniunſti* per nos in 32
principio firmata ad caſum, de quo agitur, atque differentia deducitur ex illamet dictione *cuilibet*, quaſi hæc dictio, ad quoslibet ſingulorum referatur, *Leg. hoc articulo ff. de hæred inſtit. DD. in Leg. vel ſingulis ff. de vulgar. & pupill. Odd. conſ. 45. n. 36. Bardellon. conſ. 13. n. 23.* quos dicitur diſtributive, & ſeparatim comprehendere *Bart. in Leg. non diſtinguemus §. eum in plures ff. de arbitr. Roland. conſ. 70. n. 44. vol. 3.* atque tollit omnino nominum complexum tamquam per dictionem, quæ vim cuiuſdam partitionis, ac diſtributionis habet, atque legatarios invicem diſ- 33
cernit, eorumve coniunctionem impedit, ne unius perſonæ poteſtate fungi queant, ut tradunt DD. communiter in *Leg. ult. Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* cum concordant. relat. *per Andream Kohl.*

exercitat. iur. exercit. 21. n. 24. verſ. quarto reſtringenda venit &c. Cacher. in Leg. qui cum plures in fin. ff. de vulgar. & pupill. Rip. in d. Leg. re coniuncti n. 164. verſ. quin imo Mantic. de tacit. lib. 33. tit. 38. n. 37. cum ſimilibus exadverſo deductis.

Reſpondetur, verum eſſe, verbis coniunctos non eſſe ad effectum iuris accreſcendi, niſi quos etiam nominum complexus iungit. *Leg. triplici 142. verſ. nec dubium ff. de verbor. ſignificat. Alciat in d. L. re coniuncti n. 20. ff. de legat. 3.* ſufficiat ſe referre *ad Bellon. d. cap. 5. qu. 16. a n 4 uſque ad 13.* 34

Sed etiam veriſſimum eſt, quod hoc procedit, non ex natura copulæ, ſed ſolum ex unitate ſermonis, idem *Bellon. cap. 5. q. 16. n 24* quia propter unitatem ſermonis plures, quaſi in unum corpus ſunt redacti *Leg. unica §. his ita verſ. hoc ita tam varie Cod. de caduc. tollend.* atque coniuncti unius perſonæ poteſtate funguntur, *Leg. plane la prima in princ. ff. de legat. 1. Imol in L. item quod Sabinus n. 5. ff. de hæred. inſtituend* his relatis *Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 3. n. 8. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 495. n. 14. verſ. & ratio eſſe poteſt.* 35 36

Et propterea ex quo ſupra firmavimus adeſſe unitatem ſermonis, ſeu unicum actum legandi, ex hoc ſolum videtur remotum eſſe obiectum; Tanto magis, quia nomina legatariorum iunguntur per copulam, &, quæ licet coniunctionem de per ſe, non inducat, tamen negari non poteſt, quin coniunctionem inductam magis confirmet, pro ut diximus ſupra, quibus addimus *Craſſ. in § ius accreſcend qu. 4. n. 2. in fin.* ubi inquit, ita velle DD. communiter *Bellon. d. cap. 5 qu. 16. n. 6.* 37

Verum reſpondendo magis præciſe ad huiuſmodi obiectum, dicimus non obſtare, quod dictio *quilibet*, ad quoslibet ſingulorum referatur, quia hoc procedit favore inſtitutorum, nam alioquin nomen *quiſque* dicitur collectivum, prout apertis verbis, diſtinguendo, inquit *Text. in dict. Leg. hoc articulo 29. ff. de hæred. inſtituend. & ibi Gloſſ. Bartol. & DD.* communiter, & in hoc ſenſu relata eſt *per Odd. conſ. 45. num. 36. Bardellon. Roland.* & cæteros quoſcumque deductos; & propterea dicunt Doctores, quod hæc dictio tribuit cuilibet actum in ſolidum, prout citato hoc *Text. Leg. hoc articulo ff. de hæred inſtit.* cum ſimili firmat *Barboſ. diction. 320. num 4.* ubi concordantes. 38

Sed huiuſmodi concluſiones ita generaliter deductæ extra terminos iuris accreſcendi, non ſolum non relevant, verum eaſdem doctrinas applicando ad punctum iuris accreſcendi (ex quo ſunt inductæ, ut iam diximus ad favorem inſtitutorum) dicunt magis inſervire ad inducendum ius accreſcendi, quia cenſentur conſideratæ omnes perſonæ, uti ſingulæ ad hoc, ut quælibet de 39

per

per ſe totum capiat, atque per mortem unius ex iure non decreſcendi totum ſuperſtiti debeatur, ut diximus ſupra in reſponſionibus ad primam Inſtantiam *verſ. quæ confirmatur &c.*

Prout etiam non obſtant ea, quæ addita fuerunt in obiecto, nempe quod hæc dictio *cuilibet* impediat, ne legatarii unius perſonæ poteſtate fungantur.

Etenim ad veram intelligentiam huiuſmodi propoſitionis præmittendus eſt, *Text in Leg. ſi pater filio 1a nona ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* in quo *Labeo Iuris Conſ.* concludit, quod ſi pater filio impuberi plures hæredes, quos ſibi, & te unum præterea hæredem ſubſtituit, unus ſemis apud te maneat, alterius ſemiſſis inter hæredes paternos diviſio fiat; huius *Text.* declarationem inter cæteros aſſumit *Andr. Kohl. exercit. iur. exercitat.* 21. *a num.* 18 infra, ubi ad differentiam alterius, *Text. in Leg. qui cum plures* 32 *ff de vulg. & pupill ſubſtit.* inquit, quod ideo in *d. Leg. ſi pater filio*, hæreditas dividitur in duas tantum partes, quarum unam habebunt illi plures inſtituti, alteram vero tu ultimo loco ſubſtitutus, quia illi quamvis plures, coniungantur nomine illo collectivo *hæredes*, & propterea vice unius perſonæ funguntur. 46

Proſequitur deinde idem *Kohl a n.* 21. infra dando plures limitationes huic *Text. in Leg ſi pater filio*, atque inter cæteras *n.* 24 *verſ quarto reſtringenda venit &c* ponit unam limitationem, quam deducit ex *Text. in Leg. fin. Cod. de impuber. & aliis ſubſtit.* ubi hæredes cum extraneis ſubſtituuntur per particulam diſtributivam in illis verbis „ Quiſquis mihi hæres erit, & Titius fi„ lio meo hæres eſto „ in quo *Text.* illi tres ſubſtituti hæredes habent tres portiones, quartam vero portionem hæreditatis habet Titius, hæc dicit *Kohl.* in loco prænarrato in obiecto. 41

Verum in hoc *Text.* hæredes ideo habent trientes in ſubſtitutione, quia & trientes habent in inſtitutione, ut notat ibi *Gloſſ. in verb trientem verſ vel melius*, & quia hæredes ſeparati fuerunt in inſtitutione, ut inquit ibidem eadem *Gloſſ. verſ. nec obſtat huic ſolutioni &c.* citando ſimile *Text. in Leg. qui cum plures ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & ſic non conſiderat *Gloſſ.* differentiam inter *Text. in d Leg. ſi pater filio*, atque *Text. in Leg. fin. Cod de impub. & alii ſubſtit.* procedere propter particulam diſtributivam *quiſquis.*

Sed præſuppoſito etiam, quod hoc procederet per illam dictionem *quiſquis*; Nihil aliud ex hoc infertur, niſi quod illud nomen collectivum *hæredes*, reſolvitur in diſtributivum nominis, & efficit æque ac ſi illi hæredes cum nominibus propriis eſſent vocati, & propterea ſuccedunt in virili cum alio tertio vocato cum nomine proprio, hoc concludit *Andr. Kohl de exercitat* 21. 42

n. 24. quod evidentius deducitur ex lectura eiusdem *n.* 21. 22. 23. & 24. ubi refert limitationes ad dictam *Leg. si pater filio la nona ff. de vulg. & pupill. substit* & hoc idem inquit *Castr. Rip. & Mantic.* exadverso allegati, prout in hoc sensu *Castrens. in dict. Leg. cum plures ff. de vulg. & pupill. substit.* cum ceteris concordantibus *in Leg. fin. Cod. de impub. & al. substit.* refert *Barbos. diction. 324. num. 5.*

Verum ex his omnibus oppositis in obiecto, quidnam praeiudiciale infertur ad ius accrescendi? Etenim in nostro casu non dependet ius accrescendi ex eo, quod fuerint, vel non fuerint
43 legatarii vocati per nomen collectivum plurium personarum, prout est verbum *haeredes*, *filii*, & quid simile; nam quando sunt vocati legatarii cum propriis nominibus, adhuc dicuntur verbis coniuncti, supposita semper unitate orationis, seu unico actu legandi, quae solum unitas orationis ad hunc effectum est attendenda, & ideo in puncto *d. Leg. fin. Cod. de impub. & al. substit.* quod ibi, non obstante illa particula distributiva *quisquis*, propter quam quilibet vocatur ad virilem, nihilominus ibi substituti dicuntur verbis coniuncti, & habet locum ius accrescendi, prout concludit *Bart. in d. Leg. re coniuncti n.* 13. *de legat.* 3 *Bolognets.* & caeteri DD. quos retulimus supra in *vers. altera ratio est &c.* ad quos &c. ne idem bis repetatur. Addimus tamquam facientia ad huiusmodi propositum relata per *Mantic. de tacit. lib.* 23. *tit.* 38. *n.* 37. *vers. verum ipse respondet.*

His accedat, quod considerato toto contextu verborum in nostro legato, deducitur, quod illa dictio *cuilibet*, non fuit a Testatrice prolata ad finem distinguendi nomina legatariorum, quia esset statim dare contrarietatem, & mutationem voluntatis, quod est evitandum, seu saltem non est admittendum, nisi pluſquam id clarum sit, sed fuit prolata, ne repeteret nomina legatariorum, occasione distribuendi inter eos quotas Praedii; Nam si Testatrix dixisset, lego Domino Nicolao, & Domino Octavio Praedium
44 essent re, & verbis coniuncti, si vero dixisset lego Domino Nicolao, & Domino Octavio dimidiam Praedii, non potuissent consequi illi duo Legatarii nisi dimidiam, & non totum praedium, sed quia mens Testatricis erat eosdem Legatarios verbis tantum, & non re coniungere, nec non quod totum Praedium consequerentur, ut colligitur ex toto tenore legati, atque *in vers. infra quod quidem praedium &c.* Ideo addidit illam particulam „ *& cuilibet ipsorum dimidiam* „ unde a fortioti applicari possunt ea, quae notant DD. circa relativum *quis*, vel *qui*, quando ad genus aliquod praecedens, vel nomen commune plura continens refertur; Tunc
45 enim solum dicitur habere vim particulae distributivae, quando

tali-

relativum ponitur ad limitandum genus, ſeu nomen commune; At cum relativum uſurpatur, non ad limitandum, ſed ad repetendum genus, ſive nomen commune, tunc referendi, non autem diſtribuendi vim ſortitur, ut tradit *Franc. Aret. in d Leg ſi pater la 9. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. num. 9.* quem ſequitur 46
Iaſon. num 9 His relatis *Andr. Kobel. exercit. Iur. d. exercit. 21. num. 24. in fin* Ergo multo magis hæc habebunt locum in caſu noſtro, in quo non præcedit genus, ſed præcedunt nomina propria Legatariorum, ad quæ repetenda dictio illa *cuilibet*, appoſita fuit ad effectum diſtribuendi inter Legatarios portiones pro indiviſo.

Non obſtat tertium principale obiectum, ſeu tertia inſtantia data a caſu *Bart.* ad caſum noſtrum, pariter fundata in illa dictione *cuilibet*, cuius natura, cum ſit unicuique attribuere actum, vel rem in ſolidum, *Leg. non diſtinguemus 37. §. eum in plures, ubi Bartol. & alii ff. de recept. arbitr. cum concord. relat.* Propterea importat diviſionem fundi in duas partes, quarum quælibet reputabitur tamquam unum totum de per ſe, quod non implicat in Iure, *per Text. in L. plane ubi 34 § fin. ff. de legat. pr.* tanto magis quia diſtributivum ſecundum veritatem, & propriam ſignificationem, non autem per ſubauditum intellectum, ſeu tacite operatur, *Iaſon. in Leg. Titia §. fin. num. 1. in fin. verſ. ſi autem adiungeretur ff de verbor. oblig.*

Unde cum ad effectum, ut verbalis coniunctio pariat Ius accreſcendi neceſſe ſit, ut Legatarii vocentur ad eamdem rem, tamquam ad unum corpus, *Leg unica §. his ita in fin Cod. de caduc. tollend cum concord. Surd. conſ. 30. num. 38. poſt med. verſ. item ratio &c. Bellon. d. cap. 5. quæſt. 17. num pr. & quæſt. 19. n. 6.* venit in conſequentiam, quod in noſtro legato non erit locus Iuri accreſcendi, qua ſtante diſtributiva *cuilibet*, quælibet pars ut unum totum, & ſolidum de per ſe ab altera parte, tamquam ſimiliter uno toto, & ſolido diſtincta, & ſeparata repræſentatur, imo ſtante eadem diſtributiva, dicuntur Legatarii vocari, tamquam ad res diverſas, & propterea locus non erit Iuri accreſcendi, ſecundum *Bellon. dict. cap. 5. quæſt. 5. num. 16. in octavo caſu, & quæſt. 17. num. 2. & ſeqq.* quod repetit *in quæſt. 38. num. 3. & 4. & num. 35. verſic. ſecundo vero &c. & num. 50. verſ. tertio moveor &c & num 55. & 56.* ubi declarat *Text. in Leg. prim. in princ. ff. de uſufr. accreſcend.* Ad quæ omnia comprobanda inter cætera fuit ultimo loco adducta doctrina *Goffred. in Leg. coniunctim 80. num. 21. in fin. cum ſeqq. ff. de legat. 3.*

Reſpondetur ad prædicta, atque ad ſimilia oppoſita in comprobationem obiecti, inſiſtendo, quod per ſententiam *Bart.* & aliorum, ut ſupra diximus, ſatis dicuntur legatarii vocati ad eam-

dem

52 dem rem, seu ad unum corpus, iuxta terminos *d. Leg. unic.* § *his ita in fin. Cod. de caduc. tollend.* ubicumque non sunt vocati ad res omnimodo disiunctas ad oculum demonstrabiles, quia tunc dicuntur duo fundi, quando partes sunt ad oculum demonstrabiles, hoc dicit *Text. in Leg. recte dicimus* §. *fin. ff. de verbor. significat.* & ponderat ultra *Bartol. in d. Leg. re coniuncti* 23. & cæteros *ff. de legat.* 3. *Cancer. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 20. nam rota vis iuris accrescendi consistit in coniunctione verbali, atque in non omnimoda disiunctione reali, unde ubicumque non probatur, quod dictio *cuilibet* importare possit hanc partium distributionem ad oculum demonstrabilem, obiectum non erit concludens ad exclusionem iuris accrescendi, atque aliter dicere, esset destruere doctrinam *Bartoli* numquam in Foro reiectam.

Nec non. *Text. in Leg. plane* 34. §. *fin. ff. de legat.* 1. in
53 quo dicitur, quod pars fundi appellatur fundus, adducitur a DD. in terminis, in quibus sunt orationes diversæ, seu duo actus legandi; nam tunc pars fundi posset quodammodo tamquam unum totum de per se considerari, ex quo propter duplicitatem orationis non est locus iuri accrescendi, secus autem, quando adest unitas orationis, pro ut in casu nostro, ita distinguendo citat præfatum *Textum in Leg. plane* 34. §. *fin ff. de legat.* 1. *Gotfred. in Leg. coniunctim* 80. *n.* 19 *ff. de legat.* 3. & hoc est quod dicit *Gabr. conf.* 98. *n.* 3. *lib.* 2. exadverso allegatus.

54 Unde numquam est possibile, quod per dictionem *cuilibet* possint distribui partes ad oculum demonstrabiles, ad exclusionem iuris accrescendi; Et hoc probatur, quia si Testator expressis verbis distribuat partes, pro indiviso, iam dicimus non excludi ius accrescendi quapropter quæcumque expressio partium, quæ posset re-
55 sultare ex illa dictione, *cuilibet*, non esset nisi tacita, & tamquam talis non potest plus importare, quam illa distributio partium expressa, quia tacitum non potest plus operari, quam expressum, ut omues dicunt, imo quando sumus in illis, quæ dependent a Testatoris voluntate, non autem a iuris necessitate prout in his ter-
56 minis iuris accrescendi multum operari soler expressio taciti *Bart. & DD. in Leg.* 3. *ff. de legat.* 1. atque *in Leg. non numquam ff. de condit. & demonstrat. Andr. Kohl. exercit. iur. exercit.* 21. *n.* 20. *vers. non igit. in proposito.*

57 Et ad summum virtus taciti potest esse pat virtuti expressi, *Bero conf.* 120. *n.* 84. *lib.* 2. *Censal. ad Peregrin. de fideic. par.* 13 *pag.* 166. *col.* 2. atque *Bartol. in d. Leg. re coniuncti n.* 23. *ff. de legat.* 3. facit mentionem partium, tamquam de rebus non omnino diversis, ex eo quia non sunt ad oculum demonstrabiles, & hæc est unica ratio non autem an partes sint discretivæ, vel

di-

diſiunctivæ, prout ultimo loco fuit oppoſitum, hoc enim nullo iure confirmatur.

Non enim hoc probatur per eamdem dictionem *cuilibet*, partium diſtributivam, ſeu diſgregativam, quia etiam in his terminis verificatur ratio prædicta *Bartoli*, quod non ſint partes ad oculum demonſtrabiles; nam etiam Teſtator cum illis verbis *æquis partibus*, dicitur partes diſtribuere, & nihilominus adeſt verbalis coniunctis; nam diſtributio partium removet realem, ſicut diſtributio orationum removet verbalem, tamen non per hoc tacita diſtributio partium ſufficit, ut aliqui dicantur omnino re diſiuncti, neque propterea tollit verbalem ſufficientem ad ius accreſcendi, ut inquit *Bald. & Aret. in Leg. ſi duob §. ſi Titio ff. de legat. pr. Bald. conſ. 362. verſ. ex quib lib. pr. Mantic. de coniect lib 10. tit. 3. n. 9. in fin.* & cœteri præmiſſi ut ſupra in hac Deciſione, quos non repetimus. Neque ullo iure probatur quod Teſtator diſtribuendo partes pro indiviſo cum quacumque dictione diſtributiva dicatur conſtituere unum corpus de per ſe ab altero oculis demonſtrabile, differentia enim eſt, quod diſtributivum ſeparet partes, & non conſtituat unum corpus, ut ponderat in his terminis dictionis diſtributivæ *Craſſ. §. ius accreſcendi qu. 4. n. 4. verſ. ſaltem differentia eſt &c.* ex quibus ſatis, ſuperque videntur ſublata deducta in obiecto. 58 59

Verum ex abundanti ſingulis reſpondendo, ſeu ſimilibus cumulatis, dicimus non obſtare, quod dictio *cuilibet* tribuat actum unicuique in ſolidum, quia *Text. in Leg. non diſtinguemus la 37. §. cum in plures ff. de recept. arbitr.* cum ibi not. loquitur, ut puta, ſi pluribus fuerit data iuriſdictio, ſeu facultas cum clauſula *in ſolidum*, quilibet poſſet ſententiare, ſecus ſi cum clauſula *omnes* quia tunc omnes haberent iuriſdictionem coniunctim. Ex hoc tamen non reſultat aliquid contra nos, tum quia concluſio eſt nimis generalis in longum comprobata cum auctoritatibus cumulatis per *Barboſ. dict. 320. n. 4.* tum quia non procedit, ſeu loquitur, quo ad verborum conceptionem, ſeu quo ad rem, in quibus terminis nos verſamur; Tum maxime quia huiuſmodi generalitatem ponderant DD. ad magis inducendum ius accreſcendi, ut ſupra diximus in reſponſionibus ad primam Inſtantiam, *verſ. quæ omnia confirmantur &c.* ad quæ relatio habeatur &c. 60

Ex abundanti dicimus, quod dictio *cuilibet*, ex quo eſt apoſita ad finem diſtribuendi portiones, non tollit ius accreſcendi, *Alciat. in d. Leg. re coniuncti n. 21. ff. de leg. 3.* cuius verba ſunt infraſcripta „ Nec obſtat, quod natura diſtributivi ſit, cui„ liber actum in ſolidum tribuere, quia ſi adiiciatur æquis por„ tionibus, ſdictio prævalet, & ſola verbalis coniunctio indu- 61

„ ce-

„ cetur „ quam *Alciati* doctrinam ſequitur *Bellon d. cap. 5 qu. 16. num. 18.* reſpondendo ad *Text. in Leg. huiuſmodi §. quibus ff. de legat. prim.*

Neque pariter relevat obiectum in illa parte, in qua di-
62 citur, quod ſtante diſtributiva *cuilibet* dicuntur Legatarii vocati, tamquam ad res diverſas cum *Bellon. in locis allegat.* quia *Bellon. in cap. 5. qu. 5. n 16. verſ. octavus caſus eſt.* Non obſtat, nec loquitur de hac diſtributiva cuilibet, ſed ſupponit res eſſe diverſas, prout in ſpecie illud, quod hic dicit *Bellon.* diſcutiendum erit per nos infra in quarto principali obiecto, ſeu quarta Inſtantia, *verſ. Bellonus vero in cap. 5. qu. 5. n. 16.* loquitur &c. ad quæ &c. ne idem bis repetatur.

Neque etiam quicquam loquitur de huiuſmodi dictione *cuilibet*,
63 *Bellon.* in aliis locis allegatis, nam ſolum in *qu 17. n. 2.* loquitur quando res ſunt diverſæ ſecundum terminos *Leg. huiuſmodi 86. §. quibus ff. de legat. pr.* nos diximus ſupra in reſponſionibus ad primum principale obiectum, *verſ. bis accedat quod Bellon. &c.* in his eiſdem terminis, ſcilicet quando res ſunt omnino diverſæ loquitur
64 in *qu.* 38. *n.* 3. & 4. ubi erat legatum quantitatis, in quo res dicuntur ſemper diverſæ, ut in longum diximus nos etiam in reſponſionibus ad primum principale obiectum, verſus finem *verſ. front etiam apertis verbis &c. ſuper conſil. Celſ. Hug.* 69.

Bellonus vero d cap. 5. d. qu. 38. *n.* 35. *verſ. ſecundo vero cc.*
65 *n.* 50. 55. 56. & infra, nec etiam loquitur, neque ullam vim facit in dictione diſtributiva, ſed apertis verbis impugnat doctrinam *Bart. in d. Leg. re coniuncti n.* 23. *ff. de legat.* 3. atque ideo loquitur in via diſputativa contra magis communem opinionem in foro numquam reiectam, & ideo non eſt contra eundem inſtituendum in hoc loco, in quo non impugnatur *Bartol.* ſed prætenditur dari Inſtantiam inter caſum *Bartoli*, atque noſtram factiſpeciem.

66 His accedat, quod *Text. in Leg pr. in princ. ff. de uſufruct. accreſcend.* ſecundum verum intellectum *Bart.* & aliorum de magis communi in Foro verſantium loquitur in terminis, in quibus res ſunt penitus diverſæ, ſeu quando eſt totalis diſiunctio in re, quem *Text.* ad hunc finem refert *Bartol. in d. Leg. re coniuncti n.* 23. *ff. de legat.* 3. quod reaſſumit *Bolognett. ibidem num.* 238. *verſ. non obſtant contraria*, *Surd. conſ.* 31. *n.* 38. *atque Celſ. Hug. conſ.* 69 *n.* 3. *verſ. cui quidem contrario &c.*

Goffred. vero in Leg. coniunctim 80. *n.* 21. *in fin. ff. de legat.* 3. non ſolum non obſtat, ſed expreſſis verbis confirmat noſtram Sententiam, quia ibidem per modum obiecti contra opinionem illorum, qui dicunt in *Leg. mævio* 42. *ff. de legat.* 2. Mævium, &

Scium

Seium eſſe verbis coniunctos (quam opinionem ſecuti ſunt *Bart.* & DD. de magis communi, prout nos ſupra diximus, & per nos pariter erit infra dicendum) inquit *Goffredus*, prout infra „ Nec obſtat, quod cuilibet partem legavit, propter quod videtur, quod nullo modo ſint coniuncti, per *Leg. & Proculo ſupra tit. pr. & ſupra de uſufruct. accreſc. Leg. pr.* §. *pr.* & deinde *Goffredus* reſpondendo ad obiectum ſubdit. Nam ibi (videlicet *in d. Leg. mævio*) fuit ſemel poſitum verbum, lego; Et una cum hoc, quod verbum lego, ibi ſemel poſitum eſt, ibi duæ partes legatæ faciunt unum totum, & perinde eſt, ac ſi legaſſet per hæc verba, lego iſtum fundum pro æquis portionibus, & dimidiis Mævio, & Seio: ſecus in diverſis rebus, quæ non faciunt unum totum, eſto quod in una oratione ponantur per verbum, lego, ſemel poſitum, quia tunc non ſunt verbis coniuncti; Unde in *Leg. Mævio*, illa duo, ſcilicet, quod ubi eſt ſemel verbum lego, poſitum, & quod illæ duæ partes faciunt unum totum operantur, quod ſit unum legatum, vel ſaltem, quod æquipolleat uni, ſcilicet Mævio, & Seio fundum æquis partibus lego. Et hoc idem melius repetit ibid. *Goffred n.* 37. 38. & 39. ex quibus ad litteram confirmatur opinio *Bart.* quam nos uti veriorem in Foro practicatam ſecuti ſumus, & quamvis in obiecto idem *Goffred.* mentionem faciat dictionis *cuilibet*, tamen nullam vim ponit in ea dictione, ſed quia in *d. Leg. & Proculo*, & *in d. Leg. pr. ff de uſufr. accreſc.* res dicuntur penitus diverſæ, ſeu eſt totalis diſiunctio in re; ut nos diximus proxime ſupra *verſ. his accedat, quod Textus &c.*

Prædictaque omnia hactenus per nos deducta concernentia dictionem *cuilibet*, confirmantur auctoritatibus DD. in puncto tenentium, per huiuſmodi dictionem diſtributivam non impediri ius accreſcendi, ſed potius magis innoteſcere mentem Teſtatoris pro iure accreſcendi ad favorem legatariorum. 67

In Lecturis, ultra *Bartol. in d. Leg. re coniuncti n.* 13. *ff. de legat.* 3. *Iaſon. Alciat. Io. Gaud. & Polit.* quos refert, & ſequitur *Bellon. de iur. accreſcend. d. cap.* 5. *qu.* 16. *n* 16. addimus magiſtraliter loquentem, & in longum *Goffred. in Leg. coniunctim* 80. *ff. de legat.* 3. *n.* 37. *verſ. ſecundum alios*, & *n.* 38. & 39. & prius *n.* 21. *verſ. nec obſtat &c. Rip. in d. Leg. re coniuncti ff. de legat.* 3. *n.* 48.

Inter Conſulentes *Bartol. conſ.* 53. *Piecard.* ubi Teſtator ſubſtituerat quemlibet ipſorum in æquali portione, quod *Bartoli Conſilium* ſequitur *Curt. iun. conſ.* 259. *n.* 11. 12. & 13. *Soccin. iun. conſ.* 139. *n.* 20. *lib.* 2. „ ibi „ tamen non dicuntur omnino, & „ penitus re diſiuncti per Teſtatorem, ex quo reliquit cuilibet

„ medietatem, ſimpliciter, & pro indiviſo, quæ ad oculum de-
„ monſtrari non poſſit „ *Caſtrenſ. conſ. 321. col. 2. verſ. de dimidia lib. 2.* hoc relato *Tuſch litt. C. conel. 737. num. 4 Fuſar. conſ. 84. in princ. n. 3. & 4. Bertrand. conſ. 329. n. 6. vol. 3 par. 1.* „ ibi „ fuerunt ipſi, & eorum quilibet ſubſtituti „ *Bardellon. conſ. 16. n. 4 & 5. lib. 1. Petroch conſ. 39. num. 45. 46. & 47.* hoc relato *Rauden. reſp. 11. n. 1. & 2.*

In Tractatibus, ultra *Bellon. de iur. accreſcen. cap. 5. qu. 16. n. 16.* addimus, *Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 3. num. 8. in fin. Peregrin. de fideic. art. 9. n. 8.* „ ibi „ quilibet eorum pro æqua-
„ li portione „ *Fuſar. de ſubſtit. qu. 495. n. 14.* „ ibi „ quemli-
„ bet pro dimidia „ *Cancer. var. reſolut. lib. 3 cap. 22. n. 18.* inquit enim dando definitionem verbalis coniunctionis ſufficientis ad
68 ius accreſcendi „ verbalis coniunctio eſt, cum duo, vel plures
„ ad eamdem rem, ſive hæreditatem vocantur, eadem oratione,
„ portionibus, cuilibet deſignatis, quæ tamen ad oculum demon-
„ ſtrari nequeant. „

Non obſtat quartum principale obiectum, ſeu quarta inſtantia adducta ultimo loco, qua ſtante fuit dictum, doctrinam *Bartoli* ad caſum noſtrum non eſſe applicabilem, quaſi in dicto *Bartoli* exemplo ideo non ſit in re omnino diſiunctio, quia Teſtator le-
69 gavit a principio eamdem rem duobus, ut puta fundum, & ſucceſſive illam rem poſtea diviſit, in æquas portiones pro indiviſo „ ibi „ *æquis portionibus pro indiviſo* „ Secus autem accidit in noſtro caſu, in quo non legitur legata a principio duobus eadem res, ut puta, fundus, ſed potius res diverſa, quia incepit a partibus „ ibi „ *& cuilibet ipſorum dimidiam Prædii* „ quidquid eſſet ſi Teſtatrix legaſſet a principio Prædium *della Gattaia*, & poſtea dixiſſet, & cuilibet ipſorum dimidiam, ad quod obiectum comprobandum adducitur primo *Text. in Leg. mævio 42. in princ. ff. de legat. 2.* iuxta ponderationem *Bellon d. cap. 5. qu. 16. n. 40.* & prius *eodem cap. 5. qu. 5. n. 16. verſ. octavus caſus eſt &c.* cuius verba ſunt infraſcripta &c. „ Fundi Tuſculani partem di-
„ midiam lego primo; fundi Tuſculani partem dimidiam lego ſe-
„ cundo; & tunc certi iuris eſt non cenſeri legatarios re co-
„ niunctos, quia non vocantur ad eamdem rem, ideſt ad eamdem
„ fundi partem, ſed ad diverſas „ ut ſcribit *Caſtrenſ. in Leg. mævio 42. n. 1. ff. de legat. 2. & eſt de mente omnium quos retulimus in hoc capitulo q. pr. n. 6 & referemus etiam in q. 16. n. 20.*

Secundo adducitur doctrina *Gomez de iur. accreſcen. tom. 1. cap. 10 n. 25.* in illis verbis „ Omnimodo vero diſiuncti ſunt
„ illi, quibus hæreditas relinquitur in diverſis clauſulis, & ora-
„ tionibus, & pro diverſis, & ſeparatis portionibus, ut ſi dicat

„ inſti-

„ inſtituo Titium hæredem in dimidia parte meæ hæreditatis, & „ Sæium in alia dimidia, ita probat „ *Text. in Leg. & proculo ff. de legat.* 2. „ ibi ;, dum dicit, non enim coniunctim, ſed „ partes videri legatas „ & quæ ſequuntur &c.

Tertio. Prædicta confirmata fuerunt eum *Craſſ. de iur. accreſcend. qu.* 8. *n.* 4. in illis verbis „ quoniam ad perficiendam „ coniunctionem verbalem eſt neceſſarium, quod eadem res relin- „ quatur unica, actualiter, & ſeparata poſtea per intellectum „ ita tradit *Bart. in d. Leg. re coniuncti, & eſt communis opinio &c.*

Replicatur ad primum, quod *Text. in L. mævio* 42. *in princ. ff. de legat.* 2. non ſolum non probat id, ad quod adducitur, verum totum oppoſitum, inquit enim *Text.* „ Mævio fundi par- „ tem dimidiam; Seio partem dimidiam, eumdem fundum Titio „ lego „ In quibus terminis non obſtante quod Teſtator inceperit a partibus, nihilominus Mævium, & Seium frequenter interpretes dixerunt eſſe verbis coniunctos, cum *Bart.* ibidem *n.* 1. *& pluriſ. concordant.* quos refert *Bellon. d cap.* 5. *qu.* 16. *n.* 26. & hæc ante *Bartol.* fuit opinio originalis *Oldrad.* prout in puncto tractando de interpertatione huius *Leg. mævio*, inquit *Bertrand d. conſ.* 329. *n.* 6. *& per tot. vol* 3. *par.* 1. ubi addit, quod nullam ipſe invenit differentiam inter infraſcripta duo dicta, *lego fundum æquis portionibus Titio; & Mævio;* ſeu dicere *fundi partem dimidiam lego Titio, & dimidiam Seio;* idem *Bertrand. conſ.* 55. *n.* 1. *& conſ.* 318. *n.* 5. *lib.* 4. hoc idem refert *Goffred. in Leg. coniunctim* 80. *n.* 22. *ff. de legat.* 2.

Dum vero ibidem *Bellon. d, quæſt* 16. *n.* 40. inducit eumdem *Text. Leg. Mævio*, probando Mævium, & Seium &c. inter ſe coniunctos eſſe, non verbis, ſed re', hoc dicit ipſe contra præfatam opinionem *Bartol.* quam expreſſis verbis ipſe impugnat.

Bellon. vero *in cap.* 5. *quæſt.* 5. *num.* 16. loquitur in terminis divetſis ab illis, in quibus adducitur, etenim ibi *Bellon.* ſecun- 70
dum thema propoſitum in illa quæſtione dat exemplum, quando plures vocantur ad res diverſas, eitando *Text. dict. Leg. Mævio* 42. *ff. de legat.* 2. quod neque nos negamus, quia etiam in exemplo *Bartoli*, in quo Teſtator legavit fundum æquis portionibus pro indiviſo dicuntur legatarii vocati ad res divetſas; & ideo bene inquit ibi *Bellon. cum Caſtrenſi* qui *Bartolum* ſequitur, hoc eſſe de mente omnium, quos prius retulerat in *quæſt. pr. num.* 6. & infra *in quæſt.* 16. *num.* 20. in quibus locis ſolum recenſentur duo illa principia, quæ veriſſima ſunt; quorum unum eſt, quod diſtributio partium tollit realem; alterum, quod diverſitas verborum tollit verbalem coniunctionem, & ſic omnimodam diſiunctionem, neque ultetius proceedit *Bellon. in d. locis.*

Ad secundum fundamentum, videlicet ad *Gomez* in eo ad-
71 ductum, satis sit replicare, quod ipse in loco in obiecto citato connumeratur a *Bellon. in d. cap. 5. quæst. 16. num. 29. vers. eiusdem opinionis fuerunt &c.* inter illos Doctores, qui defendunt opinionem contra *Bartol.* Et ideo non debent adduci auctoritates, quæ destruunt *Bartoli* Doctrinam, dum eadem minime controvertitur in obiecto, sed solum prætenditur dari instantiam inter *Bartol.* doctrinam, & casum nostrum.

Ad tertium fundamentum replicatur, quod ex illis verbis in obiecto ponderatis, *Craff.* nihil aliud inferri voluit, nisi referre
72 exemplum *Bartol.* in quo legitur legatus fundus, & postea separatus per intellectum; & hoc deducitur ex eisdemmet Doctoribus, quos refert, videlicet *ex Iason. Bolognett. Vasq. & Corras.* qui omnes nihil aliud dicendo, solum sequuntur doctrinam *Bartol. in d. Leg. re coniuncti* tamquam communem, & magis veram, non autem *Craffus* procedit ulterius dicendo, quod si Testator dicat Titio, & Seio lego æquas partes fundi, cesset ius accrescendi, & quatenus diceret, esset eius dictum de directo contra *Bartolum.*

Quæ omnia in nostris responsionibus contra hoc quartum principale obiectum hactenus deducta confirmantur per *Text. in*
73 *Leg. si duobus 16. § si dictio ff. de legat pr.* ubi Testator prius ponit partes, & nihilominus locus est iuri accrescendi, ponderando præsertim illa verba „ Sed etsi Testator Titio, & Posthumo viri-„ les partes dari voluerit, vel etiam id expresserit, totum lega-„ tum Titio debetur non nato Posthumo „ in quibus terminis *Peregrin. art. 9. num. 8. vers. sic etiam si Testator plures pro virilibus*; & certo certius hæc eadem comprobantur, ratione ipsa, quia vis doctrinæ *Bartoli* non consistit in apponendo fundum ante, vel post æquas portiones, sed in ratione, quam adducit, ut puta, quia partes tunc non possunt ad oculum ostendi tamquam incertæ; & quæso ad dilucidandum, quod dicere „ *Seio, & Caio fundum æquis partibus do, lego* „ & sic ponere primo fundum, vel dicere „ *Titio, & Seio viriles partes do, lego, vel partes æquas, aut æque, aut æqualit. relinquo* „ in idem coincidat, ex eo, quia Ius accrescendi solum consistit in certitudine, seu incertitudine partium ultra *Bertrand. d. cons. 329. n 6. vol 3. par. pr.* recurratur ad *Bellon. d. cap. 5. quæst. 19. n 6. 7. & 8. ad Peregrin. de fideicom. art. 17. n. 15.* atque *ad Fusar. de subst. qu. 495. n. 14.*

Et ita utraque &c.

Ferdinandus Guccius Audit.
Iul. Cæsar Leanius Audit.
Carolus Bianchellus Audit. & Relator.

Con-

Concluſio in hac deciſione firmata; quod diviſio, ſeu diſtributio per quotas, ſeu partes ad oculum non demonſtrabiles non tollat ius accreſcendi, intelligenda eſt in terminis legati rei particularis, in quibus loquitur *deciſ.* Non tamen extendenda venit ut procedat etiam in terminis fideicommiſſi univerſalis, quod cum non habeat veram unitatem, ſed intellectualem, per intellectualem etiam ſeparationem dividitur *De Comit. dec. Senen.* 35 *n.* 33.

DECISIO VIII.

EADEM FLORENTINA LEGATI.

18. *Ian.* 1647. *ex L. M.* 118. *a* 474. *cor. Aud.* CAROLO BLANCHELLIO.

ARGUMENTUM.

CONiecturæ adductæ ad excluſionem Iuris accreſcendi contra firmata in præcedenti Deciſione reprobantur.

SUMMARIUM.

1 *Ius accreſcendi prohiberi poteſt in legatis non ſolum expreſſe, ſed etiam tacite.*

2 *Coniecturæ tamen in tacita prohibitione debent eſſe omnino concludentes. Exemplifica ut* n. 6. *&* 7.

3 *Amplia non ſufficere quod diſtribuantur partes, ſeu dimidiæ pro indiviſo.*

4 *Ius accreſcendi introductum fuit a iure ex mente Teſtatoris collecta, & non tollitur niſi per coniecturas æquipollentes, & n. ſeq.*

5 *Præſumptio in iure fundata dicitur probatio voluntatis liquidiſſima, & præfertur plurimis hominis coniecturis.*

6 *Ius accreſcendi tollitur ex clauſulis taxativis adiectis unicuique Legatario in ſua portione.*

7 *Amplia ut ſufficiat taxativa virtualis, & unde reſultet. Vel ea quæ reſultat ex natura legati*, ibid.

8 *Verbum* ſopravivendo *ſive accipiatur pro gerundio, ſive pro participio, quia reſpicit futurum tempus, ſemper importat conditionem.*

9 *Dies incertus in teſtamento facit conditionem.*

10 *Legatum factum ſuperviventibus, intelligitur de illis, qui ſupervixerint poſt mortem hæredis, aliis excluſis. Participium importat conditionem* ibid. *Declara ut* num. 12. *& ſeqq. ubi contrariæ auctoritates explicantur.*

11 *Dictio* respective *est distributiva, & distinguit personas, res, & partes.*

14 *Text. in Leg. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian. exponitur, & varii DD. intellectus afferuntur.*

15 *Relativum* qui *adiectum verbo futuri temporis importat conditionem.*

16 *Et idem procedit in participio per relativum resoluto.*

17 *Inclusio unius est exclusio alterius.*

18 *Dictio* respective *refertur ad personas magis proximas.*

19 *Cessante iure accrescendi portio Legatarii decedentis pendente conditione efficitur caduca.*

20 *Secus si locum habeat ius accrescendi.*

21 *Amplia etiamsi Testator dixerit caduca acquiri hæredi, cum hoc præceptum intelligatur, nisi adsit coniunctus.*

22 *Et auctoritates in contrarium declarantur. & n. 25.*

23 *Ius accrescendi in quatuor casibus locum habet inter Legatarios, quorum uni aliquid relictum est pure, alteri sub conditione. & n. 33.*

24 *Et an absit differentia inter ius accrescendi, & ius non decrescendi,* & num. 32. & 34.

26 *Conditio in legato appositа non impedit verbalem coniunctionem, ex qua insurgit ius accrescendi.*

27 *Legatum conditionale post quæsitum emolumentum transmittitur ad hæredes, alias secus.*

28 *Ius accrescendi numquam locum haberet in legatis conditionalibus, si ei locus non esset ante acquisitionem.*

29 *Conditio in ultimis voluntatibus sive sit appositа substantiæ, sive executioni semper facit actum conditionalem.*

30 *Secus autem in contractibus.*

31 *Portio legati deficiens propter mortem Legatarii decedentis pendente conditione accrescit coniuncto si extet, alias ad testantis hæredes.*

35 *Pars non relicta, neque legata impossibile est, quod alteri accrescat.*

36 *Ideo legata alicui fundi parte, alia non accrescit legatario, sed remanet penes hæredem.*

37 *Secus si alteri sit legata licet inutiliter ex quo facta sit caduca,* & num. 38. & 47.

39 *Dispositio licet inutilis respectu Legatarii tamen declarat voluntatem Testatoris favore alterius, pro quo operatur ac si esset utilis,* & num. 42. & 46.

40 *Legatum duobus relictum sub conditione matrimonii contrahendi, uno ex eis præmoriente caducatur respectu utriusque ob defectum conditionis.* & num 43.

41 *Conditio contraria legato illud perimit.*

44 *Ius accrescendi causatur etiam ab extremo inhabili.*

45 *Ius accrescendi oritur ex mente Disponentis collecta ex coniunctione verbali.*

48 *Le-*

48 *Legatum factum ſub certa conditione ſub contraria cenſetur ademptum, ſed ius accreſcendi non excluditur; & de ratione. Argumentum a contrario ſenſu procedit ad limites verborum.* ibid.

49 *Argumentum a contrario ſenſu non admittitur ubi diſpoſitioni Teſtatricis repugnaret.*

50 *Verba quando cenſeantur ſtare demonſtrative ad tempus, & conditionem, non autem taxative ad excluſionem Iuris accreſcendi.*

51 *Purificata conditione poſt mortem Legatarii inſurgit onus reſtituendi coniuncto.*

52 *Et pars defecta trahitur ab alia non defecta, & conſideratur tamquam redacta in unum corpus.*

53 *Et Legatarius qui ſupervixit præoccupat partem alterius quaſi ſuam.*

SEcundo puncto propoſito: An ceſſet ius accreſcendi ex coniecturis deductis, ex eodem Teſtamento; fuit pariter unanimi voto reſolutum, non ceſſare; quamvis enim Teſtator poſſit in legatis ius accreſcendi prohibere, & hoc quidem non ſolum expreſſe, ſed etiam tacite, *Surd. dec. 152. n. 1. Peregrin. de fideic. art. 9. n. 4. Bellon. de iur. accreſc. cap. 6. qu. 20. n 10.* ubi ſe refert ad ea, quæ dicturus eſſet in *cap. 6. qu 16. & 19.* (quæ tamen ſcripta propter mortem Auctoris deperdita non habemus) & hoc eſt apud omnes in confeſſo, prout inquit *Cancer var. reſol. par. 3. cap. 22 n. 150.* 1

Attamen in præſenti factiſpecie non concurrunt coniecturæ ſufficientes; tales enim deſiderantur, quæ ſint omnino concludentes, *Gratian. diſcept. for. cap. 533. n. 6.* ubi concordantes, bene *Menoch. conſ. 1069. a num. 19.* infra ubi ponderat non ſufficere, quod partes, ſeu dimidiæ diſtribuantur pro indiviſo, *Fuſar. qu. 495. n. 5. in fin. & n. 6. in fin.* faciunt relata per *Amat. deciſ. Ferrar. 14. n 15. verſ. ſecundo obiectionem*, ubi ponderat differentiam inter vocationem factam æquis portionibus, & quando Teſtator diſpoſuit per verba taxativa, & limitativa. 2 3

Quæ confirmantur, quia ius accreſcendi introductum a iure ex mente Teſtatoris collecta, *Bellon. de iur. accreſc. cap. 2. qu. 2. n. 6 & ſeqq & 47. & ſeqq.* non poteſt tolli, niſi per coniecturas æquipollentes, quia præſumptio in iure fundata dicitur probatio voluntatis liquidiſſima, *Soccin. iun. conſ. 67. num. 6. lib. 1. Surd. dec. 170. n. 8.* & præfertur plurimis hominis coniecturis, *Mantic. de coniect. tit. 17. n. 16. Simon. de Præt. de interpret. ult. volunt. fol. 53. n. 14.* Doctores exemplificant huiuſmodi coniecturas, quando adeſſet aliqua taxativa, utpote ſi quis eſſet legatarius in certis bonis tantum, vel non ultra, vel nihil aliud, vel ita quod ſint taciri, ac aliud petere non poſſint, quæ clauſula requi- 4 5

quititur tamen, quod sit posita unicuique legatario restrictive
6 in sua dimidia, *Surd. dec. 152. in prine. & n. 5.* bene inter ceteros *Peregrin. de fideic. art. 9. n. 4. Purpurat. consi. 558. num. 31. Gallia cons. 103. n. 26. 42. & seqq. Barbat. cons. 71. n. 9 versic. primo quia lib. 3. Mart. vot. 69. n. 19. & 20. Rip. obser. 362. n. 2. vers. sed certe Fusar. qu. 495. n. 7. Decian. cons. 40. num. 25. lib. 1. Cyriac. contr. 44. n. 20. Gaggia apud Dulph. controv. 16. n. 37.* vel si Testator dixerit, post mortem hæredis mei substituo A. & B. ita tamen, quod A. habeat uncias novem, B. uncias tres, vel A. lego tres tantum, B. novem; Dicerentur enim por-
7 tiones taxatæ in quibus cessat ius accrescendi, vel aliter *Leg. in agris ff. de acquir. rer. dom. Peregrin de fideic. art. 9. n. 4 Fusar. qu 495. num. 5. & 6.* ubi inter cæteros citat *Menoch. cons. 1069. n. 18. usque ad n. 24.* qui exemplificat, quando posita est taxativa illa; alias secus;

Doctores dant pariter exemplum, quando relictum est pro sui natura limitatum, veluti si duobus alimenta, seu vestimenta
5 relicta sint, seu quando esset legatum, ad certum tempus taxatum, quia augumentum temporis non susciperet, quæ exempla, & his similia refert *Peregrin. de fideic. art. 9. n. 4. & seqq. Surd. de aliment. tit. 9. qu. 5. n. 6. & infra.* Quæ exempla, seu aliquod eorum, seu eisdem similia, minime concurrunt in præsenti legato. Etenim dato etiam quod huiusmodi legatum sit conditiona-
8 le, prout revera est, quia respicit futurum tempus ibi, *supravivendo*, & ideo sive accipiatur pro gerundio æquipollet, æque, ac si fuerit dictum *si supervixerint, Gloss. in Leg. si tu ex parte 75. in verb adeundo ff. de acquir. hæred. & ibi Part. n. pr. Galganet. de cond. & demonstr. par. 1. cap. 89. n. 18.* ubi concordantes. Sive sit participium, ex quo respicit futurum tempus, semper erit verum dicere, quod importat conditionem *arg. Leg. Stichum, qui meus erit ff. de legat. pr. & ibi Doctores, Bartol. in Leg. pr. n. 35. ff. de condit. & demonstr.*

Tum quia respicit tempus incertum vitæ, ac mortis respe-
9 ctive; Dies enim incertus conditionem in Testamento facit, inquit *Text. in Leg. dies 74. ff. de cond. & demonstr. Galganett. dict. par. pr. cap 89. num. 28.* concordantes plures refert, & sequitur *Bellon. de iur. accresc. cap. 7. qu. 18. n. 37. 38. & 39.*

Et quamvis ex adverso subtiliter fuerit ponderatum huiusmodi dispositionem non esse conditionalem, quasi illud verbum *supravivendo*, æquipolleat participio *supervivent ibus*, quod resolvitur per relativum, & verbum, videlicet *qui supervixerit*, & per consequens legatum restringendum veniat ad personas tan-
10 tum illorum, qui post mortem hæredis supervixerint, ad relat.

per

per *Surd. conſ.* 127. *n.* 46. *cum ſeqq.* atque ex tradit. per *Rip. in Leg. hæredes mei* §. *cum ita n.* 59. *ff. ad Trebell.* cum ſimil. quæ refert, & ſequitur *Menoch. conſ.* 200. *n.* 42. & optime confert *Pariſ. conſ.* 63. *n.* 5. *lib* 3. dum inquit, quod vocatis ſuperviventibus eorum incluſio alios excludit per regula *L. cum prætor in princip. ff. de iudic.*

Ponderatur quoque illa dictio *reſpective*, quæ tamquam diſtributiva diſtinguit perſonas, res, & partes, atque illas ſeparat 11
ſingula ſingulis congrue referendo, *Gratian. diſcept. for. cap.* 705 *n.* 9.

Reſpondetur omnia prædicta non eſſe applicabilia ad verba legati, de quo agitur, tum quia relati per *Surd. conſ.* 127. *num.* 12
46. non loquuntur, quando participium reſpicit perſonas legatariorum, & ſubſtantiam legati, ſed res legatas, ſeu aliquid in executionem legati, ſeu ſimilia in actu inter vivos penitus diverſa a noſtris terminis, prout evidenter deducitur ex Doctoribus, quos refert *Surd.*

Nam *Gloſſ. in clement.* 1. *in verb. ſi dignitatibus de præbendis*, 13
quæ gloſſa eſt originaria huius concluſionis exadverſo ponderatæ, concludit prout infra videlicet, quod ſi in proviſione beneficii mandetur, ne animarum cura, ſi dignitati imminear, negligatur, non per hoc ponitur hæc clauſula ad digniratem augendam ad curam animarum, ſed ad indemnitatem dignitatis curatæ in executione ſervandam, & ideo non ſonat conditionem proviſionis, ſed potius in monirionem, idemque eſt ſi non ponitur illa particula *ſi*, puta, quia dicit proviſio, quod animarum cura dignitatibus imminens nullatenus negligatur, atque intelligatur imminens, ideſt ſi qua imminet. Et cuius *Gloſſæ* tenore nimis patens eſt, quod illud participium *imminens*, non reſpicit ſubſtantiam proviſionis; & ideo non facit eamdem proviſionem conditionalem.

In hoc eodem themare loquitur etiam *Bart. in Leg. Centurio la* 15. *n.* 25. *verſ. idem puto ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* inquit enim, ut puta, ſi Teſtator diceret, bona mea vendantur, & pretium diſtribuatur inter pauperes eligendos per meos fideicommiſſarios, in quo caſu, illud participium *eligendos* resolvitur, ideſt, *qui eligentur*.

Nec non *Cephal. conſ.* 15. *n* 2. *& conſ.* 436. *num.* 35. *Menoch conſ. pr. n.* 194. prout cœteri Doctores a *Surd.* relati loquuntur in eiſdem terminis, in quibus participium non reſpicit ſubſtantiam legati, ſed aliquid in execurione eiuſdem, ſecundum quod illudmet participium regitur, ſicut & cœteri caſus, & propterea iuxta terminos ſuæ concluſionis, citando prædictas auctoritates, bene dixit *Surd. in d. conſ.* 127. *n.* 46. Quod ſi vaſſallo

lo concedatur Castrum cum pratis, vineis, possessionibus, furnis, nemoribus, & paseuis Castro dicti loci spectantibus, & pertinentibus, inquit *Surd.* quod illa participia *spectantibus*, & *pertinentibus* resolvuntur in relativum, & verbum perinde est, ac si dictum esset, *quæ spectant*, & *pertinent*.

Ulterius non est mirum, si illa verba per *Surd.* relata „ ibi „ „ *spectantibus*, & *pertinentibus* „ resolvantur perinde, ac si dictum esset, *quæ spectant*, & *pertinent*, quia sunt participia præsentis temporis, quæ reguntur sicut alii casus, secundum *Bartol.* distinctionem *in Leg.* 1. *n.* 35. *ff. de condit.* & *demonstrat.*

14 Neque pariter aliquid relevat *Text. in L. hæredes mei* 57. §. *cum ita ff. ad Trebell.* secundum sensum *Rip. ibid. n.* 59. quem refert *Menoch. cons.* 100 *n.* 92. in obiecto ponderato. Etenim sublatum credimus huiusmodi fundamentum ex lectura dictæ *Leg. hæred. mei*. Verba *Text.* sunt infrascripta „ Cum ita fuerit scriptum, fidei filiorum meorum committo, ut si quis eorum sine „ liberis prior diem suum obierit partem suam superstiti fratri „ restituat, quod si uterque sine liberis diem suum obierit omnem hæreditatem ad neptem meam Claudiam pervenire volo; „ Defuncto altero superstite filio novissimo autem sine liberis „ concludunt ibi *Papinianus* ad portionem huius novissimæ fratris, qui mortuus est sine liberis esse admittendam Claudiam neptem non autem filium alterius filii præmortui.

Interpetretes varii varios dederunt intellectus huiusmodi *Text.* satis noto apud nos, *Alberic. de rosat. Cuman. Socein.* & eorum sequaces dixerunt id procedere in eodem *Text.* ob conditionem illam non impletam *si sine liberis*, ut puta, quia alter decessit cum liberis & propterea non potuit transmittere conditionale fideicommissum in filium.

Contra huiusmodi intellectus inter cæteros scripsit *Rip.* ibidem *n* 59. *vers. tu adverte*, negando, quod defecerit conditio atque dat infrascriptam rationem, nempe, quia ille frater, qui fuit novissimus in moriendo, fuit tamen prior, qui mortuus est sine liberis, & propterea verificata est conditio illa. *Si quis eorum sine liberis prior diem suum obierit* Et nihilominus ibi non fit transmissio quia alter frater de tempore verificatæ conditionis non erat superstes, & sic ex quo prædeceſſerat, non potuit in filium transmittere spem conditionalis fideicommissi, hoc dicit in substantia *Rip.* & ante eum *Gloss. fin. in d.* §. *cum ita in verb. suscepissent* in illis verbis „ Hic e contra in persona secundi conditio extitit, quia de„ cessit sine liberis „ quem intellectum refert, & sequitur *Socein. iun. cons.* 14. *n.* 3. & 4. ubi *in vers. reperi* addit quamdam virtualem responsionem *Rip.æ*, qui *in d.* §. *tum ita col.* 16. *n.* 59. *vers.*

sed

ſed iterum conſidera, dicit hæc formalia verba „ Quia quamvis reſ-
„ pectu liberorum ultimus dicatur prior deceſſiſſe, hoc tamen ve-
„ rum etiam eſt, quod præmortuus cum liberis, non eſt ſuperſtes,
„ & hoc reſpectu conditio videtur omnino defecta „

Et ideo prædicta omnia retulit *Menoch. conſ.* 200 *num.* 92. tamquam facientia ad ſuum caſum, in quo agebatur ſolum de non tranſmittendo fideicommiſſum conditionale.

Nos autem non ſumus in huiuſmodi terminis tranſmiſſionis, ſed ſolum in puris terminis probandi noſtrum Legatum eſſe conditionale; & ita non nocet obiectum, ſed fundat magis noſtram intentionem, quia & *Text. in dict.* §. *cum ita*, atque omnes intellectus DD. ſupponunt in eo *Tex.* diſpoſitionem eſſe conditionalem.

His addimus, quod etiam in eo caſu, in quo verba *ſuperſtitem*, ſeu *ſuperviventem* exponuntur per verbum, & relativum, ideſt *qui ſupererit*, vel *qui ſupervivet*; hæc verba abſque dubio conditionem important, *Leg. Stichum*, *qui meus erit*, *ff. de legat. pr.* & ibi plene tradunt Doctores: Hæc ſunt propria verba *Soccin. Iun conſ.* 30 *n.* 6 *verſ. tertio quia &c. lib.* 4. quem *Soccin.* refert *Menoch. dict conſ.* 200. *n.* 92. *in fin.* in obiecto allegat. 15

Imo ibidem *Menoch. d. conſ.* 200. *n.* 93. addit, quod verbum, *ſuperviventi* reſolvitur in conditionem *ſi ſupervixiſſet* cum *Bald. Alex. & Curt. iun.* qui *Curt. iun. conſ.* 57. *ante n.* 7 dicit hæc formalia verba „ Nam illa verba *qui ſuperſtes fuerit*, vel *ſuperſtites* 16
„ *fuerint*, important conditionem, *Leg. Stichum*, *qui meus erit*, cum
„ ibi *not. ff. de legat.* 1. perinde ergo eſt, *ſi ſuperſtes fuerit* „

Neque pariter relevat regula in obiecto ponderata, quod in- 17
cluſio unius eſt excluſio alterius, deſumpta ex *vulg. Leg cum Prætor* 12. *in princ. ff. de Iudic* quam ad terminos ſuæ propoſitæ quæſtionis bene refert *Pariſ. conſ* 63. *num.* 5. *lib.* 3. in qua Teſtator filios inſtituerat, & quando aliqui, vel aliquis ex filiis ſuis decederet ſine liberis maſculis, & legitimis, & naturalibus, iſto caſu illo ſic decedente voluit ſuperviventes, ſeu ſuperviventem ex filiis eſſe ſubſtitutos; ergo in iſto caſu non ſunt vocati filii præmortuorum filiorum, cum in fideicommiſſo non vocentur ipſi tamquam ſuperviventes, & ſuperſtites, ſed tantum eorum parentes; & ideo, cum in ſubſtitutione fuerint incluſi illi filii ſuperviventes videntur alii excluſi; hoc inquit *Pariſ.* conſulendo contra filios in conditione poſitos, quod in illo caſu minime dicantur vocati, neque in diſpoſitione contenti. Quæ longe differunt a terminis noſtri Legati, in quibus ambo Legatarii expreſſis verbis ſunt diſpoſitive vocati, & ambo incluſi in verbis Teſtamenti eodem modo, & nulla penitus, nec etiam minima differentia.

Ea

Et vero, quæ dicta fuerunt circa dictionem *respective* cessant
18 ex lectura Legati, in quo hoc verbum respicit personam hæredis „ ibi „ *respective infrascripto hæredi*. Tum quia debet referri ad personam magis proximam, non autem ad personas Legatariorum nimis in oratione distantes, quos si respicere voluisset, apposuisset hanc dictionem immediate post verbum, ut puta, dicendo, *reliquit, & legavit respective Domino Niccolao, & Domino Octavio*. Tum quia illud participium *supravivendo* ita indifferenter prolatum poterat etiam verificari, respectu ipsiusmet Testatoris, ut puta si Legatarii supervixerint post mortem ipsius Testatoris, & propterea ex quo Testator, voluit ut solum admitterentur Legatarii post mortem hæredis, & sub conditionibus expressis, ideo addidit illa verba, *respective infrascripto hæredi*.

Et quando etiam illa dictio *respective*, respiceret personas
19 Legatariorum, quod negamus, nihil aliud ad summum inferri posset, nisi quod altero Legatariorum moriente pendente conditione, portio eiusdem efficeretur caduca, *Leg. unica* §. *cum triplici Cod. de caduc. tollend.* & ibi Doctores, *Bellon. de Iur. accrescend. cap. 7. qu. 22. num. 2.* sed non per hoc cessaret Ius accrescendi, ut infra in suo loco erit dicendum in *vers. etenim respondetur quod hæc omnia*, quod etiam ponderat *Cels. Hug. cons. 69. num. 2.* ubi refert concordantes antiquos.

Firmato igitur ex præmissis non esse in legato conditionali, adhuc semper verum erit dicere, quod quamvis pendente conditione, unus ex Collegatariis defecerit, non propterea eius portio
20 remanebit caduca apud hæredem, sed adveniente conditione, locus erit Iuri accrescendi, *per Text. in Leg. unica* §. *fin autem aliquid sub conditione Cod de caduc. tollend.* in illis verbis „ Nisi & „ hoc, vel substitutus relictum accipiat, vel coniunctus, sive hæres, sive legatarius hoc sibi acquirat „ concordat *Text. in Leg. si separatim 1a 30. ff. de condit. & demonstr.* nec non *Text. in Leg. scriptura 26.* §. *fin. ff. de condit. & demonstr.* idem in terminis ususfructus habetur *in Leg. idem & si 7.* §. *si mihi ff. de usufruct. accrescend.* idem concludit cum *Castr. Corn. Curt. iun. Guid. Pap. Cepoll. Cephal. Did. Spin.* quos refert, & sequitur *Bellon. de Iur accrescend. cap. 7. qu. 34. n. 12.* & alibi pluries sine contradictore, quibus addimus in *dict. Leg. unica Cod. de caduc. tollend. Bartol. in princ. Bald. in princ. Cyn. Albert. n. 3. Salycet. n. 21.* & cæteri de communi *Bart. cons. 63. n. 1. Castr. cons. 406. n 1. cons. 321. n. 1. lib. 2. Soccin. sen. cons. 94. n 19. lib. 4. Alex. cons. 95. n. 3. lib. 2. Peregrin. cons. 77. n 20. lib. 5. Paris. cons. 25. n. 12. lib. 2. Soccin. iun. cons. 139. a n 2. usque ad fin.* & præcipue *n. 28. lib. 2. Guid. Pap. qu. 135. Natt. cons. 323. n. 3. Bellon. iun.*

cons.

conſ. 95. *n.* 7. *verſ. verum is*, *Cancer. var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 195. bene, ac ſubtiliter *Menoch. de præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 159. *in fin. Rot. dict. dec.* 506. *par.* 4. *diverſ.* ubi etiam appoſitæ erant plures conditiones.

Prædictaque adeo vera ſunt, ut etiam ſi Teſtator dixerit caduca acquiri hæredi, hoc præceptum ſic indifferenter prolatum intelligitur, niſi adſit coniunctus; hic enim ſemper debet præcedere, *Soccin. iun. d. conſ.* 139. *num.* 22. *lib. prim. Craſſ. in §. ius accreſcendi quæſt.* 16. *num.* 10. 21

Non obſtant ea, quæ deducta fuerunt noviſſime contra *Bellon.* atque cæteros Doctores, ut ſupra enarratos, inſiſtendo minime probari prædictam concluſionem Iuris accreſcendi in conditionalibus per *Textus* prædictos. Non enim per *Text. in Leg. unica §. ſin autem aliquid ſub conditione Cod. de caduc. tollend.* ex quo hic *Text.* nihil aliud dicat, niſi quod legata, defecta conditione, vel effecta caduca, non tranſmittuntur ad hæredes legatarii, ſed ad quem poſtea vadant, non determinat abſolute, ſed relative ſecundum leges, & formulas a Teſtatore præſcriptas, & illa particula in *Text. vel coniunctus* refertur ad illos caſus, in quibus accreſcit coniuncto, qui multi ſunt extra caſum noſtrum, & quatuor fuerunt enumerati. 22 23

Primus, quando totum fundum Teſtator iam abdicaverat ab hærede, ut puta, quia totum fundum duobus reliquerit, licet uni pure, & alteri ſub conditione.

Secundus quando defecta eſt conditio poſt emolumentum quæſitum, hoc enim volunt inferre illa verba in *dict. Text.* & ſi decedat is, qui ex Teſtamento lucrum ſortitus eſt.

Tertius caſus, quando conditio non reſpicit ſubſtantiam legati.

Quartus caſus, quando non apparet de voluntate Teſtatoris in contrarium, prout prætenditur apparere in legato, de quo agitur.

Ulterius fit inſiſtentia, eamdem propoſitionem neque etiam probari per *Text. in d. Leg. hæc ſcriptura* 26. *§. fin. Leg. ſi ſeparatim la* 30. *Leg. item etſi la* 7. *§. ſi mihi ff. de uſufruct. accreſc.* ex eo quia huiuſmodi *Text.* loquuntur in iure non decreſcendi, ut notat ibi *Gloſſ. in d. Leg. hæc ſcriptura in verb. accreſcit, & in d. Leg. ſi ſeparatim in verb. accreſcat*. Nos autem verſamur in iure accreſcendi, & conſideratur differentia inter unum caſum, & alterum, quia in iure non decreſcendi Teſtator totam rem ab hæreditate pure ſeparaverat; in noſtro autem iure accreſcendi nequaquam, niſi ſub conditione, quæ evanuit. 24

Reſpondetur, quod in terminis, in quibus loquitur *Text. in d. Leg. unica §. ſin autem aliqui ſub conditione Cod. de caduc. toll.* 25

agitur de caducis pendente conditione, ad rem igitur noſtram, ad hoc ut verificari poſſit in illo Textu illa particula *vel coniunctus* de neceſſitate dandus eſt caſus in quo Collegatarius mortuus ſit pendente conditione, ut acquiratur coniuncto. Qui caſus ad terminos materiæ, de qua in eadem *Leg.* non poteſt verificari, niſi in caſu noſtro, quia ceſſant caſus illi exad. enumerati.

Ceſſat enim primus, quia ex inferius dicendis in *verſ. nam inſpecta voluntate*, ne idem bis repetatur, inſpecta mente Teſtatoris, quæ ſolum attenditur in hoc iure accreſcendi, dicitur totus fundus ab hærede abdicatus, etiam in legatis conditionalibus,
26 tum etiam quia (ut iam diximus) ipſa conditio de per ſe in legato appoſita non valet impedire verbalem coniunctionem, ex qua inſurgit ortus iuris accreſcendi, *Pulit. in d. Leg. re coniuncti n.* 33. *Bellon. d. cap.* 5. *qu.* 25. *n.* 54.

Ceſſat etiam ſecundus caſus, quia *Text.* prædictus non loquitur, quando deficit conditio poſt emolumentum iam quæſitum, quia in his terminis locus eſſet tranſmiſſioni ad hæredes, quæ tranſmiſſio non conceditur per eundem *Text.* qui negat tranſmiſ-
27 ſionem, quando adeſt coniunctus, etiam ſi legatarius mortuus fuerit pendente conditione, & illa verba in *Text. et ſi decedat is, qui ex Teſtamento lucrum ſortitus eſt*, verificantur etiam in prædicto hærede, qui dicitur lucrum acquirere ex Teſtamento, non ſolum ex eo, quia in eo hæres fuit inſtitutus, ſed etiam ratione ſpei, quam habet idem hæres acquirendi hoc legatum, ſi ambo legatarii deficerent, pendente adhuc conditione.

Et facit in his terminis, quod ſi numquam in legatis eſſet
28 ius accreſcendi ante acquiſitionem, numquam ei locus eſſet in legatis conditionalibus, quod non eſt dicendum per *Text. in d. L. unica* §. *ubi autem legatarii Cod. de caduc. toll.* quod eſſet diligenter notandum, inquit *Bellon d. cap.* 5. *qu.* 38. *n.* 82.

Tertius caſus neque verificari poteſt, quia Textus loquitur quando conditio reſpicit ſubſtantiam legati, non executionem ipſius legati, nam loquendo de conditione, præſupponit eſſentiam nec non naturam ipſiuſmet conditionis.

Ulterius ceſſat omne dubium, quia in ultimis voluntatibus,
29 nulla conſtituitur differentia, an conditio ſit appoſita ſubſtantiæ legati, vel potius executioni, quia in utroque caſu reddit ipſum actum conditionalem *Gabr. conſ.* 150. *n.* 3. *lib.* 2. *Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 3. *adden. ad Gregor. deciſ.* 117. *num.* 13. quibus addimus *Giovagnon. conſ.* 41. *n.* 46. *& conſ.* 70. *n.* 35. *& ſeqq. lib.* 1. ubi concordantes *Celſ. Hug. conſ.* 69. *num.* 1. quid-
30 quid eſſet in contractibus, in quibus locum habet *Tex. in Leg. ex his Cod. quand. dies Leg. ced.* §. 1. *ff. de Tutelis*, quem *Text.* de-

delarat *Fart. in L. 1. n. 3. v in ſtatur ergo contra prædicta ff. de condict. & demonſtrat. Rot. deciſ.* 476. *n* 12. *par.* 1. *diverſ. coram Gregor. dec.* 117. *n.* 4. *&* ibi *adden. num.* 12. *cor. Buratt. deciſ.* 110. *num.* 3.

Quatius vero caſus multo minus relevat, quia dum apparet de voluntate Teſtatoris in contrarium, eſt negare coniunctionem ſufficientem ad ius accreſcendi, & ſic eſt negare præſuppoſitum ipſius *Text.* qui loquitur, quando adeſt coniunctus; ibi *vel coniunctus*, & ideo iure merito ex hoc *Text.* inducitur, quod portio 31
legati deficiens propter mortem legatarii decendentis pendente condirione accreſcat coniuncto, ſi extat, & eo non exiſtente redear ad hæredes Teſtantis, pro ut dicunt prænarrati Doctores, & præſertim firmat hoc *Bellon.* in loco allegato, & hoc idem expreſſis litteris dicit. *Alex. conſ.* 55. *n.* 3. *lib.* 2.

Quo vero ad cœreros *Text.* concordantes, de quibus ſupra, quamvis loquantur in iure non decreſcendi, imo ex eiſdem col- 32
ligitur, hanc diſtinctionem inter ius accreſcendi, atque ius non decreſcendi minime fuiſſe a veteribus Iur. Conſult. obſervatam, pro ut hos coſdem *Text* citando inquit *Bellon. cap* 2 *qu.* 2 *n* 10.

Nihilominus ad effectum, de quo agitur, nulla conſiderari poteſt differentia; atque pars, quæ per ius non decreſcendi retinetur, dici poreſt accreſcere *Bellon. d cap* 2. *qu.* 2. *n* 2.

Quod evidenter probatur, quia pars, quæ pro non ſcripta 33
haberur, propter defectum conditionis accreſcit coniuncto, ex præſumpta mente Teſtatoris, quam mentem non elicimus de illo tempore, quo ambo legatarii concurrunt, ſed de tempore facti Teſtamenti, in quo ambos coniunxit, & ideo habiles conſideravit, ad hoc ut locus eſſet inter eos iuri accreſcendi, pro ut inferius in reſponſionibus ad ſequens obiectum dicendum erit.

Unde ex hoc preſuppoſito certo, atque indubitabili quiſ- 34
que colligere poteſt, non ſubſiſtere differentiam ponderatam in obiecto inter ius accreſcendi, atque ius non decreſcendi.

Nam inſpecta voluntate, atque coniunctione, quam fecit a principio in Teſtamento de his duobus legatariis, non poreſt negari, quin Teſtatrix addicaverit totum fundum ab hærede, & quamvis per accidens evenerit, quod de tempore purificatæ conditionis, propter mortem alterius, unus tantum legatarius capax fuerit legati, tamen in animo, atque in mente Teſtatricis conſiſtit ius accreſcendi, & non in eo, quod per accidens evenerit, ut inferius explicabimus: quapropter inſpecta illa priori 35
voluntate Teſtatricis dum legatarios verbis coniunxit, nihil obſtat quin ex prædictis Teſtibus, quamvis loquentibus de iure non decreſcendi, recte inducatur ius accreſcendi in legato conditio-

nali, pro ut dicunt Doctores communiter, quos refert, & sequitur *Bellon. d. cap. 6. qu. 20. n. 32. & cap. 7. qu. 34. n. 12.* & plurics alibi.

Non obstat coniectura illa desumpta ex eo quod dum Testatrix legavit Domino Nicolao, & Domino Octavio de Puccis, & cuilibet ipsorum dimidiam Prædii, supervivendo respective Domino Donato Antellienſi hæredi instituto, ergo a contrario sensu non supervivendo respective, ideſt, si alter eorum non supervivat dictam dimidiam Prædii ei non reliquit.

35 Et propterea in vanum quæritur de iure accrescendi, etenim pars non relicta, neque legata, impossibile est, si non adsit quod alteri accrescat, *Leg. plane* 34. §. *fin. ff. de legat. 1. & L. Lucius Titius* §. *filiam ff. de legat. 2. & Leg. in Testamento ita* 31. *ff. de condit. & demonstrat. Bald. in Leg. 1. n. 1. vers. tertia ratio &c. Cod. de indict. vid. tollend* quem sequuntur de communi Doctores atque *Bellon de iur accrescendi cap. 7. qu. 15.*

36 Respondetur, quod in *Text. in Leg. plane* 34 §. *fin ff. de legat. pr.* ideo non potest habere locum ius accrescendi, quia, ibi Testator legaverat Titio certam portionem fundi, de altera autem fundi parte nihil nec etiam de facto dispoſuerat in illis verbis Tirio *fundum do, lego, & cum pro parte habeat.* Idem dicitur in *Leg. Lucius Titius* 90. §. *filiam ff. de legat. 2.* in illis verbis. *Tunc portionem meam partis dimidiæ fundi illius ad libertos meos pertinere volo.* Unde certi iuris est, partem nulli datam non posse alicui Legatario, seu Fideicommissario accrescere; sed remanet apud hæredem sive Testamentarium, sive ab intestato in his terminis, citatando eosdem *Text. loquitur Bellon. cap. 7. qu. 15. n. pr.*

Casus autem noster est diversissimus quia Testator dispoſuit non solum de una parte Prædii, sed de toto prædio, quod legavit Domino Nicolao, & Domino Octavio, & cuilibet ipsorum dimidiam, sub conditione respective, si supervivant hæredi
37 suo instituto, ideoque ex quo de toto Prædio fuit dispositum, sive de iure, ex quo a principo dispositio valuit, licet postea facta sit caduca, sive quasi caduca, nihilominus semper erit locus iuri accrescendi *Bellon. d. cap. 7. qu. 15. n. 33.* Sive etiam de facto dispoſitum fuerit, quando dispositio usque ab initio non consistit, sed habita sit pro non scripta, & adhuc verius est, in ea locum habere ius accrescendi, quia illa pars, quæ evanuit, non potest negari, quin fuerit data licet inutiliter, *L.*
38 *plane* 34. §. *si duobus* „ ibi „ ideoque quod ei a se legatum est ad „ Collegatarium pertinebit „ *& Leg. legatum* 119 §. 1. *ff. de legat. 1. & L. Plautius* 49. *in princ. ff. ad Leg. falcid.*

Atque

Atque huiuſmodi diſpoſitio Teſtatoris, quamvis inutilis, quo ad Legatarium, qui deceſſit pendente conditione, nihilominus declarat voluntatem Teſtatricis, & quoad alium Legatarium, qui utiliter vocatus eſt, eumdem effectum operatur, quem operaretur ſi eſſet utilis, *Leg. quo loco §. 20. §. 1. ff. de hæred. inſtituen.* his relatis ita in puncto reſpondet, atque tollit obiectum *Bellon. cap. 7. qu. 22. n. 27.* & prius *cap. 5. n. 33.* 39

Neque valet replicare eum *Textu in Leg. in Teſtamento ita ff. de condit. & demonſtr.* etenim reſpondetur, quod huiuſmodi lex nihil aliud dicit ad rem noſtram, niſi quod centum legatum, ſeu relictum Sticho, & Pamphilæ *ſi Matrimonium coierint*, ſi Stichus præmoriatur ante apertas tabulas Teſtamenti, dicitur deficere conditio, tam reſpectu partis Stichi, quam reſpectu partis Pamphilæ, ideoque partem eius apud hæredem remanſuram, utique autem vivente deficit conditio ſi unus ex eis recuſet matrimonium contrahere; hinc infertur, quod propter defectum huius conditionis *ſi matrimonium coierint* legatum non dicitur factum, & propterea ex hoc Textu inferunt Doctores; non datum, ſeu non legatum non accreſcere, & hoc quidem inquit litteraliter *Bald. in Leg. pr. Cod. de indict. vidu. tollend. n. 1. verſ. tertia ratio eſt*, in illis verbis. Sed id quod non eſt, legato non accreſcit, ut *ff. de cond. & demonſtrat. Leg. in Teſtamento ita*, quem *Textum*, atque hanc *Baldi* doctrinam in his terminis citat *Bellon. d. cap. 7. qu. 15. n. 2.* 40

Prout etiam nihil obſtat *Bald. in eadem Leg. 1. n. 1. Cod de indict. vidu. tollend. in fin. pr. notabil.* dum inquit; quod conditio contraria legato perimit legatum, & non habet locum ius accreſcendi, & poſtmodum in tertia ratione ſubdit. Quod ubi exiſtit contraria conditio legati, perinde eſt, ac ſi numquam fuiſſet legatum, & ideo quod non eſt legatum non accreſcit, hactenus *Bald.* 41

Etenim reſpondetur, quod hæc omnia tolluntur ex præcedentibus reſponſionibus, quibus addimus, quod dato millies, quod legatum pro ea parte, pro qua defecit, dicatur non ſcriptum, æque ac ſi numquam fuiſſet legatum, hoc procedit ad hoc, ut quilibet, ex legatariis minime poſſit concurrere ad conſecutionem ſuæ dimidiæ; ad hunc enim effectum legatum, quod non eſt, non poteſt effectum parere, quia quod non eſt nullum parit effectum, quorum reſpectu res eſt nulla, *Leg. non dubium 5. C. de legib.* ſecus eſt quoad oſtendendam voluntatem Teſtatricis, ideo nil mirum ſi pariat effectum iuris accreſcendi, quippe quod ex tali voluntate præſumpta ius accreſcendi ſolum proficiſcitur, ita reſpondet in puncto, atque tollit obiectum *Bellon. de iur. accreſc. d. cap. 7. qu. 22. n. 15. 16. & 17.* 42

Et quæso consideretur, quod in *d. Leg. in Testamento ita* 31 *ff. de condit. & demonstr.* quod est præcipuum fundamentum obiec-
43 cti, & in quo se fundat ipsemet *Bald* ponderatus in obiecto, conditio illa Stycho, & Pamphilæ apposita, ut puta si matrimonium coierint in totum deficit, ex quo uno præmoriente, vel uno nolente cessat inter eos matrimonium, & propterea habetur, æque ac non fuisset legatum. In nostro autem casu, hoc non succedit, quia conditio non dicitur defeciisse, & ratio est quia unus ex legatariis supervixit, & habuit realiter, quod sufficit ad huiusmodi effectum, quamvis enim alterum extremum collegatarii præmortui sit inhabile, tamen ad hoc non requiritur, ut ambo extrema sint habilia (prout requireretur in matrimonio)
44 quia etiam ab extremo inhabili causatur ius accrescendi, ut declarant *Bald in d Leg. plane* 34. §. *si duobus vers. nota ff. de legat. pr.* atque cæteri Doctores, quos ad hunc propositum refert, & sequitur *Bellon. d. cap.* 7. *qu* 22. *n.* 12. 13. & 14.

Et ratio rationis prædictorum est, quia tota vis iuris ac-
45 crescendi consistit in præsumpta mente Testatricis, quam colligimus ex illa coniunctione verbali a principio in structura Testamenti, ut scripserunt *Bald. in Leg mulieri, & Titio* 73. *vers. dicit tamen ff de condit. & demonstr.* & cæteri quos cumulat *Bellon. d. cap.* 2. *qu.* 2. *n.* 47. & 48. & in puncto de quo agitur ponderat *Bellon cap.* 7. *qu.* 22. *n.* 8.

Et propterea dato, quod actus respectu unius ex collegatariis præmortui per accidens redditus fuerit inutilis, non per hoc potest fieri, quod Testatrix non voluerit, unde dicunt Do-
46 ctores, quod etiam ex actu inutili voluntas defuncti colligitur, *Leg. fin. ff. de his quæ in Testam. del.* ponderat in his terminis *Bellon. d cap.* 7. *qu.* 22. *n.* 10.

Atque supposito, quod conditio defecerit respectu unius ex legatariis, cuius pars pro non scripta habeatur, adhuc ve-
47 tum est dicere; partem, quæ pro non scripta habetur, coniuncto accrescere, sufficiat se referre ad *Bellon d. cap.* 7. *qu.* 22. *n.* 6. ubi inquit „ nullum esse posse probabili dubitationi locum „ atque *n.* 10. dicit „ consequens est, ut etiamsi legatum in unius persona non consistat, eius tamen portio debeat coniuncto accre-
48 scere, quia ad effectum iuris accrescendi spectamus voluntatem Testatoris in coniungendo, non vim coniunctionis in concurrendo.

Ex quibus cessat prætensum argumentum a contrario sensu, quia vis huius argumenti restringitur contra illum legatarium, qui mortuus est pendente conditione, itaut verum est dicere, quod a contrario sensu eidem non superviventi nihil censetur relictum, & ita procedit argumentum ad limites verborum, prout

sumi

ſumi debet, *Leg.* 1. §. *huius rei ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Barboſ. loc. commun. arg. iur. uſufreq. loc.* 27. *Mantic. de tac. lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 1. *& ſeqq. Facbin. contr. lib.* 13. *cap.* 7. non autem per hoc infertur, quod non ſit locus iuri accreſcendi ad favorem coniuncti ex hactenus deductis.

Et ulterius tale argumentum repugnaret eidem diſpoſitioni Teſtatricis, ex qua diximus reſultare ius accreſcendi, & propre- 49
rea etiam ex hoc capite non obſtaret, *Pariſ. conſ* 38. *n.* 11. *lib.* 3. *Barboſ. d loc.* 27. *n.* 3. *Peregrin. conſ.* 38. *n.* 10. *lib.* 3. *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 736. *n.* 7.

Non obſtant quæcumque aliæ ponderationes factæ in eodem Teſtamento ſuper legato, de quo agitur, ut pura, ſuper verbis illis: Sub conditionibus, caſibus, & temporibus infraſcriptis, & non aliter, nec alio modo. Et ſucceſſive ſuper verbis: Quod quidem prædium ſolummodo conſequi voluit, & vult per prædictos Dominos de Puccis, ut ſupra, poſt mortem infraſcripti Illuſtriſs. ac Clariſs. D. Donati Antellenſis ſui hæredis, & caſu quo ipſe deceſſat ſine filiis maſculis, vel fœminis, & non prius nec aliter nec alio modo.

Reſpondetur enim, quod huiuſmodi verba ſtant demonſtrative temporis, & conditionis, quando debeant legatarii conſequi le- 50
gatum, faciunt relata per *Duaren. de iur. accreſc. par.* 2. *cap.* 15. *ante fin. Bardellon. conſ.* 16. *n.* 35. & propterea ex his, ſeu aliis ſimilibus, nihil aliud infertur, niſi quod legatarii vivente hærede, ſeu ipſo decedente cum filiis, nihil conſequi valerent, prout ipſamet Teſtatrix dixit in illis ſequentibus verbis. Quia durante vita d. D. Donati, & in caſu, quo ſuſcipiat filios, & cum eis deceſſat voluit, & vult prædictum prædium libere ſpectare, & pertinere ad dictum D. Donatum abſque eo, quod dicti de Puccis, vel aliquis eorum aliquid ſuper dicto prædio prætendere poſſint, ac valeant &c. Et ſic legatum eſſe conditionale non ſolum quo ad executionem, ſed etiam quo ad ſubſtantiam poſt mortem hæredis, unde ex hoc ſolum poterit inferri, quod non ſit tranſmiſſibile ad hæredes.

Verum non per hoc prohibetur ius accreſcendi; quia pendente conditione, ſeu poſtquam eadem evanuerit, verificantur omnia prædicta verba; eveniente autem conditione inſurgit onus 51
reſtituendi legatario coniuncto, *Leg.* 1. §. *pro ſecundo Cod. de caduc. toll. Morot. reſp.* 2. *n.* 4. his relatis *Monach. dec. Flor.* 29 *n.* 33. nam pars defecta tunc trahitur ab altera parte, quæ non deficit, atque conſideratur tamquam redacta in unum corpus, ſicut tamquam unum corpus ponderantur coniuncti, *Leg. plane* 34. 52
§. 1. *ff. de legat.* 1. *& Leg. unic.* §. *his ita definitis Cod. de caduc. toll.*

toll. Mantic. d. lib. 10. tit. 3. n. 8. Bollon. cap. 5. qu. 35. n. 1. e 5.
Et ideo legatarius, qui ſupervixit præoccupat partem alte-
53 rius quaſi ſuam, *Bellon. d. cap. 5. qu. 38. n. 21. & qu. 46 n. 71.*
Et ita utraque &c.

Ferdinandus Guecius Audit.
Iulius Cæſar Leonius Audit.
Carolus Bianchellus Aud. & Relator.

DECISIO IX.

EADEM FLORENTINA LEGATI.

18. *Ian.* 1647. *ex L. M.* 118. *a* 474. *cor. Aud.* CAROLO BLANCHELLIO.

ARGUMENTUM.

IUri accreſcendi non cenſetur renunciatum per enunciativam appoſitam in Inſtrumento, quod medietas prædii ſpectaret ad hæredem. Plura de confeſſione iuris erronea, quod confitenti eiuſque hæredibus non noceat. Fructus a die litis conteſtatæ omnino veniunt in reſtitutione.

SUMMARIUM.

1 *Confeſſio erronea, & dependens ab iis, quæ in iure conſiſtunt confitenti non nocet.* & n. 17.
2 *Veluti, ſi quis confiteatur in legato ornamentorum veſtes muliebres contineri.*
3 *Vel fideicommiſſum extare, vel non extare, vel ius accreſcendi locum non habere.* n. 8. *vel hæreditatem pro medietate ad alium ſpectare.* n. 38.
4 *Amplia ſi confeſſio ſit pluries geminata.* & n. 37. & n. 40.
5 *Item amplia ſi confeſſio ſit iurata, & de ratione.*
6 *Maxime ſi ſit relativa ad Inſtrumentum, in quo non continetur id, de quo loquitur confeſſio. Referens diuerſum a relato, uti erroneum non attenditur, ibidem.*
7 *Amplia etiamſi referens haberet poteſtatem diſponendi.*
9 *Confeſſio incidenter emiſſa ad alium effectum, non præiudicat.*
10 *Error iuris non excuſat, non præſumitur, nec poteſt allegari.*
11 *Intellige, quando una cum errore iuris concurrit aliquod factum poſitivum ipſius errantis, quod ex capite erroris impugnari prætenditur.*

12 Fe-

12 *Veluti in ſolutione indebiti.*
13 *Vel in reſtitutione hæreditatis abſque deductione quartæ.*
14 *Ratio prædictorum aſſignatur.*
15 *Secus, quando agitur de errore iuris in ſimplici confeſſione.*
16 *Error confitentis non poteſt ius mutare.*
18 *In factis extra iudicialibus iuris ignorantia non nocet, quando agitur de damno vitando, ſecus quando agitur de lucro captando.*
19 *Amplia, ut primo caſu concluſio procedat etiamſi errans potuerit habere copiam Iuriſconſulti.*
20 *De damno vitando agi dicitur, quando quis amittit ius accreſcendi, quod ſit ipſo iure.* & n. 61.
21 *Portio accreſcens legatario uſque ab initio relicta, & acquiſita cenſetur.*
22 *Amiſſio lucri, ſive iuris iam radicati dicitur damnum.*
23 *Legatum expreſſum acquiritur ipſo iure legatario etiam ignoranti, ſecus tacitum.*
24 *Declara hæc procedere in tacito, quod reſultat ex interpretata voluntate Teſtatoris, & exemplifica, ut* n. ſeq.
26 *Ius accreſcendi locum non habet niſi is, cui debet accreſcere, velit, & acceptet.*
27 *Intellige ius accreſcendi non habere locum in invito.*
28 *Non tamen invitus dicitur legatarius niſi faciat actum repudiationis, & de ratione.*
29 *Repudiatio reſultat ex confeſſione, quod portio, quæ debet accreſcere ſpectet ad hæredem.*
30 *Limita ſi verba, quæ poſſunt importare renunciationem, ſunt reſtringenda tantum ad expreſſa.*
31 *Renunciatio, vel donatio non præſumitur quando alia coniectura ſumi poteſt, etiam levis.*
32 *Error potius, & fatuitas præſumitur quam donatio.*
33 *Maxime ſi agatur de ſumma notabili, & verba ſint enunciativa.*
34 *Donatio non inducitur ex verbis enunciativis.*
35 *Verba lata incidenter propter aliud, vel per viam præſuppoſiti non diſponunt.*
36 *Præſupponens non diſponit ex defectu conſenſus.*
39 *Renunciatio requirit in renunciante ſcientiam iuris renunciati.*
41 *Legatum perfecte acquiſitum licet non acceptatum a legatario, acceptari poteſt ab eius hæredibus.*
42 *Hæres non poteſt declarare voluntatem Defuncti.*
43 *Voluntas morte expirat.*
44 *Hæres poteſt allegare errorem iuris confeſſionis ſui auctoris, ſi fuerit ſimplex.*
45 *Secus ſi eidem ſucceſſit actus poſitivus rationis, vel renunciationis.*

46 De-

46 *Declarare nequit libellum sui auctoris.*
47 *Declarare potest mentem Testatoris, quando nullus damnificatur, licet lucrum perdat.*
48 *Error confessionis in iure probatur demonstrando rem aliter in iure se habere.*
49 *Errantis nullus est consensus.*
50 *Confessio erronea etiam ab hærede impugnari potest.*
51 *In conflictu opinionum, ea prævalere debet, quæ fuit a partibus observata.*
52 *Intellige dummodo observantia procedat a sciente, non autem ab ignorante,* & n. 54.
53 *Ignorans non dicitur consentire, vel contemnere ius suum.*
55 *Observantia absque scientia, & patientia induci nequit.*
56 *Ius accrescendi est quid reale, & portio non personæ, sed portioni accrescit, prout in alluvione.*
57 *Ideo portio accrescens transit in quoscumque, etiam singulares successores, in quos transit portio principalis.*
58 *Vendens portionem principalem censetur in emptorem transferre, etiam altam, quæ illi accrescit. Intellige quando portio vacat post alteram portionem venditam.* n. 62.
59 *Vendito servo censetur etiam venditum legatum eidem relictum.*
60 *Vel hæreditas eidem delata.*
61 *Ius accrescendi acquiritur ipso iure etiam ignoranti absque petitione, & agnitione, & supra* n. 20.
63 *Venditio facilius transfert in emptorem ius venditori acquisitum, quam acquirendum.*
64 *Declara hanc conclusionem procedere in hæreditate vendita, secus in legato, & de ratione differentiæ,* n. seq.
65 *In emptorem hæreditatis transeunt actiones utiles, directæ vero remanent penes hæredem.*
66 *In emptorem æque transit ius præteritum, & futurum tamquam comodum ex hæreditate proveniens.*
67 *Clausulæ Instrumento venditionis appositæ non operantur extra rem venditam.*
68 *Clausulæ executivæ principalem obligationem non extendunt, sed fortius promittentem obligant.*
69 *Fructus restituendi sunt a die litis contestatæ ob consumptam malam fidem.*
70 *Et hæc præsumptio est iuris, & de iure.*
71 *Et ita observatur in Consilio Neapolitano Rota Bononien. & Regia Audientia Cataloniæ.*
72 *Bona fides, vel media excusat a restitutione fructuum ante motam Litem perceptorum.*

73 *Ad hunc effectum non requiritur titulus, ſed ſufficit qualis qualis occaſio poſſidendi etiam colorata.*

TErtio puncto propoſito: An prædictis D. fratribus de Puccis obſtaret Inſtrumentum venditionis in actis productum ex rogiru Ser Philippi Valentini ſub die 23. Novembris 1610. fuit de Voro omnium reſolutum, non obſtare.

In hoc enim Inſtrumento dictus D. Nicolaus de Puccis, non ſolum vendidit, atque rradidit quondam Clariſſimo D. Niccolao Antellenſi medietatem eiuſdemmet prædii della Gattaia, ad eumdem D. Nicolaum de Puccis ſpectantem vigore præfati Teſtamenti D. Mariæ quondam Domini Lucæ Guicciardini, verum etiam dixit, alteram medietatem ſpectare ad eumdem D. Nicolaum Antellenſem vigore eiuſdem Teſtamenti.

Verba Inſtrumenti, in quibus pars adverſa præſertim ſe fundat ſunt infraſcripta „ La metà di un Podere commune, e „ per indiviſo di preſente detto Podere infra detto Sig. Ven„ ditore, e detto Sig. Comprarore rimaſto nell' Eredità del „ Clariſs. Senat. Sig. Donato del Clariſs. Signor Bartolommeo „ dell' Antella, nel quale era pervenuto come Erede uniuerſale „ di detta Sig. Maria Guicciardini, et ſtante la morte di detto „ Sig. Donato, la metà d' eſſo è pervenuta in detto Sig. Nie„ colò Pucci come Erede fideicommiſſario predetto di detta Sig. „ Maria, e l' altra metà è pervenuta liberamente in detto Cla„ riſs. Sig. Niccolò dell' Antella, come Erede universale del „ ſopraddetto Clariſs. Sig. Donato. „

Unde ex prædicto Inſtrumento nihil aliud reſultat, niſi quod D. Nicolaus de Puccis, occaſione Inſtrumenti venditionis quam fecit medietatis prædii, quæ ad ipſum ſine ullo dubio iure legari ſpectabat, enunciavit alteram medietatem ſpectare ad dictum Clariſs. D. Antellenſem, quæ enunciativa, dato etiam quod in ſe contineret confeſſionem, nihilominus nulli dubium eſt, quod hæc confeſſio eſt circa ea, quæ in iure conſiſtunt, videlicet: An prædicta medietas remanſerit caduca apud hæredem, vel potius per ius accreſcendi pertinuerit ad collegararium;

Et proprerea talis confeſſio eidem Collegatario non nocet, quia eſt erronea, atque dependet ab illis, quæ ſunt iuris, *L. in confeſſionib. & Leg. ſeq. in fin. ff. de interrog. action. Leg. ornamentorum ff. de aur. & argent. legat.* ubi agitur de confeſſione hæredis in legato eorum, quæ ſunt iuris, ut puta, quod ornamentorum appellatione veniat veſtis muliebris; nam ornamentorum appellatione veſtem muliebrem non contineri, nec errorem hæ-

redis ius mutasse respondidit ibi *Paul. Iur. C. Mascard. de probat. concl.* 546. *n.* 4. *Dec. cons.* 408. *n.* 5. ubi de confessione circa fideicommissum: an extet, nec ne *Soccin. iun. cons.* 112. *n.* 2. *e* 3.
3 *lib. pr. Menoch. cons.* 337. *n.* 38. *cons.* 837. *n.* 19. *& seq. & prius cons.* 191. *num.* 53. *vers. comprobatur*, ut alibi pluries *Rimin. iun. cons.* 675. *n.* 4. *Peregrin. cons.* 74. *n.* 18. *lib.* 5. *Aym. cons.* 29 *n.* 2. *Surd. cons.* 425. *n.* 19. *& dec.* 104. *n.* 30. *Gratian. discept. for. cap.* 482 *n.* 9. *& cap.* 501. *n.* 5. ubi loquitur etiam si confessio fuerit pluries geminata, *Fusar. cons.* 39. *n.* 64. in eisdem terminis ultimæ voluntatis circa fideicommissum, *Seraphin. decis.* 1190. *n.*
4 2. *Roi. dec.* 311. *n.* 1. *par.* 2. *div. Buratt. decis.* 483. *n.* 5. *coram Gregor. dec* 522. *n.* 5. *cor. Duran. dec.* 314 *n.* 10. *Rot. dec.* 320, *n.* 7. ubi de confessione, quod extet, vel non extet fideicommissum, *& dec.* 288. *n.* 3. *par.* 5. *& dec.* 188. *n.* 3. *& decis.* 283, *n.* 16. *par.* 6. *rec.* & alibi passim, quæ conclusio procedit non obstante quocumque iuramento, quia errans non consentit, ut ponderat *Dec. cons* 408. *n.* 8. *& seqq. Afflict. dec.* 233. *in princ. Cæ-*
5 *sar. de Graff dec.* 1. *tit. de transact.* videndus præcæteris *Decian. cons.* 33. *num.* 75. *lib. pr.* ultra ea, quæ refert *Hodiern. ad Surd. decis.* 130. *in fin.*

His accedat, quod eadem confessio est relativa ad ipsum
6 Testamentum D. Mariæ, unde cum hoc minime dicat Testamentum, nec etiam ipsum dixisse dicendum est, quia hæc est natura illius, qui se refert ad aliud; nam si in relato res aliter sese habeat, tunc non attenditur referens tamquam erroneum, sed relatum ipsum, *Leg. si ita scripsero ff. de condit. & demonstrat. auth. si quis in aliquo Cod de edend. Rot. dec.* 27. *num.* 3. *& dec.* 42. *n.* 7. *par.* 2. *div. & cor. Gregor. dec.* 439. *n.* 1. *& seqq.* quod procedit etiam si referens haberet potestatem disponendi, quia
7 reiectis *Alciat. & Bertaz.* verior, & receptior est Sententia, quod etiam tunc sit inspiciendum relatum, nam ubi apparet in eo aliter contineri, quam sit expressum in referente, expressio præsumitur ab errore processisse, *Gratian. discept. for. cap.* 289. *num.* 4. *Rot. dec.* 158. *n.* 4. *par.* 2. *rec. cor. Gregor. d. decis.* 439. *n* 3. *& ibi Adden. Buratt. dec.* 52. *& ibi Adden. n.* 12. atque in præcisis terminis confessionis, in quibus nos versamur, dicunt *Paris. cons.*
8 7. *n.* 5. *lib.* 3. *Rot. dec.* 158. *n.* 4. *par.* 2. *rec.*

Eo etiam ponderato, quod in eodem instrumento, principaliter continetur venditio unius medietatis præfati prædii, & propterea prænarrata confessio circa alteram medietatem, ibidem
9 legitur facta incidenter; unde non præiudicavit veritati, pro ut inferius erit dicendum in responsionibus ad obiecta.

Non

Non obſtat, quod iuris error non excuſat, neque poteſt ab ipſo venditore allegari, niſi probetur, quia non præſumi- 10
tur *Bart. in Leg. non fatetur la* 2. *ff. de confeſſ. n.* 12. ubi etiam docet modum probandi huiuſmodi iuris errorem, quibus addimus *Burſatt. conſ.* 9. *n.* 60. *lib. pr.*

Reſpondetur, obiectum forſan procedere, quando in factis 11
erratur in iure, ſeu quando una cum iuris errore, concurrit etiam aliquod factum ipſius errantis; & agitur de impugnando factum, ſeu confeſſionem circa ea, quæ ſunt iuris in facto, emanaram; exempli gratia; In ſolutione indebiti facta per Iuris er- 12
rorem, ſeu ignorantiam; in huiuſmodi enim terminis loquuntur auctoritates exadverſo adductæ, videlicet, *Text. in Leg. iuris ignorantia* 7. *cum concordant. ff. de iur. & fact. ignoran.* quod exemplum tradit ibidem *Gloſſ. in verb. iuris ignorantia Odd. de reſtitut. in integr. par.* 1. *qu.* 8. *n.* 78 *& in longum Buratt. deciſ.* 592. & ibi *Adden. n.* 4. *&* 5. ſeu exempli gratia, ſi quis totam hæreditatem 13
rogatus reſtituere ſponte adierit, & ſine deductione quartæ partis reſtituerit, in quo exemplo concurrit etiam factum ipſum reſtitutionis; & propterea inquit *Text. in Leg. ſi hæres ab eo* 68. §. *ſi totam ff. ad Sen. Conſ. Trebell.* „ ſed ſi probaveris per er-
„ rorem te quartam non retinuiſſe, recuperare eam poteris „ in quo *Textu*, quem allegat, ſe fundat *Bart. in dict. Leg. non fatetur* 2. *ff. de confeſſ n.* 12. dicendo, quod error iuris non præſumitur, atque referendo hanc *Bartoli* doctrinam, in his eiſdem terminis loquuntur *Surd. conſ.* 349. *num.* 51. 52. 53. *&* 54. *atque Rot. dec.* 354. *n.* 11. *par.* 4. *rec.* cum cæteris quibuſcumque deductis in obiecto.

Et ratio ea eſſe poteſt, quia tunc, ex quo concurrit fa- 14
ctum ſimul cum errore iuris, dicitur propterea error facti, & hoc probatur, quia etiam ſi *Bartolus in dicta Leg. non fatetur* eumdem errorem vocet errorem Iuris, nihilominus advertendum eſt, quod *Gloſſ. in d. L. ſi hæres ab eo* 68. §. *ſi totam ff. ad Sen. Conſ. Trebell. in verb. errorem* conſiderat dictum errorem, tamquam facti, & non iuris „ ibi „ ſcilicet facti, & non Iuris „ Contrarium autem dicunt Doctores, quando agitur de errore Iuris 15
in ſimplici confeſſione, in quibus terminis nos verſamur, in hoc enim caſu, ſi unum crediderim ſic eſſe, quod non ita erat, ſtatim probatur me erraſſe, eo ipſo quod docetur in iure rem aliter ſe habere, ut in puncto diſtinguendo conſuluit *Surd. dicto conſ.* 349. *n.* 54 *verſ. præterea advertatur*, & pariter ita diſtinguendo docuit idemmet *Bartol. in d. L. non fatetur la* 2. *ff. de iur. & fact. ignoran. n.* 13. ubi exemplo illius, qui in Iudicio reſpondet con-

frendo per errorem ea, quæ in iure consistunt, inquit confes-
sionem ei non nocere, quia ipse error est expressus, seu re-
16 sultat ex ipsamet confessione; neque error confirentis potest ius
mutare; & hoc ad literam probatur, *in Leg. si is le 15. in fin. ff. de interrog. action.* in illis verbis „ Si id quod in confessione
„ venit, & ius, & natura recipere potest „ faciunt relata per
Io Franc. de Ponte dec. 39. n. 43. atque aliter dicere esset de-
struere communem illam conclusionem Doctorum, & *Rot. Rom.*
17 videlicet, quod confessio erronea in illis, quæ consistunt in
iure minime nocet, atque potest revocare; neque umquam *Rot. Rom.* quæ sexcenties canonizavit hanc conclusionem, ponderavit huiusmodi erroneam confessionem esse ab errante aliter probandam, quam docendo in iure aliter rem se habere, sed simpliciter dixit, non nocere, atque posse revocari, nam non agitur de impugnando factum, seu confessionem in facto emanatam, sed dicimus,
quod confessio Iuris non præiudicat.

Respondetur secundo eidem obiecto quod in factis, quæ
18 fiunt extra Iudicium, iuris ignorantia non nocet, quando agitur
de damno evitando, quia obiectum solum procederet, quando
ageretur de lucro captando, *Leg. iuris ignorantia 7. cum concordantib. ff. de iur. & fact ignorant. Bart. in d Leg non fatetur 2. ff. de confess. n. 11. Odd. de restit. in integr. par. pr qu. 8. n 78.*

19 Ita ut ubi agitur de damno evitando non occurrit discute-
re, an ille, qui in iure erraverit potuerit habere nec ne co-
piam Iuris Consulti, ut ponderat *Gloss. in Leg. regula 9. § sed iuris ignorantiam in verb. raro ff. de iur. & fact. ignorant.* faciunt relata per *Ruin. conf. 10. n. 16 lib. 3. Riminal. iun conf. 613. n. 33.* & prius *conf. 45. n. 20. Bece. conf. 90. n. 11. lib. 1.*

Quod autem in nostro casu agatur de damno evitando,
20 probatur, quia quando habet locum ius accrescendi in legatis
istud fit ipso iure, & non requiritur petitio, seu agnitio Legatarii, ita ut acquiritur etiam ignoranti, *Surd. de aliment. tit. 9. qu. 5. n. 2. & 3. Bellon de iur. accrescend. cap. 1. qu. 1. n. 9.*

Et hoc non solum respectu partis principalis, sed etiam
21 pro ea, quæ postea accrescit, quippe quæ retrofingitur iam
usque ab initio relicta, & acquisita a Legatario, qui non repudiavit, *Leg si dominus 17. Leg. Titio, & Seio 44.* cum duobus *Leg. seqq. ff ad Leg. Aquil. Bellon. d. cap. 7. qu. 62. n. 11.*

Unde infertur, quod de tempore prædictæ erroneæ confes-
sionis ius iam erat radicatum in persona Legatarii quamvis ipse
hoc ius sibi acquisitum ignoraret, & propterea ubicunque agi-
22 tur de perdendo ius redicatum hoc æquiparatur damno, *Dec.*

conf.

conſ. 408. *n.* 6. *Curt. Iun. conſ.* 92. *col. pen. Cravett. conſ.* 188. *n.* 10. *lib.* 1. *Tuſch. in verb. C. concl.* 649. *n.* 65. *Riminald. iun. conſ.* 498. *num.* 2.

Neque relevat replicare, quod quamvis legatum acquiratur legatario etiam ignoranti legatum, id tamen intelligitur in legato expreſſo non autem tacito. 23

Reſpondetur, quod hoc dictum in huiuſmodi replicatione procedit in legato tacito, ut puta eſt illud, quod reſultat non 24 ex verbis, ſed præter, & ultra ſignificationem verborum, ex interpetrata voluntate Teſtatoris, exempli gratia, verba Teſta- 25 menti ſunt reſtricta ad filium maſculum, qui natus eſt tempore mortis Teſtatoris, & nihilominus Iudex ex interpretata voluntate Teſtatoris cenſeat diſpoſitionem fideicommiſſi extendi etiam ad filios natos poſt mortem Teſtatoris, in his terminis loquuntur Doctores adducti, videlicet *Bart. in Leg.* 1. *ant. num.* 13. *verſ. ſi vero legatur res taeite ff. de legat.* 1. & diffuſe idem *Bart. in Leg ſervum filii* 46. §. *fin. ff. de legat.* 1. concordantes refert *Rot. dec.* 188. *n.* 15 *par.* 7. *rec.* ubi etiam Domini non fuerunt concordes, ſed reſolutio fuit capta pro maiori parte; Nec non hoc dixit *Rot.* ibidem ad effectum liberandi hæredem a fructuum reſtitutione ante litem conteſtatam, in quibus terminis ſolum attendi ſolet bona, vel mala fides, ut ibi inquit eadem *Rot. n.* 28. *&* 29. atque in eadem *dec. n.* 26. dictum fuit non poſſe vocari legatum quod non inducitur ex tacita illa volunrate.

Noſter autem caſus eſt divertiſſimus, quia legatum ex iure accreſcendi venit ex vi verborum, quæ ſunt expreſſa in Teſtamento; Atque non agimus, ut hæres ſolum liberetur a fructuum reſtitutione, ſed agitur de amittendo totum legatum: Nec non ulterius in caſu illius deciſionis concurrebant cœteræ rationes, & præſertim quia ibidem opus erat traditione hæredis, ut ponderat *eod. n.* 21.

Non obſtat, quod ius accreſcendi locum non habeat, niſi is, cui debet accreſcere, velit, & acceptet. 26

Reſpondetur, hoc non procedere ita abſolute, prout ſupponitur, quia verum eſt, quod ius accreſcendi acquiritur, dum- 27 modo legatarius velit, nam in invitum non habet locum ius accreſcendi, in hoc ſenſu procedunt auctoritates in obiecto ponderatæ, & hoc inquit *Text. in Leg. unica* §. *ut autem verſ. ſi vero Cod. de caduc. toll. Surd. de aliment. tit.* 9 *qu.* 5. *n.* 1. *Bellon de iur. accreſc. cap.* 4. *qu.* 3. *n.* 7. *verſ. quarto differunt &c. e cap* 6. *qu.* 20. *n.* 20. *Cancer. var. reſol. par.* 3 *cap* 22. *n.* 198. *Gallerat. de renunc. par.* 6. *renunc.* 46. *Gomez var. reſ. tom.* 1. *cap.* 10 *n.* 42.

Verissimum etiam est, quod non potest dici legatarium no-
28 luisse, nisi faciat actum repudiationis, ut declarat *Gloss. in d. Leg. unic.* §. *ubi autem verf si vero Cod. de caduc. tollend. in verb. noluerint*, & ratio est, quia ipso iure acquiritur, & etiam ignoranti ut diximus, de quo actu repudiationis, seu renunciationis non constat, imo apparet contrarium ex infra dicendis, in responsionibus ad sequens obiectum.

Non obstat, quod ex prænarrato contractu, venditionis insurgat actus repudiationis, seu renunciationis, ex eo quia in ipso
29 declaravit verbis geminatis dimidiam tantum dicti prædii ad se pertinere aliam vero dimidiam spectare libere ad emptorem, uti hæredem hæredis ex Testamento dictæ D. Mariæ Guiceiardinæ, quam declarationem prætenditur etiam facto ipso comprobatam fuisse ex eo, quia vendidit, atque pretium recepit alterius dimidiæ, quam emptor non emisset, nisi præcessisset dicta declaratio, seu confessio.

Respondetur, obiectum cessare non solum ex eo, quia verba,
30 quæ possunt inferre renunciationem sunt restringenda ad expressa tantum *Burat. dec.* 480. *n.* 17. atque repudiatio, seu renunciatio sui iuris, quod idem esset, ac donare, numquam præsu-
31 mitur, quoties aliqua alia coniectura sumi potest, etiam levis, imo qualis qualis occasio ex regula *Leg. Campanus ff. de oper. libert. Leg. cum indeb ff de probat. Rot. cor. Mantic. dec.* 90. *n.* 8. *dec.* 113. *n.* 4 *par. pr. rec. & dec.* 69. *in princ. par.* 7. *rec.*

Itaut error potius, & faruitas censenda sit, quam donatio,
32 *Becc. conf.* 90 *n.* 18. *Ruin. conf.* 10. *n.* 15. *lib.* 3. *Rot. dict. decis.* 69. *n.* 4. *par.* 7. considerata etiam adeo notabili summa, in qua
33 difficilius præsumitur, quis liberalis, *Rot d. dec.* 69. *n.* 5 *par.* 7. maxime cum versemur in verbis enunciativis, per quæ donatio
34 non inducitur, *Barbos. in Leg. si alienam* 12. *n.* 93. *in fin. ff. solut. matrim. Gen. de verb. enunciat. lib.* 2. *qu.* 36. *per tot.*

Verum etiam omnino tollitur obiectum ex simplici lectura instrumenti, in quo nihil disponitur, seu declaratur per viam pacti, seu alio quocumque modo in pactum minime venit medietas prædii, de qua ad præsens agitur, prout supponitur in obiecto. Et hoc evidentissime probatur, quia in dicto Instrumento solum principaliter continetur venditio alterius medietatis prædii, de qua ad præsens non agitur, prout legitur, ibi in parte dispositiva. *Iure* proprio, & in perpetuum dedit, & vendidit, dat, & vendit admodum Illustris. & Claris. D. Nicolao quondam Claris. D. Philippi de Antellensibus nobili I. C. ac Patritio, & Senatori Florentino, nec non Serenis. Magni Ducis Etruriæ, & Illustris. ac Sacræ Religionis, & Militiæ Militum

Divi

Divi Stephani Papæ, & Martiris Auditori præſenti, & pro ſe, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus recipienti, ementi, ſtipulanti, & acceptanti medietatem infraſcripti prædii ad dictum Clariſs. Dominum Nicolaum Puccium ſpectantem, & pertinentem vigore Teſtamenti prædicti, hoc modo, vulgari ſermone videlicet &c.

Unde inſurgit, quod mentio in eodem Inſtrumento circa alteram partem dicitur facta per viam enunciativæ, quæ verba non dicuntur diſponere tamquam lata incidenter propter aliud, 35
Genua de verb. enunciat. lib. pr. qu. 3. n. pr. Joſeph de Seſſe deciſ. 369. n. 7. lib. 4. cum cœteris vulgatis. Seu per viam præſuppoſiti, & per conſequens, qui præſupponit nihil dicitur diſponere ex defectu conſenſus, ut in his terminis inquit *Text. in Leg. non* 36
idcirco 9. ff. de iur. & fact. ignor. ubi etiam erat factum publicum Inſtrumentum. Et a fortiori argum. *Leg. ex facto 1. ff. de hæred. inſtit. Felin. in cap. ſedes n. 5. de reſcriptis Rot. dec. 23. de Procurator. in antiquis his relatis Rot. deciſ. 55. n. 4 par. pr. rec. & dec. 108. n. 3. & dec. 507. n. 2. par. pr. div.*

Et propterea cum hodie principaliter revocetur in dubium illud in iure conſiſtens, de quo fuit facta incidenter confeſſio, talis confeſſio non præiudicat veritari, ut diximus ſuperius, quibus addimus in puncto ſimilis confeſſionis iuris circa Teſtamentum etiam pluries, ac pluries geminatæ, erudito calamo conſu- 37
lentem, *Decian. conſ. 33. n. 68. & 74. lib. pr.* quem ſequuta eſt *Rot. cor. Buratt. dec. 168. n. 26.* prout in ſimilibus terminis illius qui cum præſuppoſito, quod hæreditas ad alium pertineret pro 38
medietate, inquit *Cyn. in Leg. pr. n. 2. ante med. verſ. verbi gratia Credebam &c. Cod de falſ. cauſ. adiect. legat.*

His accedat ad excluſionem renunciationis, quod renunciatio præſupponit, quod D. Nicolaus Puccius ſciret, atque crederet ad ſe ipſum ſpectare etiam alteram medietatem ex iure accreſ- 39
cendi, nam in eo quod ſuum non erat, cadere non poterat renunciatio, *Leg. mater decedens ff. de inoffic. teſtam. Rim. iun. conſ. 54. n. 17. & conſ. 507. n. 27. Menoch. conſ. 381. num. 29. e 30. Surd. conſ. 150. n. 45.* & alibi paſſim.

Quod præſuppoſitum ſcientiæ ſui iuris in facto non verificatur, imo totum contrarium legitur in eodem Inſtrumento, in quo expreſſis verbis, idem D. Nicolaus Puccius enunciavit alteram medietatem prædii perveniſſe libere in dictum Clariſs. D. Nicolaum Antellenſem, uti hæredem hæredis præfatæ Teſtatricis.

Et propterea quomodocumque revolvatur hic contractus ex huiuſmodi Inſtrumento reſultabit ſolum confeſſionis actus in iure erroneus, qui dato etiam, quod eſſet pluries geminatus, non 40

per hoc nocebit, nec etiam in minimo, ut dixlmus ſuperius in ratione decidendi hunc tertium punctum.

Ex quibus omnibus, cum ceſſet actus renuntiationis, venit in conſequentiam, quod etiam ſi Dominus Octavius Pucci non
41 acceptaverit hoc legatum, nihilominus eius hæredes potuerunt, illud agnoſcere, & acceptare, *L. ſi poſt diem §. in princ. ff. quand. legat. dies ced. Leg. ult. Cod. eodem Alex. conſ. 108. n. 5. lib. 3. Bart. in d. Leg. re coniuncti 87. n. 58. ff. de legat. 3. Bellon. iun. d. cap. 7. qu. 62. n. 6. & ſeqq. & prius qu. 41. num. 56. & ſeqq. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 22. num. 109. Rota decis. 506. num. 5. par. 4. diverſ.*

Neque in præſenti quæritur an emptor emiſſet, nec ne alteram partem prædii, quando ſciviſſet non futurum Dominum totius prædii, quia non agitur in præſenti de altera parte prædii vendita, neque de reſcindendo contractum ex hoc capite, et propterea non eſt noſtrum ſuper hoc aliquid reſpondere.

42 Non obſtat, quod utrum D. Nicolaus Puccius erraverit nec ne in iure, conſiſteret in eius animo, hæres autem non poteſt
43 voluntatem, & animum defuncti declarare, quia voluntas morte expirat, *Leg. 4. ff locat. Surd. conſ. 349. n. 55.*

Reſpondetur obiectum minime procedere in ſimplici confeſ-
44 ſione defuncti in iure erronea, verum ſolum procedere forſan poſſet, quando ille, qui confeſſus eſt, non ſe retinuit in puris
45 terminis confeſſionis, ſed devenit ad ulteriorem actum, ut puta renunciationis, ſeu donationis, ſeu aliter conſenſum præſtitit, itaut ad actum voluntatis pervenerit, ita diſponendo, in quibus terminis loquitur *Surd. d. conſ. 349. n. 55.* ubi reddit rationem infraſcriptam. Nam ignoratur, an erraverit, nec ne, & poteſt eſſe, quod ultra præſumptam iuris ſcientiam, vere defunctus ſciverit feudum ad ſe ſpectare, ſed quia adeſſent Doctores contradicentes, & de utilitate neptis agebatur, non curaverit de proprio præiudicio, conſentiendo inveſtituræ factæ Mariæ, & ſorori.

Quod evidentius deducitur ex tota ſerie illius conſilii *Surdi*, atque ex Doctoribus, in quibus ſe fundat idem *Surd.* inter quos præſertim *Bart. in Leg. inter ſtipulantem 83. §. 1. ff. de verbor. oblig. n. 3.* ubi poſtquam retulerit dictum *Gloſſæ in Leg Pomponius 5. §. fin. in verb appareat ff. de reivindic.* atque *Gloſſ. in d. Leg. inter ſtipulantem 83. §. 1. in verb. Actori*, ex quibus infer-
46 rur concluſio illa, quod declaratio libelli non tranſit ad hæredem, idem *Bart. poſtea n. 4.* inquir. Hic agitur de declaratione, voluntatis quando de certo ſenſit.

47 Nec non melius hoc idem declarat *Bart. in Leg. ſi quis a filio 32. §. ſi quis plures ff. de legat. pr.* ubi concludit, quod quando

do conſtat Teſtatorem aliquid certum ſenſiſſe, & dubium eſt de quo, tunc quando aliquis poſſet damnificari, non permirrererur hæredi declaratio voluntatis; ſecus autem quando nemo per hoc poſſet damnificari, licet per hoc poſſet aliquid lucri perdere, hoc dicit *Bart.* quem ſequuntur omnes de communi, quos refert *Surd. d conſ.* 349. *n.* 55. ipſique omnes Doctores præſupponunt actum voluntatis, qui denotat præcedentem conſenſum; Necnon loquuntur in terminis, in quibus error non præſumitur, ut videre eſt eoſdem Doctores, & per conſequens ubi fuit deventum ad aliquem actum diſpoſitivum, & ſic in terminis longe diverſis ab erronea confeſſione; circa ea, quæ in iure conſiſtunt, 48
in quibus nos verſamur: nam ex quo non eſt aliter opus probare errorem confeſſionis, niſi demonſtrando rem ſe aliter in iure habere, ex quo error dicitur ineſſe in ipſamet confeſſione; 49
Ideo cum nullus ſit errantis conſenſus, non ſolum ipſe defunctus, ſed etiam eius hæredes venire poſſunt contra confeſſionem, 50
ut inquit ad literam *Text. in Leg. non ideireo la 9 Cod. de iur & fact. ignor.* & ibi Doctores, *Bald. in Leg. error in fin. Cod eodem Afflict. dec.* 233. *in fin. Ruin. Cephal. & Menoch.* quos refert, & ſequitur in hoc propoſito diſtinguendo idemmet *Surd. conſ.* 349. *n.* 56. ex adverſo allegatus, quibus addimus *Surd. dec.* 130. *n.* 1. *& 2. & ibi Hodiern. verſ. fin.* ubi recenſentur plures concordantes *Hector de Guid. tract. de virtb. confeſſ. par.* 2. *cap. pr. num.* 22. *& ſeqq. Cyriac. contr.* 65. *n* 15. *Rot. dec.* 188. *n.* 3. *par.* 6. *rec.*

Non obſtat, quod ſaltem ex confeſſione in præfato Inſtrumento negari minime poſſit, quin reſulret, quod cum ex prædictis punctus iuris accreſcendi ſit valde conrroverſus, per conſequens ex quo ipſemet legatarius obſervavit, ſe conformando 51
cum opinione illorum, qui ſcripſerunt in his terminis ad excluſionem iuris acereſcendi, videtur, quod hæc eadem opinio prævalere debeat, tamquam per partes obſervata, *Gratian. dec. March.* 43. *n.* 20. cum concordantibus.

Reſpondetur, non concurrere in præſenti ullam partis obſervantiam, quia obſervantia, ſeu declaratio deber fieri ab eo, 52
qui certus ſit, non ab eo, qui ignorat, & ideo non conſentir, *Leg. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iudic.* neque poteſt dici ne- 53
gligere, ſeu contemnere ius ſuum, *cap. quia diverſitatis de conceſſ. præbend.* alias res dubia declararetur ab eo, quod eſt magis dubium, atque ignotum per ignotius; Et propterea eſſet neceſſarium, quod pars adverſa fundaſſet obiectum, probando legatarium 54
habuiſſe ſcientiam huiuſmodi ſui iuris, ſaltem conrroverſi, ut concludit in his terminis *Surd. conſ.* 454 *n.* 50. 51. & 52.

Atque

Atque ipsimet Doctores, qui dicunt dispositionem dubiam
55 Testatoris recipere interpretationem ab observantia addunt etiam quod huiusmodi observantia induci non potest sine scientia, & patientia hæredis, *Buratt. decis.* 129. *n.* 7. & in puncto erroneæ confessionis, seu observantiæ, *Menoch. cons.* 337. *n.* 38. *vers. respondetur primo*. Et facit ad huiusmodi propositum, quod data nullitate alicuius scripturæ, seu contractus, quamvis postea partes observaverint iuxta dictum contractum, tamen ad hoc ut huiusmodi observantia suffragari possit contra illum, qui observavit,
57 debet constare illum non solum habuisse notitiam contractus, sed etiam quod ipse contractus esset nullus, in hac enim observantia habenda est ratio; An is, contra quem allegatur sciverit,
58 vel ignoraverit dictam scripturam, atque defectum solemnitatis illius, & sic sui iuris, ut bene ponderat *Aym. de antiq. tempor. par.* 1. *sect.* 4. *n.* 19. *vers. rursus in ista observantia &c.* hoc re-
59 lato, *Rot. decis.* 104. *num.* 16. *par.* 2. *diverf.* de qua scientia non constat, imo deducitur ex lectura Instrumenti, quod idem legatarius omnino credidit alteram medietatem fuisse caducam hæredi, & si aliter sensisset facile eidem fuisset hoc exprimere.

56 Non obstat illud, quod successive dictum fuit, nempe ex quo ius accrescendi est quid reale, & portio non personæ, sed portioni accrescit, veluti alluvio portioni; Ideo in quoscumque possessores ipsa portio principalis transfertur ad ipsos quoque,
57 quamvis singulares successores, portio accrescens pertinere debet, *Leg. si Titio* §. *pr. ff. de usufruct. cum simil.* Hinc inferebatur, quod dum Dominus Nicolaus Puccius, vendidit medietatem huius prædii, quæ erat portio principalis, censetur quoque per neces-
58 sarium consequens ius accrescendi in emptorem transtulisse, & sic totum prædium, *Bellon. de iur. accresc. cap.* 6. *qu.* 20. *n.* 18. *& cap.* 7. *qu.* 62. *n.* 8. *& 9. & qu.* 67. *n.* 14. *ad n.* 22. ubi inter cætera argumenta ponderatur in hoc obiecto illud relatum, *n.*
59 19. ibi, Quamobrem vendito servo legato, censetur etiam venditum legatum, quod eidem servo relictum erat; *L. quæsitum* 93. §. *servo legato ff. de legat.* 1. cum concordant. Atque simili modo vendiro servo, qui fuerat hæres institutus, censetur etiam ven-
60 dita hæreditas, quæ poterat per eum acquiri, *Leg. qui filio* 38. §. *fin. cum Leg. seqq. ff. de hæred. instit. cum simil.*

Respondetur obiectum non esse applicabile ad casum nostrum, in quo de tempore, quo D. Nicolaus Puccius vendidit præfatam medietatem prædii, erat iam sibi acquisitum ius, etiam in altera medietate ob conditionem purificatam usque sub die 21. Maii 1617. de quo tempore mortuus est Clariss. quondam D. Donatus Antellensis sine filiis masculis, vel fœminis; cum cer-

tis-

tiſſimi iuris ſit, quod ubi locum habet ius accreſcendi hoc acquititur ipſo iure, etiam ignoranti, abſque eo quod requiratur 61
petitio, ſeu agnitio, ut diximus ſupra eum *Bellon. de iur. accreſc. cap. 1. qu. pr. n. 9. & cap. 7. qu. 62. n. 11.* & ſimilibus.

Deducta vero in obiecto loquuntur, quando portio vacat poſt alteram portionem venditam, ut apertis verbis deducitur ex 62
queſtione propoſita per *Bellon. cap. 7. qu. 67. n. 7. verſ. ſecundus caſus eſt*, in illis verbis „ Et quæramus an pars, quæ poſtea va„ eat, debeat emptori, an vero potius venditori accreſcere „ & *n.* 11. „ ibi „ eum alia portio poſtea defeciſſe ſupponatur „ & *n* 20. „ ibi „ partem quæ poſtea vacat „ & pluries hoc idem repetit *Bellon. in d. qu.* 67. Atque in eiſdem terminis loquuntur iura in quibus ſe fundat *Bellon.* utpote etiam *Text.* in obiecto præſerrim ponderatus in *Leg. quæſitum* 93. §. *ſervo legato ff. de legat. pr.* hæc ſunt verba *Textus* „ Servo legato legatum datum „ eſt, ſi alienatus a Teſtatore fuerit, legatum ad emptorem per„ tinebit „ in hoc *Textu* non poteſt intelligi, niſi de legato acquirendo poſt alienationem ex eo, quia ipſemet Teſtator eſt, qui alienat, & certo certius expectandum erat tempus mortis ipſius Teſtatoris alienantis, quia legatum non acquiritur legatario niſi poſt mortem Teſtatoris, arque aditæ hæreditatis, ut in puncto legati ſervo relicti, inquit *Text. in Leg. cum legato ſervo 17. ff. quand dies legat.*

Prædictaque confirmantur, quia poſt ius acquiſitum, & conditionem adimpletam non eſt agere de iure accreſcendi, ſed de iure, quod acrevit, atque in terminis legatorum nullus eſt, quem vidimus, qui dixerit hoc ius acquiſitum tranſire in ſingularem ſucceſſorem.

Et quamvis fuerit replicatum obiectum a fortiori procedere 63
in iure acquiſito, quam in acquirendo ex *Leg. 2. §. non ſolum, & §. non tantum autem ff. de hæred. vel action. vend. Bellon. dicto cap. 7. qu 67. n. 162. & 163. & ſeqq. & a n. 175.* uſque *ad* 181. 186. 187 189. 190.

Nihilominus ad tollendam huiuſmodi replicationem animadver- 64
tendum eſt, quod ibi *Bellon.* non amplius loquitur de legato, ſed de hæreditate vendita, quem caſum tertium, & ultimum diſcutiendum ibidem propoſuerat ante *n.* 29. *verſ. Tertius, & ultimus caſus*. Atque evidentius legitur in *L. 2. §. non tantum ff. de hæred vel action. vendit.* ubi *Ulpian.* inquit „ Non tantum autem, „ quod ad venditorem hæreditatis, ſed & quod ad hæredem eius „ ex hæreditate pervenit, emptori reſtituendum eſt & non ſolum, „ quod iam pervenit, ſed & quod quandoque pervenerit, reſtitu„ endum eſt. „

Et ra-

Et ratio differentiæ patens est, quia emptor hæreditatis di-
65 citur quodammodo successor universalis, quia in eum transeunt actiones hæreditariæ, saltem utiles, quamvis directæ remaneant
66 penes hæredem, *Bellon. d. cap. 7. qu. 67. n. 42.* ideo non mirum, si transferatur etiam ius præteritum, & futurum, tamquam commodum ex hæreditate proveniens; *Bellon. d. cap. 7. qu. 67. n. 36. & n. 62.* particularique animadversione dignum est, quod hic *Bellon.* non dubitat circa ea, quæ iam hæreditas acquisiverat, quia hæc veniunt in venditione sub nomine hæreditario, sed loquitur de parte accrescente, & vacante post venditam hæreditatem, etenim circa hanc dubium erat; ut videre est, ante *n.* 157. „ ibi „ „ partem postea vacantem „ & *n.* 175. „ ibi „ partem accrescen- „ tem „ & infra pluries *n.* 189. & 190. & semper de parte accrescente locutus est, usque ad finem iuxta Thema dictæ propositæ quæstionis.

Cætera vero, quæ deducta fuerunt fundata in clausulis, quæ leguntur in dicto instrumento venditionis minime visa fuerunt obstare, quia cum idem Instrumentum contineat tantum venditionem
67 medietatis Prædii, nimis notum est, quod clausulæ non possunt operari nisi circa rem venditam, atque clausulæ executivæ, nec
68 etiam possunt principalem obligationem ampliare, licet valeant fortius promittentem obligare, *Dec. conf. 2. num. 10. Pariſ. conſ. 54. n. 36. vol. 1.* his relatis *Rot. dec. 55. n. 5. p. 5. recent.* & nimis absurdum esset, quod propter vim clausularum censeretur venditum quid diversum a re vendita, de cuius pretio nec tractatum, neque dispositum, neque etiam cogitatum: Ita ut nec re, neque pretio, neque consensu interveniente, est impossibile, quod dari possit contractus venditionis.

Condemnavimus reum conventum ad restitutionem fructuum a
69 die litis contestatæ, de illo enim tempore præsumitur mala fides,
70 quæ præsumptio dicitur iuris, & de iure *Bart. in L. ſed & ſi lege §. & ſi ante n. 1. ff. de petit. hæred. Surd. conſ. 293. n. 9. addeu. ad Buratt. deciſ. 130. ante n. 15 & dec. 188. in prine. par. 7. rec.*

Et ideo ab hoc tempore solent condemnari possessores ad fructuum restitutionem, *d. Leg. ſed & ſi lege §. ſi ante ff. de petit. hæred. Leg. nemo Cod. de acquir. poſſeſſ. Rot. dec. 3. n. 1. 2. & 3.*
71 *par. 7. rec.* ubi refert idem observari in Consilio Neapolitano in *Rot. Bononienſ.* atque in Regia Audientia Cataloniæ.

72 Etenim ante litis contestationem ex prædictis satis resultare visum fuit bonam fidem in possessore, qui propterea hac stante solet facere fructus suos, imo sufficit, quod absit mala fides, *dicta Leg. ſed & ſi lege §. ſcire*, & ibi Doctores *ff. de petit hæredit. Leg. quæſitum in fin. ff. de acquir. rer. dom. Surd. conſ. 115. n. 7.*

Rot.

Rot. cor. Gregor. dec. 74. n. 1 cor. Buratt. dec. 184. num. 6. Rot. dec. 3. n. 4 & dec. 212. n. 6. & 7. par. 7. rec.

Non enim requiritur ad huiuſmodi effectum aliquis titulus, 73
ſed ſufficit qualis, qualis occaſio poſſidendi etiam colorata, *Bartol. in d. Leg. ſed & ſi lege § ſcire n. 2. ff. de pet. hæred. adden. ad Gregor. dec. 74. litt. A. adden. ad Buratt. dec. 184. litt. B. Rot. dec. 528. n. 7. p. 2. dec. 3. n. 5. dec. 112. n. 5. par. 7. rec.*

Ex quibus ceſſant omnia in contrarium allegata, & deducta, quæ voluimus hic adducere, & ſingillatim omnibus reſpondere, ut cognoſcatur, quod cauſa fuit plene cognita, & diſcuſſa; pro ut cum huiuſmodi verbis concludit *Lepidus in eius ult. dec. Lucenſ.*

Et ita &c.

Ferdinandus Gucchius Auditor.
Iulius Ceſar Leonius Rotæ Auditor.
Carolus Bianchellus Rotæ Auditor, & Relator.

Scripſit pro reſolutione capta in hac cauſa *Altograd. apud Venturin. conſ.* 80. quod eſt reperitum inter *conſ. eiuſdem Altogr. conſ.* 103. *lib.* 2. pro reſolutione pariter ſcripſit *Merlin. apud eund. Venturin. conſ.* 81. *conſ.* 82. *& conſ.* 83.

Contra reſolutionem vero ſcripſit idem *Venturin. conſ.* 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. *tom.* 3.

DECISIO X.

FLORENTINA DECOCTIONIS.

8. *Aprilis* 1655. *cor. Audit.* VALENTINO FARINOLA.

ARGUMENTUM.

PER diſpoſitionem Statuti Florentini *Rubr.* 9. quo diſponitur Forenſibus in Iudicio Concurſus ex bonis decoctorum adminiſtrandam eſſe iuſtitiam ſecundum Ius comune, & Leges Imperiales, non eſſe eos cæteris creditoribus præferendos ſtatuitur; Non obſtante argumento deducto a *Rubr.* 10. dicti Statuti, quo cavetur creditores ex cauſa dotis, tutelæ, & curæ, quibus pariter redditur iuſtitia ſecundum Ius comune, aliis creditoribus eſſe præferendos: Imo licet Forenſes prævenerint Florentinos creditores in conſecutione Sententiarum, quas ad ſui favorem obtinuerunt pro liquidatione, & executione ſui crediti.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Statutum Florentinum disponit forensibus nolentibus concurrere cum creditoribus Florentinis administrandam esse iustitiam iuxta Ius commune, & de ratione* n. 9.
2 *Quod Statutum non dicit, nec nos dicere debemus, & ultra casus expressos extendi non debet.* n. 12.
3 *Mens statuentium in omnibus dispositionibus attendenda est.*
4 *Statuta fiunt in favorem subditorum, ergo non debent extendi, & prorogari in odium, & damnum eorum.*
5 *Statuta sunt stricti iuris.*
6 *Contra iuris principia est, ut qui habet tantum actionem personalem præferatur creditoribus anterioribus.*
7 *Nec obstat argumentum deductum a Rubr.* 10. *dicti Statuti, cui respondetur,* n. 8 17.
10 *Statutum debet intelligi prout dictat ratio, ut minus quam fieri potest lædatur ius tertii etiamsi oporteret impropriare verba, præsertim ubi fraudi via aperiretur.* n. 13.
11 *Non potest uti Statuto, qui ei subitici recusat.*
14 *Decoctores sunt faciles ad mentiendum, fraudandum, & fallendum.*
15 *Statutum non est interpretandum, ut reddatur elusorium, & aperiatur via circumventionibus, ac fraudibus.*
16 *Causa dotis, tutelæ, & curæ est privilegiata.*
18 *Bona mercatoris cessantis dantur sindicis, ut illa vendant pro satisfaciendis creditoribus per solidum, & libram.*
19 *Refertur opinio Baldi in Leg. supervacuam* 12. *n.* 9. *Cod. depos.*

TUit inita societas inter Nicolaum, & Philippum de Scalandronis, nec non Ioannem de Guccis sub die 22. Aprilis 1649. in quam Nicolaus posuit sc. 10000. Philippus scut. 4000. & Ioannes scut. 2000. cum pacto, quod ratio Bancaria deberet cantare *sub nomine Antonii, & Nicolai de Scalandronis*: ipsis autem tribus Sociis tantum data fuit invicem æqualis, parque facultas negociandi, & obligandi, aliis autem præter illos fuit denegata, ut constat ex his apocæ verbis „ non possa per alcun tempo, che ve„ glierà detta Ragione aver complimento alcuna persona fuori „ delli detti tre Contraenti, quali volsero, che ognuno di loro „ abbia la medesima facultà d' obbligarla, et in detto Compli„ mento alcuno di essi non abbia avvantaggio dall' altro. „

Vigore igitur dictæ facultatis Nicolaus sub die 22. Augusti 1651. ad cambium recepit a Domino Blasio Gondola Nobili Ragusco scut. 1500. auri, ipsumque creditorem constituit in socie-

tatis

tatis Libro ſignato N. his verbis, quibus pactita concepta fuit „ Dal Sig. Biagio Gondola Nobile Raguſeo ſcudi 1500. avuti „ da lui contanti per reſtituirgliene nei pagamenti proſſimi di „ Fiera di Santi liberamente ſenz' eccezione alcuna, e mentre „ ſtaranno appreſſo di noi ſe li devino cambiare ſopra di noi „ per le Fiere di Biſenzone, e dove ſi faranno dette Fiere ſe„ condo l' uſo, ſalvi d' ogni ſpeſa di provviſione, con che „ l' intereſſe de' frutti de' cambi non eeceda a maggior ſomma „ di ſcudi uno, e mezzo per cento Fiera per Fiera, da co„ minciare a decorrere in pagamenti proſſimi di Fiera d' Ago„ ſto, recò Niccolò Scalandroni. „

Deficiente dicta Ratione Banearia in ſolutione, & ſatisfactione creditorum Societatis, ipſi Scalandrones fuerunc ad illorum inſtantiam declarati ceſſantes, ut conſtat ex duobus Decteris DD. ſex Curiæ Mercantiæ tamquam Syndacorum ſubrogatorum, quare eorum bona fuerunt incorporata, & apud tres Deputatos ab univerſitate creditorum depoſita ad hoc, ut cunctis per ſolidum, & libram diſtribuerentur ad formam Statuti. *De modo, & forma diſtribuendi bona ceſſantium, & fugitivorum inter Creditores, Rubr. 9* ſolus inter Creditores reluctavit dictus Dominus Blaſius Gondola intendens uti diſpoſitione Statuti Communis, *Rubr 9* Quo cautum eſt, Forenſibus nolentibus concurrere cum creditoribus Florentinis adminiſtrandam eſſe iuſtitiam ſecundum Ius commune, & Leges Imperiales, quæ diſpoſitio rurſus fuit reperita a Compilatoribus Statutorum novotum Curiæ Mercantiæ *Rubr. 2. delli Ceſſanti, e Fuggitivi colle pecunie, e robe altrui* § *e ſe alcuno dei Creditori Foreſtieri non vorrà concorrere lib. 3.* 1.

Agens igitur coram Excellentiſſimo Domino Iudice Quartierorum petiit condemnari dictos de Scalandronis debitores in ſumma ſcutorum 1500. una cum cambiis decurſis, & decurrendis, & Sententiam favorabilem reportavit, quæ in Iudicio etiam appellationis fuit ab Excellentiſſimis DD. Tribus Iudicibus ſecundarum appellationum confirmata, excepta illa parte, quæ poſt decoctionem cambia tribuebat; fuit enim dictum non poſſe Philippum decoctum amplius cambiare, ut ex *Deciſ. diei 18. Martii 1653. Mot. 122.*

Firmato igitur crediro dicto Domino Gondolæ conſiſtente in ſumma prædicta ſcut. 1500. una cum cambiis decurſis uſque ad diem decoctionis, ipſe præcedens præferri cæteris creditoribus etiam anterioribus in ſatisfactionem dicti ſui crediti, obtinuit ab Excellentiſſimo Domino Iudice Curiæ Mercantiæ ſequeſtrari bona Domini Philippi, exiſtentia apud Dominos Deputatos.

Verum dicti Domini tres Deputati verentes, ne Dominum Gondola creditoribus omnibus præferretur, & vigore dictarum Sententiarum totam integram ſummam ſui crediti in ipſorum præjudicium, ac damnum conſequeretur a Dominis Sex Curiæ Mercantiæ petierunt, & obtinuerunt illi inhiberi, ac precipi pœna adiecta, ne ulterius procederetur.

A conceſſione autem inhibitionis, & præcepti ſentiens ſe gravatum Dominum Gondola recurſum habuit ad S. C. S. quæ dignata fuit benigne reſcribere „ Dominos tres Iudices ſecundarum appellationum debere iudicare ſuper validitate præcepti, ac facultate inhibendi.

Cauſa autem coram Rota introducta, vixque exagitata dd. Domini Tres Deputati, ipſe Philippus de Scalandronis, & Dominus Gondola concorditer receedendo ab ineepto Iudicio preces porrexerunt S. C. S. & narrato inter ipſos controverti modum exequendi ſententias Rotales petierunt firmis manentibus iiſdem ſententiis concedi dictis Dominis Sex Curiæ Mercantiæ facultatem iudicandi, & unica ſententia definiendi omnes controverſias inter eaſdem Paries circa dictum modum exequendi ſententias cum Voto noſtro deciſivo, benignumque obtinuerunt Reſcriptum ſub die 28. Ianuarii 1684. his verbis conceptum „ *ſtante il conſenſo concedeſi*.

Nos igitur pluribus in medium a Partibus allatis, vel tamquam inanibus, vel rem iudicatam directo offendentibus, reiectis, ad duas potiſſimum quæſtiones totius cauſæ definitionem reduximus.

Alteram ſcilicet, an Dominus Gondola ſtante dicto Statuto *Rubr. 9. de modo, & forma diſtribuendi bona ceſſantium, & fugitivorum inter creditores*, quo diſponitur Forenſibus adminiſtrandam eſſe iuſtitiam ſecundum Ius Commune, & Leges Imperiales ſit cæteris Creditoribus præferendus.

Alteram, an idem D. Gondola habeat hypothecam in bonis Domini Philippi de Scalandronis.

Utramque reſolvendam, definiendamque negative cenſulmus; Nam. Quoad primam moti fuimus ex eo; quod licet per dictum Statutum *de modo, & forma diſtribuendi bona Ceſſantium, & fugitivorum inter Creditores Rubr. 9.* diſpoſitum ſit Forenſibus nolentibus ſtare concordiæ, vel recuſantibus concurrere cum aliis Creditoribus Florentinis per ſolidum, & libram reddendam eſſe iuſtitiam ſecundum Iura Communia, & Leges Imperiales, nullatenus tamen ſunt his præferendi.

Tum quia id repugnat verbis Statuti, aliud ſiquidem eſt adminiſtrari iuſtitiam ſecundum Iura Communia, & Leges Imperiales, aliud cæteris Creditoribus præferri: nullibi enim in ipſo

Sta-

Statuto legitur, eos esse præferendos, quod igitur expresse Statutus non dicit, nec nos dicere debemus, *Amat. dec. March.* 2. *num.* 32. & in terminis Curiæ Mercatorum *Magon. dec. Lucens.* 1 *num.* 18. nec ab alio suppleri, idem *Amat. decis. March.* 52. *num* 23. nam tantum disponere intelligitur, quantum loquitur, & non ultra, ut in terminis similis Statuti Lucæ vigentis dixit *Dom. Altograd. cons.* 4. *num.* 23. *lib.* 1. 2

Tum quia repugnat menti Statuentium, quæ semper in omnibus dispositionibus attendenda est *Rota Bononien diverf. dec.* 42. *n.* 27. *fol.* 257. quam nullus Iudex recte sentiens iudicabit unquam fuisse, ut quicquam statuere voluerint contra Cives in commodum, & utilitatem Forensium, quibus damnum, & incommodum regulariter præstare non possunt, *Soccin. Iunior. cons.* 80 *num.* 9. *lib.* 4. *Natta cons.* 48. *num.* 1. *lib.* 1. *Rot. dec.* 295. *n.* 3. *par.* 1. *diverf.* ex defectu scilicet potestatis *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 180 *num.* 4 *par.* 2. *Mascard. de Statut. interpret. concl.* 6. n. 14 *Ciarlin controv* 205. *num.* 15. *par.* 2. *fol.* 421. 3

Tum quia repugnat æquitati, ut Statutum Florentinum ita interpetremur, ut extendatur, & prorogetur in odium, & damnum Subditorum; solet enim dici Statuta fieri in favorem subditorum, *Leg.* 1. *Cod. de Summ. Trinit. Leg. Imperiales Cod. de nupt.* non Forensium, *Brun. in Tractat. de Statut. exclus. fœm. prop. masc. in 6. artic. in princip. prim membr. col* 2. *verfic. fiunt enim municipalia. Soccin. Iun cons.* 80. *n.* 9. *lib.* 4 *fol.* 136. *Rota decis.* 461. *num.* 2. *par.* 4. *recent. tom.* 2 *fol.* 637. quos sicut non ligat in concernentibus eorum damnum, ut est communis conclusio *Roman. cons.* 244. *num.* 6. ita nec etiam eosdem comprehendit in his, quæ concernunt eorum favorem, *Roman. dicto cons.* 224. *num.* 6. *Mandes. ibidem Riminald Iun. cons.* 269. *num.* 67. *lib.* 3. *fol.* 175. nisi specialiter dictum sit a Statuentibus, *Peregrin. dec* 56 *num.* 4. quod autem favore quorumdam constitutum est quibusdam casibus ad læsionem eorum nolunt Imperatores inventum videri in *Leg. quod favore* 6. *Cod. de Legibus*, & *Constitut. Princip.* 4

Tum quia repugnat regulæ iuris, quæ dicit, Statuta stricti iuris esse, *Bartol. in Leg. omnes populi n* 60. *ff. de iustit & iur.* & *in Leg. in constitutionibus ff. ad municipal.* & dicunt Doctores in *Leg. quicquid adstringendæ ff. de verbor. obligat.* adeout stipulationibus æquiparentur, ut inquit *Bald. in cons.* 2. *num.* 4. *lib pr.* quare etiamsi æquitas suadeat, non possent ita intelligi, ut Forenses præferrent Florentinis, ad tradita per *Dec. cons.* 334 *n.* 3. *Paris. cons.* 16. *num.* 92. *vol.* 2. multo minus quando æquitas, ut diximus, contrarium suadet, *Bece. cons.* 3. *n.* 42. & *cons* 11. 5

num. 16. *Rota Bononien. diverſ. dec.* 42. *n.* 13. *fol.* 256. Nullatenus igitur Statutum Noſtrum poteſt extendi, ut de Statuto Bononienſe *For Mercator. Rubr.* 68 præferente Mulierem creditricem ex cauſa dotis aliis Creditoribus, quamvis habentibus expreſſam hypothecam, dixit *Rota Bononien. diverſ. dec.* 80. *num.* 23. *verſ. denique & ſeqq. fol.* 478.

Tum denique, quia repugnat principiis iuris, ut qui hy-
6 pothecam non habet, neque privilegium, ſed tantum actionem perſonalem præferatur Florentinis Creditoribus contra apertiſſima iuris regula, de quibus ſunt *Text. in Leg.* 5. *in fin ff. de trib. leg. pro debito* 6. *Cod. de bon. auth. iudic. poſſid. leg.* 7. *ff. depoſit.* & infra ſuo loco plenius dicetur, ſecundum quæ iura intelligendum omnino eſt Statutum, *Cod. cum dilectus de conſuetud. Leg.* 2. *Cod. de nox. Surd. dec.* 138. *num.* 22. *Rota Bononien. diverſ. deciſ.* 68. *num.* 9. *fol.* 400.

Non obſtat, quod ex parte Domini Gondolæ dicebatur co-
7 niungendo dictum Statutum *Rubric.* 9. cum altero Statuto *Rubr.* 10. *de Creditorum Ceſſantium, & Fugitivorum*, ut inter ſe ſint pares, a quo deſumebat argumentum; nam poſtquam per dictum Statutum *Rubr.* 9. diſpoſitum fuit, creditores omnes Ceſſantium debere concurrere per ſolidum, & libras exceptis Forenſibus, quibus iuſtitia eſt adminiſtranda ſecundum Ius Commune, ut dictum eſt, dictoque Statuto *Rubr.* 10. cautum fuerit, Creditores omnes Ceſſantium æquales inter ſe eſſe, & pares, itaut Creditor anterior nullatenus poſteriori præferatur, ratione alicuius hypothecæ tacitæ, vel expreſſe, vel ratione pignoris, vel privilegii cuiuſcumque, ſtatim pariter excipiuntur, qui creditores ſunt ex cauſa dotis, tutelæ, & curæ, quibus ibidem ſecundum Iuris Communis diſpoſitionem iuſtitia adminiſtrari debet, ut illis verbis „ Salvis tamen dotibus, ac etiam debitis ex cauſa tutelæ, „ vel curæ, in quibus prædicta locum non habeant, ſed ſtetur „ diſpoſitioni Iuris Communis „ Quare cum factis Creditoribus omnibus Florentinis paribus, & æqualibus in exigendis eorum creditis, itaut per ſolidum, & libram poſthabita quacumque anteriori hypotheca, pignore, & privilegio crediti, ſit eis ſolvendum, & creditores ex cauſis prædictis dotis, tutelæ, & curæ, quibus redditur iuſtitia ſecundum Ius Commune, ſint illis præferendi ratio exceptionis ſuadere etiam videtur, ut Forenſes creditores quamtumvis poſteriores, quibus æque, ac illis redditur ius ſecundum Leges Imperiales, Florentinis anterioribus quoque præferantur, ne eadem diſpoſitio diverſo iure cenſeatur *vulgat. Leg. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupillar.*

Non

Non obſtat inquam huiuſmodi argumentum deſumptum ex combinatione utriuſque Statuti, quoniam reſpondetur, diverſos 8
eſſe caſus, diverſas diſpoſitiones Statutorum, ſicut diverſæ ſunt Rubricæ; ideoque diverſo iure cenſendas eſſe.

Primo enim loco animadvertentes Statutorum conditores, iniquum eſſe cogere Forenſes, qui Statutis non ligantur in concer- 9
nentibus eorum damnum ex communi omnium ſententia, de qua per *Roman. dicto con.* 224. *num.* 6. ut cum cæteris Florentinis per ſolidum, & libram concurrerent, illorum voluntati relinquerunt, an ne vellent uti diſpoſitione dicti Statuti, an vero iuris communis, iuſte igitur ſanxerunt, illis nolentibus concurrere cum Florentinis adminiſtrandam eſſe iuſtitiam ſecundum Iura Communia, & Leges Imperiales. At vero cum non amplius de Forenſibus ageretur, ſed de Florentinis ſubditis, quos Legibus ligare poterant, diſpoſuerunt ſub dictâ *Rubric.* 10. omnes æquales eſſe, & pares inter ſe exceptis Creditoribus ex cauſa dotis, tutelæ, & curæ. Voluerunt igitur privilegium iſtud prælationis concedere Subditis contra Subditos, non etiam Forenſibus contra eoſdem Subditos, ſcientes iidem Statutorum Conditores, æquum non eſſe, Forenſes æque privilegiatos eſſe, ac ſubditos, cum nec etiam poſſint uti Statutorum beneficio contra Civem, *Leg. fin. Cod. de Sum. Trinit. & Fid. Cath. conſ.* 156. *num.* 2. *lib.* 1. *Roman. dicto conſ.* 224. *& ibi Mand. Ruin. conſ.* 119. *in fin. lib.* 1. *Pariſ.* teſtans de communi *in conſ.* 12 *num.* 26. *lib.* 3. *Natt. conſ.* 46. *num.* 5. *lib.* 1. *Alex. conſ.* 44. *num.* 9. *lib.* 5. *Burſatt conſ.* 36. *n.* 10. *lib.* 1. *Riminald. Iun. conſ* 269. *n.* 67. *& ſeqq. lib* 3. *Rol. de luer. dot. quæſt.* 36. *num.* 2 *verſ.* 4. *& conſ.* 79. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 3. *Honded conſ.* 29. *num* 16. *lib.* 2. *fol.* 204.

Satis enim in hoc privilegiati videntur Forenſes, quod ſi forte creditores hypothecarii ſint, volentes iudicari de iure communi (quod Florentinis a ſtatuto prohibetur, ac denegatur) cæteris præferantur, ſi anteriores ſint, Statutum enim intelligi debet, 10
prout dictat ratio, ut minus quam fieri poſſit lædatur ius commune, & ius tertii, etiam ſi oporteret impropriare verba, *C. eum dilectus* ubi *Ant. de Butr. & Imol. extr. de conſuet. Adden. ad Magon. dec. Luten.* 22. *litt. C.* At vero quod ad inſtar creditorum ex cauſa dotis, tutelæ, & curæ cæteris etiam anterioribus præferantur, neque dicendum, neque ferendum videtur, ad tradita per *Rot. Bononien. diverſ. dec.* 150. *n.* 43.

Tum quia non poteſt uri Statuto, qui ei ſubiici recuſat, & 11
profitetur ius ſibi dici ſecundum legis Imperialis cenſuram, *argum. Leg. ſi is* §. *diverſum ff. de inoff. teſtament.* Tum quia Statutum extra caſus in eo expreſſos extendi non debet, ſed tantum 12

militat in casibus formaliter expressis. *Gratian. cons.* 41. *n.* 27. *lib.* 2. *Dec. cons.* 451. *n.* 8. *Cephal cons.* 247. *n.* 37. *& seq. Rot. Bononien. diverſ. dec.* 21. *n.* 15. *fol.* 123.

Tum quia exemplo id grave est ob multas fraudes, quæ cum Forensibus conspirantibus Florentinis quotidie in aliorum Florentinorum damnum fieri possent; quandoquidem vel iidem Florentini possent negociari sub ficto, & mendicato nomine alicuius Mer-
13 catoris forensis animo decipiendi Cives; ut cæteris præferrentur, & ita Statuti dispositionem elusoriam reddere, vel iidem Mercatores Florentini volentes de proximo fieri decoctores, possent suis Libris etiam prolato die, ut animadvertitur *ex Text. in Leg.* 1. §. *editiones ff. de eden.* scribere se ipsos debitores forensium, vel interventibus amicis secrete facere scripturas, ut consideratur ex *Text. in Leg. scriptaras* 11. *Cod. qui pot. in pign. hab.* & ita excludere cæteros creditores, quod admittendum non est *argum. in L. si decipiendi animo* 30. *ff. ad S. C. Vell.* cum decoctores sint faci-
14 les ad mentiendum, fraudandum, & fallendum, teste *Bald. in cons.* 249. *n.* 1. *verſ. æquitas lib.* 1. *& repetit. in cons.* 400. *n.* 3. *lib.* 5. & observat *Rot. Gen. de mercat. dec.* 2. *num.* 34. *Cyriac. dicta contr.* 546. *n.* 95. *Fenz. ad Statut. Urb. cap.* 109. *n.* 28. *fol.* 240. *Sanch. in ſuo tract. de indue. debit. qu.* 11. *n.* 1. *fol.* 59. *Cancer. variar. reſolut cap.* 9. *de ceſſ. bon. n.* 52. *par.* 2. *fol.* 529. quos Camaleonti æquiparat *Hering. de fideiuſſ. cap.* 15. *n.* 8. ut refert *Gratian. diſcept. for. diſcept.* 380. *n.* 19. *tom.* 2. *fol.* 259. & in eis merito invenit *Rub. in annot. ad deciſ.* 617. *n.* 71. *& ſeqq. par.* 4. *rec. tom.* 3. *fol.* 224. Statutum autem non ita interpetrandum
15 est, ut reddatur elusorium, & aperiatur via circumventionibus, ac fraudibus *Rota dec.* 203. *n.* 18. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *Rota Bonon. diverſ. num.* 10. *fol.* 15. faciunt tradita per *Alderan. Maſcard. de Statut interpret. concl.* 4. *n.* 110. quibus invigilant de facili decoctores, ut ex *Bald. cons.* 382. *n.* 20. *& cons.* 399. *num.* 3. *lib.* 5. dicit *Cyriac. contr.* 546. *n.* 94. *lib* 3. *fol.* 573. Tum denique quia
16 causa dotis, tutelæ, & curæ, quæ est privilegiata, ut de dote est *Text. in Leg. aſſiduis* 12. §. *nos igitur Cod. qui pot. in pign. hab. in Leg.* 1. *ff. ſolut. matrim. in Leg* 12. §. *ſponſa ff. de priv credit.* & alibi passim, de tutela est *Text. in Leg. pro officio* 20. *Cod. de adminiſtrat. tut. in Leg.* 41. *ff. de eodem & in* §. *ex his in fin. auth. de hæred. ab inteſt. ven. & de curat. eſt Text. in L. idem privilegium* 7. *& in Leg ſi ventri* 9. *ff. de privileg. cred.* 8. non pa-
17 titur, eos, qui nullo privilegio fruuntur, æquo comprehendi ac subintelligi in Statuto faciente mentionem dumtaxat de creditore ex causa dotis, tutelæ, & curæ, *ac proinde excludit omnino forenſes creditores* præsertim sub usuris, ut probant in pun-

cto

ſto *Text.* clariſſime *in Leg. ſi hominum* 7. §. *quoties ff. depoſ.* loquens in terminis Mercatoris ceſſantis, quorum bona dantur Syndicis, ut illa vendant pro ſatisfaciendis Creditoribus per ſolidum, & libram, *& in L. ſi ventri* 9. §. *in bonis ff. de priv. credit.* & ibi notat *Angel.* & ruſſus *in Leg. privilegia* 17. *num.* 5. *verſ. ſubaddi ff de privileg. credit.* tradit *Stracca de decot.* 7. *par. ult. n.* 3. *fol.* 441. *Decian. reſp.* 109. *num.* 14 *lib.* 2. & ſequitur *Rot. Bononien. diverſ. dec.* 83. *n.* 78. *fol.* 484 ex ratione quam aſſignat *Rip. in d. Leg. ſi ventri* §. *in bonis n.* 4. *ff. de priv. credit.* 18

Unde *Bald. in Leg. ſupervacuam* 12. *n.* 9. *Cod. depoſit.* dicebat in terminis debitoris ceſſantis, deponentes creditores ſub uſuris debere poſponi iis, qui non percipiunt uſuras, quia privilegium perdunt, ut bene dixit *Salyc. in d. Leg. ſupervacuum n.* 5. *verſic. niſi ex eis aliquis uſuras acceperit Cod. depoſit.* 19

Et ita utraque parte informante reſolutum &c.

Innocentius Maſſinius Rot. Auditor.
Valentinus Farinola Rotæ Audit. & Relator.

DECISIO XI.

EADEM FLORENTINA DECOCTIONIS.

8. *Aprilis* 1655. *cor. Aud.* VALENTINO FARINOLA.

ARGUMENTUM.

PRobatur ex obſervantia longa, nec interrupta itidem creditorem hipothecarium non eſſe, qui nulla hipotheca munitur, & nonnulla de diſcrimine inter obligationem per viam guarantigiæ, & obligationem cameralem; Reſpondetur denique non obſtare *Statut. Comun. Flor. rubr.* 13. *lib* 4. cuius diſpoſitione inducta videretur tacita hipotheca.

SUMMARIUM.

1 *Hipotheca Florentinorum creditorum per d. Statutum evanuit, nec videtur poſſe obiici forenſibus hipothecam habentibus, quod confirmatur.* num. 5.
2 *A privatione ad habitum non datur regreſſus.*
3 *Obligatio, actio, & hipotheca ſemel extincta numquam revivi ſcunt.*
4 *Statuentes ſi voluiſſent reſuſcitare hipothecam id ſane dixiſſent.*
6 *Ex dicto Statuto equatæ ſunt hypothecæ non ſublatæ.*

7 *Quod*

7 *Quod equatum est adhuc existit, quod vero sublatum non remanet, ubi multa exemplo afferuntur.*

8 *Statuentes equatis tantum inter Florentinos actionibus numquam voluerunt ex dicta exequatione privilegiariam Causam impartire forensibus.*

9 *Statutum iuris communis correctorium stricte est accipiendum.*

10 *Statutum Bononiense disponit tam creditores hipothecarios, quam Chirographarios cessantis venire in tributum.*

11 *Statutum est interpretandum, ut corrigat ius commune in uno tantum non in pluribus.*

12 *Quid de Statuto Florent. consultus responderit Castrens. cons.* 179. *num* 1. *par.* 2.

13 *Defenditur opinio Castrens.* & n. 14.

15 *Non sufficit consecutio Sententiarum pro liquidatione, & consecutione sui crediti, ut quis ceteris præferatur, & de ratione* num. 16. 17. 18.

19 *In materia fallitorum non est melior conditio occupantis.*

20 *Probatur Florentinis numquam prælatos fuisse Forenses, ubi de numquam interrupta observantia, quæ magis Decisionem confirmat, non obstante, quod de hac observantia interpretativa evertenda, & de clausula irritanti inserta in Rubr.* 17. *Statutor. ex adverso dicebant.* n. 21. 22 23.

24 *Consuetudo est ius non scriptum, quod diuturno usu, & maiorum moribus inductum est.*

25 *Interpretatio observata per plures annos est rei dubiæ explanatio.*

26 *Ex pluries iudicatis, & longa observantia pro non prælatione Forensium resultat Statutorum observantia interpretativa.*

27 *Tamquam hipothecarius haberi non potest, qui nulla hipotheca munitur.*

28 *Inter debitorem, & creditorem debet adparere conventio de qua re fit inita obligatio.*

29 *Non legitur contracta hypotheca in cap.* 16. *apochæ socialis.*

30 *Guarantigia, æque ac obligatio cameralis iuvat omnes interesse habentes, licet non intervenerint in contractu.*

31 *Bona hipothecæ nomine obligata hic obligata intelliguntur inter socios tantum.*

32 *Ordo in solutione tenendus, sunt primo hipothecarii, deinde privilegiati denique dumtaxat personalem habentes.* n. 33. 34. 35.

36 *Refutatur opinio, quod obligatio in forma Cameræ similis sit guarantigiæ, distant DD. citati inter se,* & n. 37.

38 *Obligatio cameralis non comprehendit alios interesse habentes, quando est restricta ad personas stipulantium.*

39 *Clausula* quorum interest *non potest plus obligare, quam ipsi contrahentes voluerunt.*

40 *Gua-*

40 *Guarantigia non prodeſt nominatis, ſicut nec nocet.*

41 *DD. aſſerentes ex Inſtrumento guarantigiato alteri per alterum acquiri ſine ceſſione loqui dicuntur in caſu ſtipulationis cum clauſula* quorum intereſt, n. 42.

43 *Non habenti intereſſe in ſocietate de tempore contractus nullum ius acquritur volenti uti dicta ſtipulatione ex apocha ſociali guarantigiata.*

44 *Bona adminiſtrantis hipothecata cenſentur favore adminiſtrati, id non procedit in cambio per quod transfertur dominium.* n. 45.

46 *Rei propriæ ratio aliis reddenda non eſt, contrariæ auctoritates loquuntur extra hos caſus.* n. 47. 48.

49 *Socii ad invicem tenentur ad reddendam de adminiſtratis rationem ſed quoad tertios creditores ſunt tantum debitores mutuatarii ex cauſa cambii.*

50 *Non obſtat Statutum Comunis Florentiæ Rubr. 13. lib. 4. & quid d Stat diſponat.*

51 *Procedit dictum Statutum in caſu, quo librorum Scripturæ ſint adprobatæ, & autenticatæ per Iudicem.*

52 *Non poteſt uti Statuto, qui ei ſubiici recuſat.*

53 *De iure comuni bona debitoris non ſunt hipothecata favore eius, qui ſimpliciter ſcriptus eſt creditor in Libris Mercatorum aliud ex Statut. Flor.* & n. 54.

55 *Statuta niſi per ſtatuentes aliter ſit determinatum non poſſunt obeſſe forenſibus, quia ſunt alienæ iuriſdictionis, ideoque ſecundum diſpoſitionem iuris comunis de iis eſt iudicandum.* n. 56.

57 *Maior pars creditorum, & pro numero perſonarum, & pro modo debiti preiudicat ceteris.*

OBiectum autem alterum ex diſpoſitione Statuti prædicti *Rub.* 10 deſumptum nullius eſſe momenti videtur. Dicebatur enim, quod cum hypotheca Florentinorum creditorum ex dicto Statuto evanuerit, prorſuſque ſublata fuerit, non videtur poſſe obiici Forenſibus habentibus hypothecam, ideoque in hac re propter d. Statuti deciſion. reiiciendam eſſe omnem diſputationem, *Giurb. dec. 75. n. 5. verſ. eumque Gratian. diſcept for. diſcept.* 647. n. 21. *& diſcept.* 956. *n.* 2. cum plurimis citatis per *Thomat. dec.* 28 *num.* 10. *& ſeqq. & dec.* 55. *n.* 35. idque iuris ratione manifeſtiſſima corroboratur deſumpta ex ratione naturali dictante, non dari a privatione ad habitum regreſſum, *Leg. manumiſſiones* 4. *ff. de iuſt. & iur. Leg. decem* 86. *ff. de verb. oblig.* quoniam obligatio actio, & hypotheca ſemel extincta numquam reviviſcunt, *Leg. qui res* 98. §. *aream verſ.* „ in perpetuum enim ſublata obligatio reſtitui

„ non

„ non poteſt „ *ff. de ſolut. Leg. eius* 29. *ff.* . . . §. *final.* „ ibi „ „ non reſuſcitari „ *ff. de iur. fiſc. Leg. mevius* 66. §. *duorum* „ ibi „ revocari attamen ſemel extinctum „ *ff. de legat.* 2. *Giurba obſerv.* 12. *n.* 20. *verſ. non enim reviviſceret Surd. deciſ.* 51. *n.* 5. *& dec.* 163. *n.* 2. *Salgad. in ſuo Labyr. cred. par.* 2. *cap.* 27. *num.* 53. *Cuiac. conſ.* 18. quam nec etiam reviviſcere voluit prædictum Statutum; nam ſi ſtatuentes voluiſſent reſuſcitare hypothecam in caſu, quo Forenſes concurrerent cum Florentinis, id ſane dixiſſent; At vero tantum abeſt, eos expreſſiſſe, quod imo poſtquam ſub *Rubr.* 9. ſeparaverint Creditores Forenſes a Florentinis, ſta-
4 tim ſub *Rubr.* 10. iſtis hypothecam omnem ſubſtulerint, ut ſupra dictum fuit, quo fit, eo minus licere hoc in caſu ſuper eadem re quæſtionem facere, *Bocc. conſ.* 12. *n.* 44. *Corn. conſ.* 134 *in princ. lib.* 2. *cum aliis per Rota coram Merlin dec.* 390. *n.* 22. *fol.* 551. de ſe ipſis enim conquerantur Florentini creditores, qui nullo cogente, ſed ſponte ob datum ſindacatum ipſis de Scalandronis in damnum, ac amiſſionem hyporhecæ facto proprio inciderint, quod ideo non aliis, ſed ipſis imputari debet.

Tollitur enim iſtud obiectum ex lectura tum Rubri, tum
5 Nigri, illa enim ita concepta eſt *de credit. ceſſant. & fugit.* ut inter ſe ſint pares. In Nigro autem dicitur „ nec aliter alteri „ præferatur ratione alicuius hypothecæ tacitæ, vel expreſſæ, „ nec ratione pignoris, vel privilegio cuiuſcumque perſonalis, „ ſeu realis actionis, vel miſtæ, ſed omnes ſint æquales, qui„ buſcumque privilegiis, vel prærogativis temporis, vel actio„ nibus non obſtantibus. „

6 Ex quibus intelligimus, æquatas eſſe hypothecas, non ſublatas, quemadmodum intellexit idem Statutum *Caſtrenſ. in conſ.* 179 *par.* 2. quod æquatum eſt, adhuc exiſtit, quod vero ſublatum eſt non remanet, exemplo loculentiſſimo demonſtratur; Nam
7 *Iuſtin.* tollit in rem miſſionem, *Leg.* 1. *Cod. comm de legat.* tollit legem fuſiam caninam, ut dicitur in *tit. inſt. de leg. fuſ. can toll.* tollit caduca, ut in *rub. & Leg. unic. Cod. de cadue. toll.* libertinorum etiam differentiam expulit §. *ult. inſtit. tit. de libert.* tollit rei uxoriæ actionem §. *fuerant antea inſtit. tit. de act* & alia plura ſubſtulit, quæ conſulto omittimus. Harum igitur legum ſublatarum, & ſi non minus memoriæ, quam ſcientiæ cauſa veſtigia adhuc in corpore iuris remaneant, nulla tamen earum eſt obſervantia, legata vero, & fideicommiſſa exequavit, *Leg.* 1. *ff. de legat.* 1. *Leg. omne verbum* 2. *Cod comm. de legat. & fideicomm.* ipſiſque unam naturam impoſuit, eaſdemque conceſſit actiones, *d. Leg.* 1. §. *rectius Cod comm. de legat.* æquavit etiam, quod rem noſtram percutit, pignus, & hypothecam quantum ad actionem

hy-

hypothecariam attinet, §. *item ſerviana inſt. de act. leg. res* 5 §. *inter pignus ff. de pignor.* nemo autem umquam dixerit, ea prorſus antiquata eſſet, & abrogata; Ergo ſublata non ſunt, ſed uti æquata adhuc remanent, & exiſtunt, *arg. Leg. quamvis* 2. *Cod. de pignor. & hypoth. & d.* §. *item ſerviana verſ ſed in aliis eſt inſtit. de act.* & ita iactatur, *Rota Noſtra Florentina diei* 10. *Decembris* 1590. *lib. mot.* 68. *a* 441. primum obſervaſſe illis verbis „ conſi- „ derandum eſt, quod hactenus minus extit animadverſum, quod „ ſtatutum non tollit hypothecas, ſed adæquat „ Statuentes igitur voluerunt, Creditores omnes Florentinos æqua lance, & æquis portionibus admitti, per ſolidum ſcilicet, & libram, ut loquuntur ad conſecutionem bonorum debitoris decocti, æquatis inter ipſos tantum actionibus, & hypotheeis, numquam autem voluerunt ex dicta exæquatione, & parificatione privilegiariam cauſam impartire Forenſibus, ut hypothecam, de qua ſibi minime proſpexerunt, neque conſuluerunt, perinde haberent, ac ſi eſſent creditores ex cauſa dotis, tutelæ, & curæ; Retorquetur enim Statutum, quod in gratiam Florentinorum factum eſt, contra eos, quod dicendum non eſt, ad tradita per *Rot. Bon. diverſ. dec.* 112. *n.* 35. *fol* 625. & extenderetur contra mentem ſtatuentium, quæ fuit (ut diximus) proſpicere Civibus, non Exteris, & contra regulam iuris deſumptam ex *cap qui prior* 54 *de regul. iur. lib.* 6. *& tot. tit. ff. & C qui pot. in pign hab* Statutum enim Iuris communis correctorium, quale eſt noſtrum, quia tollit hypothecam, & prælationem creditoribus hypothecariis contra iuris communis diſpoſitionem *tot tit ff. & Cod qui pot in pig. hab.* & dixit *Rot. Bon div.* in terminis ſimilis ſtatuti vigentis Bononiæ, *dec.* 40. *n* 13. ſtricte eſſe accipiendum, *Soccin ſen. conſ* 57. *num.* 8. *verſ. unde lib.* 3 *Anchoran. conſ.* 91. *n.* 1. *fol.* 44 nec ullatenus extendendum, *L. ſi vero* §. *de viro*, cum ibi tradita per *Scrtben ff. ſol. matr.* & in terminis Statuti Lucenſis Curiæ Mercatorum dixit *Magon. dec. Lucen. pr. n.* 16. *cum ſeqq.* & probat *Fontanell. de pact. nupt. clauſul.* 4. *gloſſ.* 9. *par.* 2. *n.* 58 *tom* 1. *fol.* 147. & in terminis dicti Statuti Bononienſis diſponentis, tam creditores hypothecarios, quam chirographatios Ceſſantis venire in tributum, dixit *Rot. Bon. div. dec.* 40. *n* 13. *fol.* 247. ut minus quam fieri poſſit lædat Ius commune, *Surd. deciſ.* 167. *n.* 17. *Honded. conſ.* 1. *n.* 31. *lib.* 1. & ſolum in his terminis, in quibus loquitur eſt intelligendum, *Leg.* 3. § *hæc verba ff. de negoc geſt. Rot. Bon. div dec.* 81. *n.* 14 *& dec.* 21. *n.* 16. *fol.* 123. *& deciſ.* 33. *n.* 30. *fol* 212. ut in terminis ſimilis Statuti vigentis Lucæ ex *Honded. conſ.* 1. *n.* 31. *& ſeqq. lib.* 1. *Barz. dec.* 50. *num* 29. *Surd dec.* 56. *n.* 4. ſcripſit *D. Altogrod. conſ.* 4. *n.* 17. *lib.* 1. & 8 9 10

ultre-

ulterius similis Statuti vigentis Bononiæ dixit *cad. Rot. Bon. div. d. dec.* 40. *n* 12. itaut si in uno tantum verificari possit, hoc est in exequatione hyporhecarum creditorum concurrentium per solidum, & libram, non sit extendendum ad concedendam prælationem Forensibus recusantibus cum cæteris venire in tributum,
11 *ex d. Altograd. d. cons.* 4. *n.* 25. *vers. imo lib.* 1. *Rot. Bonon. div. dec* 112. *n* 39. *fol.* 626. *& dec.* 21. *n.* 23. *& decis.* 51. *n.* 6. & ap rte profitentibus nolle iudicari secundum Ius commune, quod in *Leg. si hominem* 7. §. *item ff. depos. in Leg privilegia* 32. *ff. de rub auth. iud. possid. alias* 17. *ff. de privil. cred.* prælationem denegat iis, qui personalem tantum habent actionem, & ita consultus a quibusdam forensibus, *Castrens in cons.* 179. *n.* 1 *par.* 2. tantum abest, quod responderit, eos esse Florentinis præferen-
12 dos, quod imo scripserit, Statutum hoc nostrum Mercatorum propter hyporhecarum exequutionem, Florentinos æque, ac Forenses sua dispositione complecti, & ita ex eis nullus alteri præferatur, sed omnes admitti pro rata ad satisfactionem eius, quod ipsis debetur, cuius Sententiam refert, & sequitur *Stracca de decoct. par.* 4. *n.* 10.

Neque hic dicatur *Castrens.* minime suscepisse pinguiorem de-
13 fensionem pro forensibus, ex eo, quod iidem forsitan noluerunt præstare, quæ requiruntur ad prælationem; Quoniam divinativa responsio est, valdeque extranea, nec unquam admittenda, neque respectu *Castrens.* qui Statutorum Florentinorum peritissimus, & maxime veritatis indagator, ut ait *Ger. Spin cons.* 21. *n.* 11. *& Novarr. dec.* 148. *n.* 5. poterat Forensibus ita consulere, ut requisita (si quæ essent) implerent ad effectum consequendi totum creditum, neque respectu Forensium, quandoquidem Mercator, qui totum (adhibita quadam diligentia) consequi potest, nullatenus erit parte tantum contentus, ut quotidiana experientia docemur.

Minus retorqueatur *Castrens.* doctrina *sub dicto num. prop. fin.* ubi ita loquitur „ & si esset casus, in quo aliqui creditores de-
14 „ berent esse potiores aliis ratione alicuius privilegii tunc illi „ possent revocare totum, quod est solutum aliis creditoribus non „ privilegiatis. „

Quoniam Dominus Gondola neque Statutorum, neque Iuris Communis dispositione privilegiarium causam habet, qua sit tanquam Forensis præferendus Florentinis, ut patet ex iis, quæ in præsenti Decisione dicuntur,

Neque nos a prædicta definitione removere potuit ponderatio altera, nimirum ex eo solum, quod D. Gondola prævenerit Florentinos Creditores in consecutione Sententiarum, quas

ad

ad ſui favorem obtinuerit pro liquidatione, & executione ſui crediti, etiam ſi eſſet creditor perſonalis forte cœteris præferendus, 15
Leg. inter eos 29. Leg in iudicati actione 61. ff de re iudicat. Leg. quod autem 6. §. ſciendum Leg. pupillus 24. ff. quæ in fraud. credit. Rodriquez de concurſ credit par. 2. artic 3. Merlin. de pignor. par. 4. qu. 46 lib 2. n 22. Gabr. Pereir. de Caſtr deciſ. Portug. 16 n. 2. & ſentit *Duaren. ad tit ff. de privileg. credit. verſic. prim. regul. tom. 1. fol. 938.*

Nam plures fuerunt, & quidem apte, adhibitæ reſponſiones: Primum quidem, prælatiooem hanc fundatam eſſe in eo tantum, 16
quod quis ſua diligentia pro ſe obtinuerit ſententiam favorabilem, ſed etiam negligentia alterius creditoris, ut bene probat *Text. in dicta Leg. pupillus 24 ff. quæ in fraud credit* illis verbis „ ſi vero „ iuſte exegerit, cœteri creditores neglexerint exactionem „ & aliis „ quia alii creditores ſuæ negligentiæ expenſum ferre de- „ bent „ *& in L. ſi non expedierit 6. § pupillus* illis verbis „ Iu- „ lianus ait, ne alterius aut negligentia, aut cupiditas huic, „ qui diligens fuit, noceat „ *ff. de reb. auth. Iudic poſſid.* & docet *Cuiac. in lib. 45. Salv. Iulianus ad dict. Leg. in iudicati actione 61. ff. de re iud. tom. 1. fol. 2190.* inquiens diligentibus non oſcitantibus iura condi, e ſentire videtur *Rot. dec. 157. n. 4. verſ. dato quod, poſt ſecundum vol conſ. crimin. Farinacc. fol. 104. & dec. 147. num. 3. verſ qui non inſtabant, & num. 4. apud Millin* & ita accipiendus eſt *Rodriq.* & alii exadverſo citati, qui moventur auctoritate præſertim *dictæ Leg. pupillus, & dict. Leg. ſi non expedierit* Nulla autem negligentia corripi poſſunt Creditores Florentini, nec obiici, quod minus attente, ac ſegnius exactioni vacaverint. Quinimo ipſo Domino Gondola diligentiores fuerunt, nam ſtatim atque cognoverunt, Dominum Philippum factum eſſe non ſolvendo, petierunt iuxta terminos *Leg. fin. in princ ff. de requir. reis & Leg. 1. § penult. ff de ventr. in poſſ. mitt.* quos in noſtris terminis citat *Stracc. de decoct. par. 7. n. 14.* coram Dominos Sex Curiæ Mercantiæ ipſum declarari ceſſantem, & decoctum, fieri Inventarium bonorum, & incorporari, veniſſe caſum, ut dicta bona per ſolidum, & libram diſtribuantur, & alia plura; ut patet ex Libello diei 28. Novembris 1652. & ſecundum petita obtinuerunt, fieri incorporationem omnium bonorum, ut conſtat ex Decreto diei 28. Novembris 1652.

At vero Dominus Gondola non primum agere cæpit contra Dom. Philippum de Scalandronis quam ſub die 8. Ianuarii 1652. quo porrexit Libellum coram Domino Iudice Quartierorum.

Præterea ipſi Creditores in eodem Iudicio appellationis quo Dom. Gondola ab Excellentiſſimis Dominis Tribus Iudicibus Se-

cundarum Appellationum Sententiam favorabilem reportavit, pro eorum interesse intervenerunt, licet ob non solutam contradictu-
ram fuerit dictum, quoad eos iurisdictionem non fuisse devolu-
tam, ut legitur in Sententia, & eius Motivis.

Secundo dato, non tamen concesso, Dom. Gondolam fuisse diligentem, non minus, quam fuerint dict. Creditores in peren-
do, instando, agendo, ut debitum sibi solveretur, nulla tamen
17 ratione videtur præferendus, sed omnium portio exequanda est, quia omnium fuit æqua diligentia, quemadmodum supra ostensum est, parque instantia, ut ex incorporatis bonis satisfierent, ita ex *Leg. verum 63. § si cum tres ff. pro soc.* docent in fortioribus ter-
minis creditoris Pupilli, cui Tutor gratificatus est *doctissimus Cu-
iacius in lib. 58. Pauli ad edictum ad dicta Leg. si non expedierit 6. § 1. ff de reb. auth Iud possid. tom. 1 fol. 1511.*

Tertio respondetur, non procedere in eo creditore, non di-
co, qui vigilavit, sed etiam (quod magis est) integre satisfa-
ctum fuit super bonis debitoris decocti, qui non est omnibus sol-
vendo, tunc enim licet regulariter non teneatur cum aliis con-
18 tribuere *ex d. Leg. si non expedierit 6. ff. de reb. auth Iud. possid. & ex dicta Leg pupillus 24 quæ in fraud. credit.* attamen cum iisdem per solidum, & libram concurrere debet propter naturam mercantiæ, ut in tributoria, ita in puncto nostri Statuti ex *Gul.* scripsit *Angel. in Leg procuratoris. alias Leg si plures §. tributio num. 2. vers. item nota*, secundum *Gul ff. de tribut act.* quia in materia fallitorum non est melior conditio occupantis, *Alberic.*
19 *in dicta Leg. procuratoris § tributio vers. ut non sit melior conditio occupantis ff. de tribut* quidquid sit in aliis actionibus extra cau-
sam negociationis competentibus, *Castrens in d Leg procuratoris §. si plures n. 6 Fulgos. ibidem §. tributio ff. de tribut. act.*

Eoque minus Dom. Gondolam Florentinis præferendum exisi-
mavimus, quia post condita dicta Statuta longa annorum serie inter infinitas propemodum Mercatorum Florentinorum decoctiones
20 nunquam fuit ostensum, Forenses semel prælatos fuisse Florenti-
nis, at vero e contra pluries fuisse inter Forenses, & Florentinos Mercatores disceptatum de prælatione in bonis debitorum cessan-
tium, & semper in iudicio contradictorio obtentum æqualiter utrosque per solidum scilicet, & libram admittendos, fuit pluri-
bus exemplis demonstratum, consulto aliquando Illustrissimo Domi-
no Iudice Mercantiæ Caballo, nunc Auditore Fiscali meritissimo.

Unde stante Statuti nostri longa numquam autem interrupta, sed semper subsecura observantia, Decisio nostra magis, ac magis
21 nobis illustrari visa fuit: hæc enim Statuti interpretativa obser-
vantia, atque usus efficit, ne sit ulterius dubitandum, non mi-

nus

nus, ac ſi verba eiuſdem Statuti eſſent clara, ut ex *Decian reſp. 44. ſub num. 17. paul. ante fin & reſp. 56. ſub n. 60. poſt princip. vol. 2.* ſcriptum reliquit *Rota Noſtra Florentina apud Magon* in terminis alterius Statuti Florentini *deciſ. 46. num 37. & ſeqq.* Adeo enim potens, validaque obſervantia, quod in caſu dubio a conſuetudine interpretato, & declarato deber ſecundum eam iudicari, ut ex *Gloſſ. in Leg. non poſſunt ff. de legib. & ibidem Bartol. num. 2.* dixit *Caball. conſ. 10 num. 63. par. 2.* etiam ſi contraria opinio eſſet magis communis *argum. Leg. minime* ubi *Gloſſ. & Leg. ſi de interpretatione ff. de legibus* & pluribus probat *Rot. Bononien. diverſ deciſ. 14. n 85. & ſeqq. fol. 88.*

Non obſtat, quæ ex eodem *Caball. dicto conſ. 10. num. 36.* ad hanc obſervantiam interpretativam evertendam, dicebant; Nam in terminis noſtris, non aliquando, ſed ſemper fuit iudicatum contra Forenſes in eodem Tribunali, & coram eodem Iudice, de qua obſervantia plene conſtitit ex Sententiis in iudicio contradictorio contra Forenſes latis, quarum copia nedum nobis (quod ſat fuit *ex Magon. dicta deciſ. 46. num. 47. Ioſ. Ludovic. conſ. 36. ampl. 6.*) ſed etiam Domino Gondolæ data fuit. 22

Pariter nec obſtare videntur, quæ de clauſula irritanti inſerta in *rubr. 17.* Statutorum de *fugitivorum, & ceſſantium* dicta fuere. Quoniam admiſſo eam tollere omnem contrariam conſuetudinem nedum in præteritum, ſed & in futurum, ex tradita per *Barboſ. clauſ. 40. per tot.* & præſertim *num 35.* Attamen animadvertendum eſt, nos hic non agere de contraria conſuetudine derogatoria dictorum Statutorum, ſed de obſervantia interpretativa, quæ longe diſtat ab illa, ut notiſſimum eſt, conſuetudo enim eſt ius non ſcriptum, quo diuturno uſu, & maiorum moribus inductum eſt *Leg. de quibus 32. & ſeqq. ff. de legibus §. & non ſcripto inſtit. tit. de iur. nat. gent. & civil.* At interpretatio obſervata per plures annos, eſt rei dubiæ, vel obſcuræ, ac ambiguæ explanatio, quemadmodum ex *Sabin.* intelligimus referente, interpretationem Varij, & Servij circa verba dubia Teſtatoris in *Leg. ſi quis 25. ff. qui teſtam. fac. poſſ & ex Mandell. in Leg. cum teſtamento 24. ff. de reb. dub. Leg. 12. ff. de reg. iur. Leg. 2. de lib. & poſth Leg. 38. de verbor ſignificat.* ſane ſi Statuta caverent, Forenſes præferendos eſſe Florentinis, non poſſet conſuetudo contraria vi clauſulæ irritantis tollere, ac vincere ius ſcriptum; at vero quia non ex verbis claris, ac apertis Statuti evincitur, ſed deduci dumtaxat contenditur ex eo, quod Forenſibus nolentibus concurrere cum Florentinis ſit iuſtitia adminiſtranda ſecundum Ius Commune, & Leges Imperiales, ut dicitur in dicta *Rubric. 9.* ideoque eos præferendos perinde ac ſi eſſent creditores ex cauſa dotis, 23 24

doris, tutelæ, & curæ, ut disponitur dicta *Rubric.* 10. In hac Statutorum combinatione orta fuit difficultas, an ne essent Florentinis præferendi, cumque pluries fuerit iudicarum, præferri
26 non debere, & ita pluries observarum, hinc resultat non consuetudo contraria Statutis, sed dictorum Statutorum observantia interpretativa, quæ toto cœlo a consuetudine distat.

Quoad secundam iustificatur sententia, & diffinitio, nam cum de illius crediro constet dumtaxat ex Libris Socialibus, in quibus simpliciter scripta fuit prædicta partita, certum est, non posse tamquam hypotecarium creditorem, qui nulla hypoteca munitur, aliis creditoribus præferri; nullam autem hypotecam habere Dom. Gondolam constat ex dicta partita, in cuius formatione non fuerunt apposita verba, quibus possit cognosci res Dominis de Scalandronis propter aliquam obligationem esse hypothecæ nomine obligatas, iuxta *Text. in Leg contrahitur 4. ff. de pignor.* aut intelligi Contrahentium voluntatem prospiciendi de hypoteca, iuxta *Text in Leg si quis 9. Cod. quæ res pign. oblig.*
28 *poss.* semper enim inter debitorem, & creditorem necesse est, ut appareat conventio, de qua re sit inita obligatio, § *item Serviana versic nam de qua re instit de act.* ad hoc ut de pignore iure honorario nascatur ex pacto actio *Leg. si tibi 17. §. de pignore ff. de pact.* & ita in terminis Statuti Communis Florentiæ *Rubr. quomodo Libri Mercatorum exhibeantur lib. 4.* dixit de iure communi non esse bona Scribentis hypotecata, *Soccin. senior. cons.* 240. *num.* 1. *vers sed contra lib.* 2.

Neque hic dicatur, quinimo ex pacto convento contractam
29 fuisse hypotecam, nam in Capit. 16. Apocæ socialis legitur „ stral-„ ciato, che sarà la Ragione prima pagare si deva tutti i Cre-„ ditori, che vi saranno „ In Capitulo autem 18. dicitur „ Le „ sopraddette cose sono state fatte, e si sono fermate infra detti „ Contraenti con il proprio moto, scienza, e volontà piena di „ ciascheduno, con promessa scambievolmente dell' inviolabile os-„ servanza promessasi con giuramento in amplissima forma, obbli-„ gandone perciò ciascuno la sua persona, suoi eredi, e succes-„ sori, beni mobili, e immobili, e semoventi, e beni degli ere-„ di in ogni miglior modo, e per l' effetto predetto vogliono, „ che questa presente Scrittura vaglia, e tenga, ed abbia la me-„ desima autorità, forza, e vigore, che averebbe se fosse stata „ fatta, e fermata per mezzo di pubblico Instrumento giurato, e „ quarantigiato „ Igitur cum convenerint Socii, finita Societate Creditoribus satisfaciendum, ac solvendum, idque promiserint sub obligatione bonorum mobilium, immobilium, & semoventium, satis prospectum videtur creditoribus omnibus socialibus de ex-

pressa

preſſa hypoteca, ac proinde D. Gondolam nullam habere hypotecam dici minime poſſe videtur.

Præſertim quia obligatio fuit eoncepta per viam quarantigiæ, a cuius forma etiam obligatio Cameraſis acceptum refert, ut iuvet omnes intereſſe habentes, licet non interveneriut in Contractu, ut bene obſervare dicitur *Grat. conſ.* 12. *n.* 10. *& ſeq. verſ. ſed ubi eſt pactum guarantigiæ par.* 1. *Peltram. ad Ludoviſ. deciſ.* 97. *num.* 9. *fol.* 95. *Rot. poſt Zacch. de obligat. cameral. dec.* 174. *num.* 14. *fol.* 153 iuxta noviſſimam locupletatam impreſſionem *Honded. conſ.* 25. *num.* 12. *tit.* 2. *Zacch. ad Galleſ. de oblig. camer quæſt.* 5. *num.* 8. *& 9 verſ. & quod tandem fol.* 29. etiam pro enunciatis ad favorem Creditorum *Rot. dec* 111. *n.* 14. *poſt Zacch de obl. cam.* 30

Facilis namque eſt reſponſio deſumpta ex eodem Cap. 18. in quo, etſi legatur, bona hypotecæ nomine obligata eſſe, obligationem autem iſtam intelligendam eſſe non favore futurorum Creditorum, cum quibus neque contraxerunt Socii, quia contractus eſt ultro citroque obligationis, ut in Societate, *Leg. habeo* 19. §. *contractum ff. de verb ſignific* nec contrahere unquam in Apoca ſociali voluerunt, ſicut nec contrahere potuerunt, quam ſi quis alteri ſtipuletur, nil agit §. *ſi quis alium verſ. quod ſi quis inſtit. de inut. ſtipul Leg ſtipulatio iſta habere licere* 38 *ff de verbor oblig.* nulla enim eſt ſtipulatio, quæ alteri fit, *Leg. certi condictio* 9 §. *numeravi ff ſi cert. petat* ſed inter ipſos tantum Socios demonſtrant tum illa verba „ *infra detti Contraenti* „ quæ dumtaxat ipſos Socios amplecti videtur in idem paciſcentes, *Leg inter creditricem* 63. *ff. de fideiuſſ. Leg. inter convenientes* 28. *ff. ad municip.* & eandem cauſam habentes *Leg. inter eos* 19 *ff. de re iudic. Leg. inter cohæredes* 44. *ff. famil. erciſcund. L. pactum* 46. *ff. de pact. L. inter artifices* 31. *ff de ſolut. & liber.* tum etiam, & illa „ *con promeſſa ſcambievolmente* „ quæ referenda omnino eſſe videntur ad eos dumtaxat qui ſimul contraxerunt, *Auth. item ſibi invicem* 30. *de condit. indeb. Leg.* 1. „ ibi „ extendere invicem debent „ *ff. de verbor. oblig.* cum quibus ſcilicet eſt quædam relatio Societatis, *Leg verum eſt* 63. *ff. pro ſocio Leg. cum in teſtamento* §. *hæc verba ff. de hæred. inſtit.* 31

Neque turbant verba illa in dicto Cap. 16. „ ſtraleiato, che „ ſarà la Ragione, prima pagare ſi deva tutti i Creditori, che „ vi ſaranno „ quia factum demonſtrant, ſolutionem ſcilicet, modus autem ſolvendi, & quo ordine ſit facienda ſolutio, omittitur, & relinquitur in terminis iuris, vulgata *Leg. commodiſſime ff. de liber & poſthum.* ut ſcilicet: 32

Primo loco ponantur (poſt rerum dominos) creditores hypothecarii, *ad Text. in Leg. eos L. qui pot. in pign. hab. in Leg.* 33

reſcriptum 10. §. *hæc omnia ff. de pact. in Leg. diſtractis* 14. *Cod. de pig.* & inter ipſos habet locum regula *ſi qui prior de regul. jur. lib. 6.*

34 Deinde privilegiati, *Leg. ſed an hic* 3. *ff. quod cum eo Leg. ex facto* 52. §. *hanc in fin. ff. de pecul.*

Ultimo habentes dumtaxat perſonalem *Leg. procuratoris* 5. §. *ſi plures, & Leg. non enim 6. ff. de trib. act.* & in terminis ſimilis
35 Statuti Bononienſis præferentis mulierem creditricem ex cauſa dotis cæteris credicoribus hypotecariis dixit *Rota Bononien. dec.* 83. *num.* 25. *fol* 478.

Difficile obcentu, & illud cenſuimus, quod obligatio concepta per viam guarantigiæ iuvet omnes intereſſe habentes, licet in contractu non intervenerint, quemadmodum iuvat obligatio cameralis; Nam.

Primo diſcrimen non parum intercedit, inter utramque obligationem *Galleſ. de oblig. cameral. quæſt.* 2. *num.* 13. *fol.* 10. & ibique *Zaceh. num.* 57. *fol.* 16. quare ab ipſo *Galleſ. dicto num.* 13.
36 *verſ. apparet etiam*, redarguitur *Gammarus*, qui dicebat, obligationem in forma Cameræ ſimilem eſſe guarantigiæ nec non ipſe *Grat.* parvæ authoritatis Doctor, ut dixit *Rota Romana apud Seraph. dec* 787. *ante fin. exadverſo citato dict. conſ.* 12. *num.* 10. *& ſeqq. verſ. ſed ubi eſt pactum guarantigiæ par.* 1. qui aſſerit, obligationem in forma Cameræ continere pactum guarantigiæ, differentiam autem nuncupatim demonſtrat poſt *Cuman ſuper tit. reg. cap 6. num* 27. *Groſſ. in prælud. except. num.* 22. *fol.* 1. inquiens Inſtrumentum guarantigiatum differre ab Inſtrumento in forma
37 Cameræ, quod guarantigiatum ab initio vim confeſſionis, & judicialis præcepti habet; Inſtrumentum autem in forma Cameræ habet tantum adiectam cenſuram, & mandati executivi ſuſceptionem.

Secundo, obligatio cameralis licet contineat hypothecam om-
38 nium bonorum præſentium, & futurorum, *Galleſ. de oblig. camer. quæſt.* 5. *num.* 3. & ibi *Zaceh. num.* 27. non tamen comprehendit alios intereſſe habentes, quando eſt reſtricta ad perſonas ſtipulantium, ut accidit in caſu noſtro ex illis verbis ſupra relatis in Cap. 18. Apocæ ſocialis, *Rot. dec.* 33. *num.* 1. *& dec.* 287. *n. . . poſt tract Cenſ. de camb.* & declarat *Rot. in Romana Fructuum Cenſus cor Cerro dec.* 189. *num.* 13 *poſt Galleſ. de oblig. camer.* & tra-
39 dit *Zaceh. ad Galleſ. dicta quæſt.* 5. *n.* 8. *verſ. neque obſtat*, clauſula enim quorum intereſt, quæ in obligatione camerali continetur, non poteſt in plus obligare, quam ipſi Contrahentes voluerint, *Zaceh. ad Galleſ. quæſt.* 55. *num* 9. *verſic. quia non poteſt*, nec
40 guarantigia prodeſt non nominatis, ſicut nec nocet *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 13. *num.* 9. *Rota in Romana Fructuum Cenſus*

11. De-

11. *Decembris* 1645. *cor. Cerro dec.* 190. *n.* 11. *poſt Galleſ. de oblig. camer. Zacch. d. quæſt.* 5. *num.* 16.

Tertio admiſſo citra veri præiudicium, præcitatos exadverſo DD. recte aſſerere ex Inſtrumento guarantigiato alreri per alterum acquiri ſine ceſſione, perinde ac ſi immediate fuiſſet promiſſum, 41
ut ſunt *Grat. dict. conſ.* 12. *n.* 10. *Beltr. ad Ludoviſi dec.* 96. *n* 9. *Honded. dict. conſ. num.* 12. *lib.* 2. qui citat *Grat. d. conſ. n.* 12.

Ii ſane erunt accipiendi, ut loquantur in caſu ſtipulationis cum clauſula „ *pro omnibus, quorum intereſt* „ quæ continetur in 42
obligatione camerali, ut bene ex *Zacch. ad Galleſ. de oblig. camer. quæſt.* 5. *num.* 6. dicit *Rot. exadverſo citata in Romana Pecuniaria pr. Iulii* 1643 *cor. Meltio impreſſ. poſt dict. tractat. Galleſ. dec* 174. *num.* 14. *pag.* 153. *& dict. dec.* 111. *num.* 14 „ ibi „ e per l' oſ-„ ſervazione delle ſuddette coſe s' obbligano nella più ampla „ forma della Camera Apoſtolica „ pariter impreſſa poſt *Galleſ. de obligat. cameral.*

Denique, quod omnem prorſus tollit difficultatem, animadvertendum eſt ex Apoca Sociali guarantigiata, etiamſi in forma Cameræ eſſet concepta, nullum tamen ius, nullamque obligationem Dom. Gondolæ volenti uti prædicta ſtipulatione contenta in conventione obligationis cameralis acquiri potuiſſe, quia de tempore 43
contractus nullum habuit intereſſe in ipſa Societate, *Rota dec.* 27. *num* 13. *cor. Urgell.* quem probat, & ſequitur *Zacch. ad Galleſ. d. quæſt.* 5. *num.* 8. *verſ. neque obſtant.*

Quod autem dicitur, Scalandronum obnoxium eſſe redditioni rationis pecuniarum, & cambiorum, *Rot. Genuen. de mercat. dec.* 44
163. *num* 1. *Ger-Spin. conſ. . . . num.* 10. *& ſeqq.* ideoque eius bona hypotecata cenſeri favore Domini Gondolæ, *Theſaur. quæſt. forenſ.* 84. *num* 7. *lib.* 2. *Cyriac. contr.* 282. *n.* 20. *Gratian. diſcep. forenſ. diſcept.* 933. *num.* 55. *& num.* 22. *& ſeqq. Antonell conſ.* 99. *num.* 20. *Merlin. de pignor. quæſt.* 17. *num.* 1 *lib.* 3. *Toſſett. conſ.* 48. *num.* 5. nihil eſt, quoniam cum dominium pecuniarum datarum ad cambium in DD. de Scalandronis ſtatim, atque ſolutæ eis fuerint a D. Gondola pervenerit, itaut vere, & proprie illius 45
domini effecti fuerint, *Leſſ. de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 23. *dubit.* 3. *num.* 22. & admittunt omnes, ut teſtatur *Torr. de camb diſput.* 1. *quæſt.* 8 *num* 7. *&* 8. *fol.* 36. *Scacc. de commerc & camb.* § 1. *quæſt.* 7. *par.* 1. *num.* 21. *Sot. de iuſt. & iur lib.* 6. *quæſt.* 8. *artic.* 2. *concl.* 2. *in fin col.* 3. in tantum quod ipſarum periculum ad eoſdem de Scalandronis ſpectet, ut ex *Azor. & Medin* firmat *Scacc. de commerc & camb. dict.* § 1. *quæſt.* 7. *par.* 1. *num* 21 *in fine*, & §. 3. *gloſſ.* 13. *num.* 33. *verſ. primo præmitto*, nullus eſt, qui audeat aſſerere rei propriæ, cuius amiſſio ad Dominum pertinet,

tinet, rationem aliis reddendam esse : Sat est Dominus Gondolæ,
46 sive pecunia cambiata sit, sive non, cambia consequi posse ex pacto converto in traditione pecuniæ, citati autem Doctores ad id probandum loquuntur, vel de eo, qui alterius mandato aliena negocia gerit, ut videre est apud *Rot. Gen. de mercat. d. dec. 163 num 1. ex l. 1. §. officio ff. de tut. & rat. distr.* vel de eo, qui administrat rem in alterius dominio existentem, quam licet ad-
47 ministrare queat, dominium tamen earum apud alios remanet, ut dicitur in *prin. inst. quib. alien. lic. vel non*, ut videre est apud *Thesaur. dict. qu. 84. n. 7. lib. 2. & Cyriac. contr. 282. n. 20. lib. 2* in contrarium citatos, qui verba fecerunt de hærede gravato re-
48 stituere fideicommissario, & de Patre administratore bonorum filii, de Tutore, Curatore, & de similibus exemplificat idem *Cyriac. d contr. 282. Bellon. & Text.* qui & subscripserunt *Merlin. de pignor. lib. 3. qu. 17. num. 1. Passett d conf. 48. num. 5.* quorum bona legis potestate sunt hypotecata favore illius, ad quem pertinent, *Leg. cum oportet § fin. Cod de bon. quæ lib.* sunt quidem Scalandrones tamquam Socii obligari ad invicem reddendam de administratis rationem, sed quoad Dom. Gondolam sunt tantum
49 debitores mutuarii ex causa cambii, quod mutuum est, secundum sententiam *Hier. de Luca*, quam refert, & sequitur pluribus citatis *Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 7. par. 1. num. 22. vers. & quod cambium sit mutuum.*

Pariter nec obstare censuimus alterum obiectum, quod desumebatur ex *Statuto Communis Florentiæ Rubr. 13. quomodo libri Mercatorum exhibeantur lib. 4.* quo inducta videtur tacita hypote-
50 ca, etenim disponit, omnes, & singulas scripturas librorum factas de aliquibus pecuniarum quantitatibus ab eo, cuius sunt ipsi libri, haberi, ac si essent publica Instrumenta guarantigiata, & omnia bona ipsius debitoris intelligi esse obligata per ipsos, easque valere, & executioni mandari tanquam scripturas continentes præceptum guarantigiæ, & notat *Tbusc. conclus. 347. num. 12. litt. C.*

Primo enim respondetur Statutum procedere in casu, quo
51 librorum scripturæ sint approbatæ, & authenticatæ per Iudicem, ut aperte legitur in ipso Statuto illis verbis „ & de ipso li„ bro permittat, & faciat sumi, & exemplari omnes rationes „ ad petitionem spectantes manu Notarii publici ex ipso libro „ auctoritate Domini Potestatis, vel Capitanei dictæ Civitatis, „ vel alicuius Iudicis eorum, vel alterius eorum, aut Consu„ lentis illius, sub qua fuerit, vel esset ille, cuius esset liber „ & ita idem Statutum intelligit *Socein. senior conf. 240. num. 3. ante fin. vers. tertio principaliter lib. 2.* Nunquam autem D. Gon-

dola

dola curavit illos iuxta Statuti prædicti formam per Iudicem approbari, & autenticari ad effectum, ut tamquam publica Inſtrumenta cenſerentur, bonaque debitoris eſſent obligata, ideoque eius diſpoſitione iuvari haud poſſe certiſſimum eſt, ut in terminis ſimilis Statuti dixit *Rota Bononien. dec. 72. n. 10. fol. 422.*

Secundo reſpondetur, quod dato Scripturarum approbationem, & autenticationem per Iudicem rite factam eſſe, attamen non poſſet ipſius Statuti beneficio uti Dominus Gondola, nec ipſa hypoteca inducta a Statuto inniti, quandoquidem pluries prorefſatus fuit, & aperte declaravit velle ſibi iuſtitiam adminiſtrari ſecundum Iura Communia, & Leges Imperiales, vigore dicti Statuti *Rubr. 9. de modo, & forma diſtribuendi bona Ceſſantium, & Fugitivorum, & Rubr. 2. delli Ceſſanti, e Fuggitivi con le pecunie, e robe altrui § e ſe alcuno de' Creditori foreſtieri non vorrà concorrere lib. 3.* cautum eſt, impoſſibile autem eſt Forenſi in eadem cauſa, & contra eaſdem perſonas iuſtitiam adminiſtrari ſecundum Ius Commune, & ſecundum diſpoſitionem dicti Statuti *Rubr. quomodo libri Mercatorum exhibeantur lib 4.* cum invicem pugnent, & contraria ſint *ad Leg. ubi pugnantia 188. ff. de reg. iur.* & in ſimili *Rot. Bononien. diverſ. dec 58 num. 18. verſic. nam iſta duo* Nam de Iure Communi bona debitoris non ſunt hypotecata favore eius, qui ſimpliciter ſcriptus eſt creditor in libris Mercatorum; Statuto autem prædicto Communis Florentiæ *lib. 4.* bona ſunt hypotecata, quare eius diſpoſitionem exorbitantem a Iure Communi merito nuncupatim appellat, *Soccin. ſenior. dict. conſ. 240. num. 1. verſ. ſed contra lib. 2.* 52 53 54

Cum igitur Dom. Gondola nullam ex pacto expreſſam habuerit hypotecam, quam conventionem noſtri dicunt, nec non ſcriptam, inductam ſcilicet a Statuto, ut ſupra probavimus, nec aliquo ſit privilegio ſuffultus, nulla ratione, nulloque iure admittendus viſus fuit tanquam creditor hypothecarius ad conſequendas res Domini Philippi de Scalandronis in præiudicium Creditorum Florentinorum; Nam quemadmodum Statuta, niſi per Statuentes aliter ſit determinatum, non poſſent obeſſe Forenſibus, quia ſunt alienæ iuriſdictionis, ad *Leg. fin. ff. de iuriſd. omn. iud.* ita nec prodeſſe *Peregrin. dec. 56 num. 3 in fin. & n. 4* præſertim contra Cives ex mente *Rot. deciſ 529 num. 2. par. 2. recentior.* 55

Quare ipſum uti habentem tantum actionem perſonalem condemnavimus cum Florentinis per ſolidum, & libram ſecundum diſpoſitionem Iuris Communis, & Legum Imperialium, de qua eſt *Text. in eadem Leg. procuratoris 5. §. tributio ff. de trib.* illis verbis „ Tributio autem fit pro rata eius, quod cuique deberur „ 56

in

in L. pro debito 6. C. de bon. auth. iudic poss. illis verbis „ item- „ que venditione æquali portione pro rata debiti quantitate omni- „ bus creditoribus consuli potest „ facit *Text. in Leg. si hominem 7. §. item ff. depos. Leg. privilegia ff. de priv. cred. ex Bald. Negus. & aliis, Stracca de decoct. 7. par. ult. num 16. in princ. num. 17. in fin. & num. 18. in princip* etiam in fortioribus terminis *Castrens. cons. 179. num. 2. prope fin. par. 2. fol. 79. Merlin. de* 56 *pignor. lib. 4. quæst. 36. num 6. fol. 398. Thusc. conclus. 109. num. 1. litt. D*, cum quia convenit Statutum nostrum Florentinum *Rub. 9.* illis verbis „ fiant per solidum, & libram „ *& Rub. 10.* illis „ unicuique talium Cessantium Creditori satisfiat per solidum, & „ libram „ cuius meminit etiam *Thusc.* ubi supra, ut in puncto observat *Stracc. de decoct par. 4. num. 10. in fin. fol. 419. & repetit. 7. par. ult num 17. in fine, & num. 18 fol* 443. quia omnes Creditores, qui & numero personarum, & pro modo debiti maiorem partem efficiunt, iuxta *Leg. maiorem ff. de pact.* consenserunt (excepto solo Domino Gondola) distributioni bonorum incorporatorum pro rata inter eosdem, quo fieri potest, etiam adhibito 57 dumtaxat consensu duarum Partium, aliis Creditoribus irrequisitis, & ignorantibus tum Iuris Civilis censura *Leg. receptum 10 in princ ff. de pact. & ibidem doctissimus Cuiac.* redarguens Iuris Consultum Paulum, vel ignorantia, vel inadvertentia Rescripti *D. Marci in Leg. si præcedenti 58 ff. mandat.* tum constitutione Florentina cuius meminit *Soccin. sen. cons 273. num. 1. par. 2.* & refert *Stracc. de decoct par. 4. num. 13. fol.* 420. idque probat egregie *Text. in L. rescriptum 10. ff. de pact.* illis verbis „ Et „ rescripto ante formam a D Marco datam D. Pium rescripsisse, „ Fiscum quoque in iis casibus, in quibus hypotecæ non ha- „ bet, & cæteros privilegiarios exemplum creditor sequi opor- „ tere; nec enim omnia in his Creditoribus, qui hypotecas „ non habent conservanda sunt „ & ibidem dicunt *Bartol. Bald. Albert. Alex. Castrens. & Curt. iun.* traditque in terminis Mercatoris fugitivi *Angel in ead. Leg. rescriptum num. 1. 2. versic. & hoc est utile pro Mercatoribus fugitivis ff. de pact. & ex Iacob. Brut.* sentit *Apicell. in suo tract. de remiss. debit. tit. 3. n. 11. fol.* 100.

Et ita utraque Parte informante resolutum &c.

Innocentius Massinius Rot. Audit.
Valentinus Farinola Rot. Audit. & Relat.

DECI-

DECISIO XII.

FLORENTINA BONORUM SIVE PRÆT. FIDEICOM.

24. *Iulii* 1656. *ex L. M.* 115. *p.* 488 *cor. Aud.* INNOCENTIO MASSINI.

ARGUMENTUM.

FIdeicommiſſum, & alienationis prohibitio directa ad liberos unius Matrimonii non extenditur ad liberos alterius. Caducato uno gradu ſubſtitutionis an, & quando ſubintret ſequens.

SUMMARIUM.

1 *Bona ſtabilia ex titulo lucrativo non poſſunt in hoc Statu transferri in Forenſes.*
2 *Verba proemialia important cauſam finalem.*
3 *Et ea ceſſante, ceſſat, & diſpoſitio.*
4 *Suppoſito ceſſante, ceſſat & diſpoſitum.*
5 *Viventibus auferre facultatem teſtandi, illiſque dare hæredem eſſet contra Legem.*
6 *Fideicommiſſum non cenſetur inductum niſi inter eas perſonas, quibus convenire poſſunt conditiones appoſitæ.*
7 *Agens ad fideicommiſſum quid teneatur probare.* & n. 17.
8 *Et an teneatur excludere competentiam detractionum.*
9 *Prohibitio alienationis eſt odioſa.*
10 *Fideicommiſſum eſt ſtricti iuris, & non extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam.* & n. 26
11 *Sed ſtricte interpretatur maxime ubi ſit factum in contractibus.*
12 *Et in dubio contra illud iudicatur. Et contrarium eſt contra iuris regulas.* n. 20.
13 *Fideicommiſſum reſtrictum dicitur ad ea bona, ad quæ prohibitio alienandi tantum extenditur.*
14 *Diſpoſitio quælibet reſtringitur, & qualificatur ad normam verborum, & qualitatum, quæ illi adiecta ſunt*
15 *Ex qualitate adiecta cognoſcitur quod veniat in diſpoſitione.*
16 *Et ea deficiente ceſſat & diſpoſitio.*
18 *Ordo ſuccedendi volitus pro forma, ſeu conditione ſi non verificatur, corruit diſpoſitio.*
19 *Prohibitio alienationis ceſſat reſpectu perſonæ, in qua non cadit acquiſitio.*

21. *Fi-*

21 *Fideicommissum ordinatum favore alicuius, & eius descendentium, istis non existentibus expirat, & ex quibus verbis taliter factum dicatur.*

22 *Vocatis non existentibus, gravatus de re fideicommissaria libere disponere valet.*

23 *Vocatus non potest admitti non concurrentibus copulative qualitatibus requisitis.*

24 *Dispositio, vel prohibitio respiciens duas personas coniunctim non potest referri nisi ad eas personas descendentes ab illis copulative consideratis.*

25 *Dictio* loro figli cc. *restringit dispositionem ad descendentes ex personis tantum nominatis.*

27 *Verba* come se fossero, *improprietatem significant, etsi æquiparationem importent.*

28 *Substituti non possunt succedere nisi hæreditas fuerit adita.*

29 *Caduceato primo gradu sequentes regulariter admittuntur.*

30 *Limita ubi hæreditas non fuerit adita per primum gravatum, quia tunc tota dispositio caducatur.*

31 *Item limitatur quando sequens gradus dependet a primo, vel quando ordo fuit contemplatus pro forma.*

32 *Iudicis factum dicitur factum Partis.*

33 *Descendentes non possunt ita gravari, ut detractiones facere prohibeantur.*

34 *Detractionum exceptio competit tertio possessori habenti causam ab alienante.*

35 *Onus probandi incumbit asserenti detractiones esse consumptas.*

36 *Tacens, seu consentiens alienationi contra præceptum Testatoris, sibi præiudicat.*





Ntequam rem ipſam aggrediar animadvertenda quædam cenſui in facto conſiſtentia; & primo Dominam Sibillam in Schemate deſcriptam unicam Parentum prolem nupſiſſe Domino Io. Franciſco de Iuſtinianis nobili Ianuenſi, in quam, & in quem 1
tamquam in forenſes ex cenſura Legis dici 28. Maii 1591. per Sereniſſimum Magnum Ætruriæ Ducem latæ transferri non poterant ex quacumque Cauſa lucrativa bona ſtabilia, ſeu quæ ſtabilium loco haberentur tam actu, quam potentia, ſeu deſtinatione; Et ideo, ut ſaltem dos congrua in matrimonio prædicto conſtitueretur nec non ſuper parentum ſucceſſionibus diſponeretur precibus Principi oblatis de anno 1615. die prima Ianuarii obtinuerunt reſcriptum favorabile, per quod Cauſa Illuſtriſſimo, Supremoque Magiſtratui fuit delegata cum voto trium Conſultiſſimorum Iudicum, quibus fuit iniunctum, & conſtituere Dotem, & cavere, ne aſcendentes, aut alii quomodolibet attinentes dictæ Dominæ Sibillæ, tam per actus inter vivos, præteritos, & futuros, quam per ultimas voluntates, vel directe vel indirecte prædictæ legi fraudem faciant, ſeu facere valeant, ut latius in dicto Reſcripto.

Animadvertebam ſecundo quod in voto per Conſultiſſimos Viros Iudices ſeu datos, ſeu delegatos reddito, & per S. C. S. approbato ſub die 13. Iunii 1618. & ab omnibus in Schemate deſcriptis acceptato, & ratificato ſub die 20. Iunii 1618. fuit ſuppoſitum, dictam Dominam Sibillam eſſe unicam ex parentum liberis, & uti talem fuiſſe contemplatam tamquam futuram hæredem oœnium in illis verbis „ ibi „ *atteſochè la detta Sibilla è* „ *unica figliola, ed erede di tutti i ſopraddetti* „ quod ſuppoſitum cauſam finalem importans in principio, & proemialibus verbis 2
ipſius diſpoſitionis poſitum, *Surd. conſ.* 241. *n.* 17. *lib.* 2 *Rot. dec* 185. *n.* 4. 5. *&* 6 *&* *dec.* 491. *num* 5. *par* 1. *rec. Ludoviſ.* 53. *n.* 5. cum ceſſaverit per mortem dictæ Dominæ Sibillæ antequam aliquis vel aliqua ex parentibus decederet, & ſic in eadem Sibilla ceſſaverit cauſa principalis, atque finalis ſuppoſitaque qualitas hæreditaria, dicta quoque diſpoſitio videtur extincta, *Menoch præſumpt* 2. *n* 12. *lib* 6. *Salgad. in* puncto poſt alios in *Labyrint Creditor. par.* 3 *cap.* 1. *n.* 94. *Surd. conſ.* 150. *num.* 72. *lib* 1. *Rot. dec.* 589. *n.* 1. *par.* 1. *diverſ.* cum hoc caſu dicatur extincta, ſeu defecta intentio diſponentium, *Rot deciſ.* 664. *n.* 1. *par* 2 *rec Altograd conſ.* 95. *n.* 66 *lib.* 1. hanc autem ſuppoſitam qualitatem in perſona Dominæ Sibillæ coadiuvat duplex alia

qualitas a disponentibus considerata in bonis nimirum quod deberent fieri extradotalia ipsius Dominæ Sibillæ, & in ipsam pervenire ex hæreditatibus prædictorum in illis verbis „ ibi „ *che* „ *s' intenda proibita ogni alienazione di detti beni estradotali, e che* „ *in essa perverranno dall' Eredità dei predetti, o altri, come sopra.* „

Sed istæ quoque qualitatis in bonis requisitæ defecerunt per obitum eiusdem Dominæ Sibillæ mortalitatis ordine (qui fuerat contemplatus) mutato, cum bona in ipsam minime pervenerint, igitur dispositio locum habere non debet, supposito dis-
4 positionis minime verificato, *Hieronym. Pappon. conf.* 127. *n.* 1. *Altograd. conf.* 95. *n* 66. *lib.* 1.

Tertio considerabam, quod in tota relationis, seu dispositionis serie dicta Domina Sibilla, utpote nupta forensi, suique filii descendentes, & hæredes fuerunt, non obstante suptadicta Lege anni 1591. habiles declarati ad succedendum tam ex testamento, quam ab intestato omnibs supra descriptis, memoratisque utriusque sexus parentibus, non tamen ideo fuit inter dispensatos inductum reciprocum, sive successivum fideicommissum in casu mortis, ut sonant verba illa „ *detta Sibilla, e suoi fi-* „ *gliuoli, e descendenti, & eredi possino in dette eredità succedere* „ *tanto per testamento quanto ab intestato con le infrascritte condi-* „ *zioni* „ neque poterat induci aliquod fideicommissum, nisi adi-
5 mendo viventibus, de quorum hæreditatibus agebatur, facultatem testandi contra *Leg. fin Cod. de pact.* & dando hæredem viventibus contra *L. neminem* 27. cum ibi *not ff. de acquirend. hæredit.* quando vero fideicommissum etiam in casu mortis inductum fuisse tentaretur inter filios descendentes, & hæredes, ut supra, non posset inductum dici nisi inter descendentes ex personis, ut
6 supra copulatis, & inter eos, quibus convenirent conditiones appositæ ex his, quæ post alios tradit *Fusar. de substitut. qu.* 321 *n.* 26. quæ sane ratio militat, atque urget in fideicommisso, quod apertius inductum per alienationis prohibitionem, quo sicuti gravati minime fuerunt non fruentes qualitatibus, nec conditionibus supra ponderatis obnoxii, ita fuerunt dumtaxat vocati eisdem qualitates habentes, conditionesque adiectas servare obligati, ut liquet ex verbis illis „ ibi „ *Et inoltre che s' intenda perpetuamente* „ *proibito a detta Sibilla, e detto Gio. Francesco suo marito, & ai* „ *loro Figliuoli, Descendenti, ed Eredi ogni alienazione di detti beni* „ *estradotali, e che in essa perverranno dall' Eredità de' predetti, o* „ *altri come sopra, ma che passino di grado in grado ne' loro posteri,* „ *e successori, come se fossero sottoposti a stretto Fideecommisso* „ & paulo post ex aliis verbis „ ibi „ *& in ultimo luogo così nel caso* „ *di contrafazione, come in mancamento di linea, e descendenza*

„ *de'*

„ *de' predetti deva ſuccedere il Fiſco* „ ultimo demum, & poſtremo animadvertendum eſt, quod fideicommiſſum quomodolibet diſpoſitum non fuit inductum, nec poterat induci, niſi, ſi & quatenus Domina Sibilla contra dictæ Legis anni 1591. cenſuram bona ſtabilia titulo lucrativo acquiſiviſſet ex cuiuſvis parentis diſpoſitione.

His ita poſitis Domina Sibilla, mortuo primo viro, ex quo unicum dumtaxat filium Ioannem Franciſcum ſuſceperat ad ſecundas convolavit nuptias cum Equite Nicolao de Fabbronibus Piſtorienſe, cui pariter unicum peperit filium nempe Equitem Laurentium Actorem; Diem poſtea ſuum clauſit extremum, ut ſupra diximus, dicta Domina Sibilla turbato mortalitatis ordine prius videlicet quam Parentes decederent, & ſic priuſquam illorum fieret hæres præſertim Erſiliæ Matris, a qua bona, de quibus nunc agitur pervenire ex diſpoſitione immediata, quam ad favorem dicti Ioannis Franciſci Nepotis fecit dicta D. Erſilia.

Verum quia nonnulla ex bonis ad ipſum ut ſupra obventis dictus Dominus Io. Franciſcus antequam decederet, alienavit in Dominum Victorium de Nellis Reum Conventum dictus Dominus Eques Laurentius dicti Io. Franciſci Frater uterinus prætendens iure Fideicomiſſi ad ipſum bona alienata pertinere ſub die 13. Martii 1654. eadem per ſuum libellum petiit aſſerens ſe vocatum per relationem, ſeu inſtrumentum ſupra memoratum, ideoque inſterit ſibi dimitti, & relaxari ut latius in petitione.

Ego autem plurium menſium ſpatio cauſa acerrime diſceptata, Reum a petitis abſolvendum cenſui, prout revera abſolvi, & ad ita ſenriendum motus fui, quia agens ad fideicommiſſum, & 7.
vigore fideicommiſſi primo tenetur probare Fideicommiſſum fuiſſe inductum, *Leg. final. Cod. de Edict. D. Adr. toll. Peregr. de Fideic. art. 43. n. 4. Rot. dec. 336. n. 1. par. 4. rec. tom. 2.* ſecundo probare debet casum fideicommiſſi evenisse, vel per mortem, vel per alienationem, *Fuſar. de ſubſtit. qu. 614. n. 1. Rot. penes Poſt. de Manutent. dec. 302. n. 1.* Tertio tenetur probare ſecuta morte, vel alienatione, morientem, vel alienantem fuiſſe gravatum idem *Peregrin. dict. art. 43. n. 35. & n. 46.* quarto etiam cum ſuppoſitione gravaminis agens probare tenetur ſuam vocationem, *Peregrin. dict. art. 43. n. 22. Rot. dict. decis. 336. n. 2. par. 4. rec. tom. 2. & dec. 385. n. 5.* ibidem alterius conditionis defectu nec caducatam *Fuſar. de ſubſtit. qu. 456. n. 2. & qu. 469. n. 15.* quinto his omnibus probatis tenetur excludere omnes detractiones, 8
maxime agendo contra tertium poſſeſſorem, & in caſu noſtro, ne idem poſſeſſor excipiat alienationem ſibi factam imputandam fore in detractionibus alienanti competentibus. *Fuſar. quæſt. 659.* eum

seqq. quæ omnia tantum abest, ut in processu probata legantur, ut quinimo nullum ex articulis prædictis probatum existimarim.

Et primo nullum in proposita facti specie fideicommissum extare explorati Iuris est, cum prohibitio alienationis tamquam
9 odiosa, *Fusar. de substit. qu.* 676. *n.* 1. *& seqq. Rubeus in adnot. ad dec.* 632. *n.* 69. *par.* 4. *rec. tom.* 3. nec non fideicommissum
10 ex ea resultans tamquam stricti iuris, & onerosum non extendatur de re ad rem, neque de persona ad personam, neque de casu ad casum, ut docet *Peregrin. de Fideicomm. art.* 1. *num.* 26. *cum plurib. seqq. Rot. dec* 473. *n.* 6. *par.* 4. *rec. tom.* 2. strictèque sit
11 interpretandum, maxime in contractu ordinatum, ut in casu nostro *Rot Rom cor. Merlin dec.* 460 *n.* 4. *& n.* 11. *& decis.* 473.
12 *n.* 28. *par.* 4. *rec. tom.* 2. & in dubio iudicandum sit non extare fideicommissum *Fusar. de substit. qu.* 291. *n.* 1. ex quo plures producit malos effectus, *Peregrin. de Fideicom. art.* 52. *n.* 114. *Rube. in adnotat ad dec.* 632. *n.* 70. *par.* 4. *rec. tom.* 3. sed in casu nostro licet prohibitio alienationis appareat facta Dominæ Sibillæ Ioanni Francisco eius viro, & ipsorum filiis descendentibus, & hæredibus, prohibitio tamen sicuti non est universalis, sed restricta ad bona quæ ad ipsam Sibillam pervenerint, & quæ
13 proinde extradotalia fuerint, ita Fideicommissum inductum ad alia bona huiusmodi qualitatibus carentia non potest extendi *Text.* est expressus, *in Leg. cogi* 16. §. 1. *ff. ad Senat. Consult. Trebell.* & ratio generalis est quia ex adiectione verborum, & qualitatis
14 quæcumque dispositio tam inter vivos, & in Contractibus, quam in ultimis voluntatibus qualificatur, & restringitur *Surd. consil.* 106. *num* 35. *Rot. dec.* 599. *num.* 9. *part* 5. *recent. tom.* 2. & ex qualitate adiecta cognoscitur quid venlat in dispositione idem *Surd.*
15 *consil.* 45. *num.* 26 *consil.* 179. *num.* 41. *consil.* 274. *n.* 14. *& consil.* 489. *n.* 25. adeout dispositio non habeat effectum, si qualitas de-
16 ficiat idem *Surd. consil.* 400. *num* 16. *Rot. Rom. cor. Merlin dec.* 894 *n.* 2. & in terminis nostris *Fusar. de substit. quæst.* 469. *sub n.* 60. *versic. secundo facit, & n.* 62.

An vero fideicommissi casus venerit, sive conditio purificata sit (quod erat secundum caput propositum) quæque prius liquidanda est (facta prohibitione) ut fideicommissum existat *Pereg. de fideicommis. art.* 42. *num.* 9. nihil probatum fuit in processu, quini-
17 mo ipse actor fatetur, bona petita nunquam ad Dom. Sibillæ manus pervenisse, & consequenter nunquam extradotalia fuisse. Nec valet dicere quod bona petita ex suppositione debebant in Dom. Sibillam pervenire, & extradotalia fieri, ergo perinde est, ac si pervenerint, cum nihilominus immediate pervenerint ad filium ex dispositione maternorum parentum, quia pro responsione repe-

tenda·

tenda ſunt hic omnia dicta ſupra ad *verſ. animadvertebam*; præterea in Inſtrumento, relatione, ſeu diſpoſitione ita præſumitur pro forma contemplatus ordo, ut bona prædicta pervenerint in Dom. Sibillam, & Virum, poſtea vero in filios filiorum, ut non purificata hac conditione defeciſſe dicatur, ita *Fuſar.* ex *Peregr.* & aliis de *ſubſtit. quæſt.* 469. *n.* 58. *&* 59. *Altogr. omnino vidend. dict. conſ.* 46. *n.* 7. *cum. ſeqq. lib* 1. maxime in caſu noſtro in quo occaſio, & cauſa prohibitionis fuerat dumtaxat Dom. Sibilla extero nupta, quæ contra cenſuram dictæ legis anni 1591. potuiſſet bona ſtabilia titulo lucrativo acquirere, ergo ipſa Dom. Sibilla ceſſante, & deficiente in eius perſona acquiſitione, ceſſare quoque debet alienationis prohibitio *Fuſar.* poſt alios in puncto *de ſubſtitut. quæſt.* 734. *num* 1. 2. *&* 3. ne contra iuris regulas prohibitio alienationis extendatur de caſu ad caſum, *Peregrin. de fideicom. artic.* 1. *num.* 36. *& ſeq.*

18 19 20

Sed ad tertium accedentes articulum, quando filii dictæ Dom. Sibillæ, & dicti Dom. Ioannis Franciſci dicerentur gravari, non alio cuſu gravamen intelligeretur, niſi ſi, & quatenus deſcendentes reliquiſſent, aut poſteros (ut ſonant verba diſpoſitionis „ ibi „ s' intenda perpetuamente proibita ogni alie„ nazione a detta Sibilla, e detto Gio. Franceſco ſuo mari„ to, & a' loro figliuoli, e deſcendenti, & eredi, ma che „ paſſino di grado in grado ne' loro poſteri „ quorum favore Fideicommiſſum ordinatum fuerat, & quibus alienando fieret iniuria, ut tradit *Peregrin. de fideicom. artic.* 14. *num.* 50. Non relictis igitur deſcendentibus, ſeu poſteris in defectum filiorum vocaris, Dom. Ioan. Franciſcus iunior cum libere in bonis ſucceſſerit, & libera habuerit bona, potuit etiam illa libere alienare, *Peregrin.* mox allegatus *d. artic* 14. *n.* 50. *Rot. dec.* 763. *num.* 1. *par.* 3. *recent. & dec.* 286. *num.* 11. *&* 12. *par.* 5. *recent.* vel ſaltem hodie non eſt in rerum natura, qui vindicare poſſit alienata bona, *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 735. *n.* 1. *& ſeqq.*

21 22

Et ſic capio quartum articulum, in quo crediderim ſat eſſe dicere Fideicommiſſum, vel ſubſtitutio de Laurentio actore non loquitur, nec de iis, qui non deſcendant copulative a dicto Dom. Ioan. Franciſco, & Dom. Sibilla iugalibus, *Peregrin. de fideicom. artic.* 11. *num.* 37. *& artic.* 43. *num.* 11. *Fuſar. de ſubſt. qu.* 615. *num.* 1. *& ſeq.*

23

Non obſtat, quod Dom. Eques Laurentius Actor ſatis probet, ſe eſſe de vocaris, fideicommiſſumque de ipſo loqui, dum ſine controverſia eſt filius dictæ Dom. Sibillæ, cuius non modo filii, ſed deſcendentes, & poſteri vocati ſunt. Nam reſpondetur, quod conſtat in facto non Sibillæ, & eius filiis deſcenden-

tibus, & posteris fuisse alienationem prohibitam, onusque fideicommissi iuiunctum, iniuria enim affecta fuisset, nulloque iure gravata, sed quia per supra laudatam Legem anni 1591. tamquam extero nupta erat prorsus incapax cuiuscumque lucrativæ acquisitionis, ideo tamquam extero nupta fuit ex gratia capax reddita sub onetibus, & conditionibus antedictis; igitur omnis dispositio, prohibitio, seu vocatio, sicuti respexit Sibillam, & Ioannem Franciscum copulative, & coniunctim, ita non
24 vocavit nisi filios, & descendentes ipsorum copulative consideratorum, ut dictio illa „ *& a' loro figliuoli, e descendenti* „ de-
25 monstrat, quæ uti personalissima restringit dispositionem ad personas tantum nominatas, nec ad aliquam aliam personam referri potest, *Fusar. consil. 17. num. 5. lib. 1. & Rot. Rom. dec. 359. num. 36. & dec. 618. num. 23. par. 5. recent.* alias extenderetur ultra personas nominatas contra dispositionem iuris, *Rot. dec. 306. num. 13. par. 5. recent.* & licet ex his, quæ hucusque dicta sunt satis videatur deductum pro quarti articuli resolutione; Maior tamen difficultas consistere videbatur in decidendo, an caducata successione Sibillæ per eius præmorientiam, cæteri quoque gradus, & conditiones extinctæ dicantur. Qua in re primo animadvertendum censui in dispositione, de qua agimus, fuisse tantummodo inductum fideicommissum ex prohibitione alienationis resultans, cæteras vero substitutiones nequaquam, quinimo
27 fideicommissum quoque vix fuisse inductum ausim dicere, ut demonstrant verba illa „ come se fossero sottoposti a stretto „ fidecommisso „ quæ improprietatem significant, *Leg. si pecunia 26. ff. si cert. petat. Leg. iubemus 14. §. fane huius initii C. de Sacrosanct. Eccles.* cum aliis allegatis per *Barbos.* in dictione *tamquam*. Et si effectum veri, & proprii fideicommissi includant, atque producant æquiparationis virtute, ut idem *Barbos.* ibidem dicit *num. 1. in fin.* Secundo animadvertebam, quod tota dispositione considerata, non fuerunt obligati parentes Sibillæ eidem Sibillæ bona morientes relinquere, sed fuerunt permissi transferre bona in ipsam titulo lucrativo. Eadem vero Sibilla fuit permissa frui dictis bonis, & transmittere in consequentiam ad posteros ex illo matrimonio descendentes, & observante præcepta iniuncta, & conditiones appositas, itaque Iudices contrahentes, & Princeps crediderunt dictam Sibillam acquisituram fore parentum hæreditatem, cum de iure sit, quod vocati, & substituti per fideicommissum succedere non possint, nisi adeatur hæreditas, *L. apud Iulianum 11. §. idem Iulianus L. ita tamen 27. §. qui suspectam ff. ad Senat. Consc. Trebell. Peregrin de fideicom. artic. 2. num 9. cum seqq. Rot. Rom. decis. 459. num. 1. & per tot. par. 4. diversor.*

His

His igitur poſitis facilis eſt reſolutio propoſiti articuli, an per obitum dictæ Sibillæ ante bonorum acquiſitionem ſint caducati cæteri gradus ſubſtitutionum, & fideicommiſſi, nam licet regula ſit, quod caducato uno, vel altero fideicommiſſi gradu non cenſeantur caducati ſequentes, imo quod caducitas prioris gradus 29
viam ſequentibus gradibus faciat, & aperiat, ut firmavit *Rot.* poſt alios *dec.* 180. *num.* 20. *par.* 5. *recent.* limitatur nihilominus in caſu, & propoſito noſtro bifariam hæc regula: Primo, ut non procedat quando hæreditas non fuit adita, vel acquiſita per pri- 30
mum honoratum ſimul, & gravatum quare tota diſpoſitio evanuerit, ſeu deſtituta ſit, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 469. *num.* 16. & *quæſt.* 566. omnino viden. *a prine. uſque ad num.* 10. ut plane contigit in noſtra factiſpecie, ubi Dom. Sibilla, quæ prius hæc bona debebat acquirere mortua ante eos, qui debebant relinquere, quique providere, ac diſponere potuerunt, quemadmodum diſpoſuerunt, caducam fecit totam diſpoſitionem. *Peregrin de fideicom. artic* 2. *num.* 10. idem *Fuſar. dict. quæſt.* 566. *num.* 8 Secundo, limitatur hæc regula, quod non procedat, vel quando ſequens 31
gradus omnino dependet a primo, quia tunc ſublato antecedenti tollitur & dependens ab eo, ut dixit *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 469. *num* 40. *poſt Alexand Gabr. Lanar. Cæphal.* idem repetit, & latius eadem *quæſt. num.* 58. *uſque ad num.* 63. vel quando ordo fuit contemplatus pro forma diſpoſitionis, ut ex pluribus conſuluit fere in terminis noſtris *Altograd. dict. conſil.* 46. *uſque ad num.* 10. *lib prim.*

Ad quintum articulum accedendo dicebam, quod aut diſpo- 32
ſitio iſta, ex qua reſultat fideicommiſſum, & alienationis prohibitio debeat adſcribi partibus, qui contractui, ſeu relationi, & utreque modo, cum & Iudicis factum dicatur factum partis, *Leg. ſi ob cauſam* 13. *ubi Bald. Cod. de evictton* fideicommiſſum ab aſ- 33
cendente ordinatum eſſe dicitur, in quo deſcendentes ita gravari non poſſunt, ut detractiones facere nequeant, *Peregrin. de fideicom. artic.* 39 *fere per tot. Fuſar. de ſubſtit quæſt.* 296. *num.* 1. *quæſt.* 561. *per tot.* & optime *quæſt.* 672. *num.* 1. *cum ſeq.* Idcirco etiam cum ſuppoſito, quod filius Dominæ Sibillæ ex primo matrimonio fuiſſet gravatus ad favorem Actoris (quod abſolute ſupra nega- 34
vimus) adhuc Domino Nellio tertio poſſeſſori habenti cauſam ab eo, qui ius habeat detrahendi competit detractionum exceptio, *Rot. deciſ.* 340. *num.* 1. & *ſeqq. par.* 5. *recent.* & Actori dicenti ex alienationibus alias factis detractiones fuiſſe conſumptas, in- 35
cumbit onus probandi, *Peregrin dict. artic.* 39. *num.* 13. de qua re in proceſſu, nec verbum quidem.

Ac

At quando nullum ex resolutionis nostræ fundamentis subsisteret adhuc Actori nulla prorsus competeret actio tamquam extincta per disponentium voluntatem expressam „ ibi „ E caso che „ il più prossimo, o prossimi consentissero, o non si opponessero, „ o non domandassero, passato l' anno, trapassi ogni ragione nel „ seguente in grado, & in ultimo luogo deva succedere il Fisco „ sed in casu nostro Dom. Eques Actor, vel consensit expresse, ut dicitur per Epistolam, vel saltem per temporis lapsum a disponentibus præscriptum, merito cum sibi præiudicaverit consentiendo *Fusar.* in puncto *de subst. quæst.* 719. et proinde sine actione ad iudicium veniisse dicatur, nullatenus obtinere potest, et hæc ad excitandum ingenium Dominorum Iudicum, ad quos sat esse censui. Utraque Parte informante.

Innocentius Massinius Rotæ Audit.

DECISIO XIII.

FLORENTINA MOLENDINI.

9. Augusti 1656. ex L. M. 123. p. 412. cor. Aud. BARTHOL. BONONIO.

ARGUMENTUM.

NAturalis Fluminis cursus immutari nequit, minus vero Flumen derivare licet in agrum alienum ibi effosso novo alveo: Quando secus, concordantur *Textus Leg.* 1. §. *neratius ff. de aqu. pluv. arc. & Leg.* 2. §. *pen. ff. eod.*

SUMMARIUM.

1 *Naturalem Fluminis cursum alio avertere non licet.* n. 3.
2 *Id attentans tenetur interdicta, ne quid in Flumine publico. Ratio interdicti.* n. 5.
4 *Naturalis Fluminis cursus quis dicatur? Et regula inde emergens.*
6 *Ex maxima utilitate cursus Fluminis mutari potest, sed non ex quavis, & nisi absit dat, incomodum vicinorum, etiamsi agatur de munienda propria ripa.* n. 7. 14. 15.
8 *Huiusmodi utilitas non debet pendere ab eventu.*
9 *Nil firmant Periti non electi ad normam iuris.*
10 *Non vocatis, nec præsentibus, quorum intererat, electio peritorum, & relatio eorum non obtinet.*

11 *Relatio Peritorum non probat utilitatem, quia probatio inde proveniens non nititur veritate, ſed præſumptione tantum.*

12 *Iudicium plerumque ipſos Peritos fallit.*

13 *Sententia lata ex Peritorum relatione numquam tranſit in rem iudicatam, & poteſt revocari ex meliori iudicio aliorum Peritorum, etiam poſt publicationem.*

16 *Qui ſervitutem aquarum patitur non poteſt in Flumine ad defendendas proprias agras aliquid facere damno vicinorum*

17 *Id etiam procedit in eo, qui ſine alvei mutatione Flumine utetur, & pariter facere debet ſine cuiuſquam incomodo.*

18 *Facultas ducendi aquam ex Flumine publico non navigabili intelligitur pariter ſine alterius iniuria, quod procedit etiam quoad alia loca publica etiam vias, quas munire non licet ad ſuum comodum damno alterius, ideoque de damni infecti cautione tenetur.* num. 19. 20.

21 *Habenda eſt ratio damni non ſolum imminentis, ſed etiam futuri.*

22 *Qui ripam ſuam munire contendit tenetur præſtare cautionem damni infecti in annos decem.*

23 *Regulariter nemo poteſt aliquid moliri in alieno, aquamque in fundum Vicini immittere, nec in ſuo, ſi quid in alienum immittat, imo nec reficere* num. 24. 25.

26 *Si aquam excludenda, quæ in ſuum agrum effluere ſolebat, vicinis noceat cogitur opus tollere.* num. 27.

28 *Aliud ſi nulla ſervitute gravatus recipere nolit.*

29 *Nulli licet quid immittere in alienum.*

30 *Ab agro tamen ſuo aliquid avertere omnibus permittitur etiamſi aliis noceat.*

31 *Qui alveum mutare affectat debet prius emere locum in quo novum alveum conſtituat, & ſi fundus fiat deterior per venditionem partis totum emere cogitur.* num. 46.

32 *In alvei mutatione requiritur auctoritas Principis, qui in ſua licentia non cenſetur Tertia præiudicium inferre, & ſi fiat eum præiudicio intelligitur de modico, reſpectu vero ad alia damna, quæ inde poſſent evenire corruit licentia ob defectum intentionis.* num. 33 35 49.

34 *Princeps cum velit duci aquam per fundum alterius, cenſetur id velle ſoluto pretio fundi, quod non obtinet ſi ex venditione magnum fundi Domino damnum obveniret.* num. 45.

36 *Damnum pati dicitur qui ſuam voluntatem explere nequit.*

37 *Agens contra voluntatem alterius cenſetur nocere etiamſi eius conditionem faciat meliorem.*

38 *Nullus cogitur pati aliquid in ſuo fieri etiamſi opus illud ſibi non noceret alteri vero prodeſſet.*

39 Con-

39 *Contrarium obtinet in refectione .*

40 *Contra ius est , ut quis cogatur vendere per iniustitiam , & gravem iniuriam .* num. 41.

42 *Statutum ut correctorium Iuris Communis stricte est interpretandum .* num. 43.

44 *Statuta permittentia aquam ducere per fundum alterius respiciunt publicam utilitatem .*

47 *Damnum spectari debet habita etiam ratione prædiis finitimis .*

48 *Habito respectu ad tempus futurum excessus non pro modico , sed pro magna haberi debet .*

50 *Dispositio auferens ius alluvionis debet esse clara cum hoc ius originem trahat a Iure Gentium , & in dubio non censetur sublatum .*

51 *An ius quærendum ex alluvione , quod in sola spe consistit Princeps tollere possit .*

52 *Molendini causa publicam utilitatem concernit .*

53 *Favendum magis est publicæ utilitati , quam privatæ .*

54 *Non sufficit deducere publicam utilitatem nisi id quod agitur principaliter eam concernat .*

55 *Non debet Tertio præiudicari , quando aliter publicæ utilitati potest provideri .*

NON iure egit D. Eques Rondinellus, ut sibi liceret cursum fluminis Elsæ immutare, minus vero fundum alterius effodiendum expetere, ut amnis in illam partem flueret; constat enim apud omnes nulli integrum esse cursum fluminis naturalem alio avertere 1 *Leg.* 1. *Cod de alluvion.* alias ille, qui aliquid tale 2 attentat, tenetur interdicto ne quid in flumine publico, *Cuiac. in cod. Leg.* 1. ideoque bene decidit *Rot.* apud *Cassador. dec. unic. de acquir. rer. domin. n.* 1. naturalem fluminis cursum ad alium 3 locum divertere esse prohibitum, & impossibile.

Naturalis porro fluminis cursus est ille, quem fluvius tenet si 4 priori ætate eundem tenebat, ut liquet *ex Leg. unic.* §. *is autem ff. ne quid in flum. pub.* & tradit *Aymus in tract. de allun. iur. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 11. qua propter prodiit interdictum, de quo *in d. Leg. unic. ff. ne quid in flum pub.* ex quo emersit regula obsistens illi, qui affectat aliquid moliri in flumine publico, & facere ut aliter aqua fluat, quam priori ætate fluxit. Et ratio interdicti 5 prohibentis hæc fuit præcipua (ut subiicitur in eadem Lege) ne mutatus alveus vicinis aliquam iniuriam afferat. Nec refert quod interdictum prædictum suas habeat exceptiones deductas ni- 6 mirum ex utilitate contendentis derivare flumen in aliam partem, ut constat, *ex d. Leg. unica sub vers. sunt qui putant, & sub vers. sed si alia utilitas .*

Quan-

Quando quidem non quælibet utilitas opitulatur, nec ſimplex utilitas ſufficit ad exceptionem obtinendam, ſed ea debet eſſe maxima, & quæ concernat defenſionem bonotum, & tutelam affectantis fluvium avertere, ut plane colligitur *ex textum d. Leg. unica ſub verſ. ſed ſi alia utilitas, iuncta gloſſ. ibi in verb utilitatem* agitur enim de utilitate non exigui momenti ex quo etiam factum eſt, ut Iuris Conſultus non ſimpliciter admiſerit exceptiones ad interdictum ex cauſa utilitatis, ſed voluerit prius cauſæ cognitionem ſuperinde adhiberi, ut habetur in eo textu „ ibi „ „ *hoc tantum iure utimur ut Prætor ex Cauſa extimet, an hanc ex-* „ *ceptionem dare debeat*. 7

Et ſi quis forte dixerit in hac re verti magnam utilitatem d. D. Equitis Rondinelli, cum agatur de manutenendo Molendino, quod modo ad nullam partem utile videtur, aqua identidem refluente, & limum in partes molis finitimas congerente continuo, reſpondebimus non conſtare quod flumine in aliam partem contorto, & deflexo, futurum ſit ut molæ celerius circunferentur, & quod huiuſmodi utilitas dici debeat permanere, utilitatis vero, quæ non eſt certa, & pendet ab eventu, nulla ratio haberi ſolet *Rot. Rom poſt Picum ad Statut. Urbis* 41. *n.* 8. *Cyriac. controver.* 364. *n.* 22. *& ſeqq.* 8

Nec dicatur ſatis ſuperque conſtare de ea utilitate ex iudicio peritorum ſi quidem in eo nulla vis fieri poteſt, eum Periti non fuerint electi ad normam iuris, nimirum de conſenſu Partium, aut Partibus diſſentientibus a Magiſtratu, *Dec. in cap propoſuiſti n* 29 *de probat. poſt Io. Andr. & Abbat. Menoch de adipiſcen. poſſ. remed.* 5. *n.* 163. *Surd in conſ.* 452. *n.* 36. *Farinacc. in repertor. iudic. qu.* 113. *n.* 16. quin etiam nulli quorum interest vocati ſunt, quapropter electio peritorum, & relatio eorum nec robur, nec iuris firmamentum obtinent, *Surd. in dict. conſ.* 452. & eo minus, quia Periti in rem preſentem ſe contulerunt, & loca oculis ſubiecerunt, ut inde ſuum iudicium, proferrent nullis ex adverſa Parte preſentibus aut vocatis ad examen rei de qua agebatur, *Gabriell in conſ.* 168. *qu.* 8. *num.* 102. *Surd. in d. conſ* 452. *n.* 35. *Gregor. XV. dec.* 545. *n.* 9. *& ibi Beltramin. n.* 12 *Gratian. diſcept for cap.* 228. *n* 4. *& cap* 874. *num.* 33. *& ſeqq Rot. in rec dec.* 515. *num.* 14. *& ſeqq. par.* 1. *& deciſ.* 585. *par* 2. *Maſtrill dec* 73. *n* 23. 9 10 11

Verum enim vero faciamus peritorum relationem aliquod robur, & iuris firmamentum obtinere, non tantum dici poterit plene de ea utilitate conſtare, tum quia probatio inde proveniens non nititur veritate, ſed tantum præſumtione, utpote fundata in ludicio, & credulitate *Tacion. de probat. lib.* 1. *cop.* 472. 15. *&* *n.* 88.

12 n. 88. tum etiam quia iudicium plerunque ipsosmet peritos fallit *Gratian. discept. for. cap.* 263. *n.* 23. quamobrem factum est ut sententia lata ex perirorum relatione nunquam transeat in rem iu-
13 dicatam, & possit quandocumque revocari ex meliori iudicio aliorum peritorum non secus ac si est lata per falsas probationes; tale namque iudicium, & relario admittit probationem contra etiam post publicationem, & notitiam dictorum testium partibus datam, *Farinacc. quæst.* 127. *par.* 2. *tit. de homicid. n.* 128. *& seqq. & de testib. qu.* 75 *n.* 124. *cum seqq. Seraphin. dec* 513 *n.* 3. *Pacian. d. cap.* 47. *n.* 83. *& seqq. Ridolphin. in prax. rec. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 123. *Ioan Franc. Andreol. contr.* 128. *n.* 1. *cum seqq.*

Sed demus etiam iudicio dd. Peritorum deferendum esse indeque plenam emergere probationem utilitatis id genus: n tamen
14 fiet ut sit locus petitioni dicti Domini Equitis; Alveus ..., & cursus fluminis mutari non potest propter magnam utilitatem,
15 nisi abscedat incommodum vicinorum, etiam si agatur de munienda propria ripa, *Ferdinand. Arias de Mesa variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 49. *n.* 1. quinimmo iure prohibetur aliquod tale moliri vel per eum, cuius agris fluvius insignem vastationem, & depopula-
16 tionem inferre consueverit, quando ex munitione adhibita immineret magnum damnum fundis vicinorum, & ideo ad secundam exceptionem *in d. Leg. unic. sub vers. sed si alia utilitas, bene subiicit I. C. oportere in huiusmodi rebus facientis utilitatem, & tutelam spectari sine iniuria utique accolarum* Idque contigit non solum in casu prohibito, ut *in d Leg. unic. ff. ne quid in flum. pub.* verum
17 etiam in casu permisso quando sine mutatione Alvei in Fluminibus publicis, quorum communis est usus, aliquod fir ad usum eorum capessendum nam tunc etiam addita est conditio *dum tamen id sine incomodo cuiusquam fiat, Leg. flumen in princ. ff de fluminibus*, simili modo determinandum esse censuerunt I. C. de
18 facultate ducendi aquam ex flumine publico non navigabili, quam facultatem tribuit *Text. in Leg. quo minus ff. de flum.* ut nimirum ea concessa intelligatur dummodo aqua ducatur sine alterius iniuria; *Iaf. post Bartol. in d. Leg. quo minus n.* 10 *& Ripa ibidem sub n.* 11. *vers. secundo respondetur*. Idem generarim obrinet in aliis locis publicis, in quibus nihil fieri potest cum iniuria alterius, & ideo quotiescumque aliquid in his locis fieri permittitur id ita
19 demum intelligitur permissum dum sine iniuria cuiusquam fiat, & dummodo quis non admittat commodum, quod ex publico consequitur qualecunque illud sit, *Leg.* 25. *merito ait Prætor ff. ne quid in loc. publ. Valenzuel. in cons.* 20. *num.* 16 *vol* 1. quin etiam non
11 licet cuiquam munire vias ad suum ipsius commodum damno Vici-
20 norum; quapropter qui eas munire contendit cogitur cautionem

damni

damni infecti Vicinis præſtare ; *Leg. qui vias iuncta gloſſ. ibi in verſ. debent ff. de damn. infect.* Cœterum quoniam in mentionem 21
damni incidimus, animadvertendum eſt, quod in hoc caſu haberi debet ratio non ſolum damni certi , & proprius imminentis, ſed etiam illius , quod ex tempore contingere poteſt , ut probat *Text. in Leg. 2. §. deinde ait Prætor ff. ne quid in loc. pub. ait Prætor (inquit Iur. Conſ.)* „ quo ea via , idque iter deterius ſit , fiat ; „ hoc eſt ſive ſtatim via ſit , ſive poſtea , ad hoc enim perti- „ nent hæc verba , fiat , etenim quædam ſunt talia , ut ſtatim facto „ ſub noccant quædam talia , ut in præſentiarum quidem nihil „ noccant , in futurum autem nocere debeant „ Atque ita ſua- dente ſubiecta materia ſub verbo relato ad præſens periculum veni: etiam futurum , quamobrem recte *gloſſ. in Leg. 1. §. Ne-* 22
ratius de aqua pluv. arcen. in verb noceat , ait, ſemper expone nocere poſſit , indicans etiam illud , quod evenire poteſt , ſpectandum eſſe , prout revera ſpectari debet , ſufficit n. opus manufactum ad hoc veriſimiliter vergere , ut tradit *Morot. in conſ. 8. n. 27. & ſeqq.* huc etiam facere videtur *Leg fluminum in fin verſ ſed quod dictum eſt ff. de damn infect* & in noſtris terminis *Leg unic. ff. ripa munienda , ibidem Leg. Prætor ait §. de eo opere , & Leg. ſi finita §. deinde ait Prætor , ac ſub §. notandum verſ. ſi quid agitur ff. de damno infecto* , ex quibus compertum habemus , quod licet ripam munire utiliſſimum ſit , idque ad publicam utilitatem vergat : At- tamen is qui ripam ſuam munire contendit , compellitur præſtare cautionem damni infecti in annos decem , ita ut ſi quid damni 23
intra annos decem acciderit, illud ſtipulatione contineatur . Ideo- que bene decidit *Bart. in d Leg. quominus 11. quæſt. ſub num. 21.* quod aut certum eſt damnum, & tunc reſiſtit Interdictum facienti opus , aut non eſt certum , ſed timetur & tunc debet edificans vicinis cavere de damno infecto in annos decem .

Ex his perſpicuum eſt d. D. Equitem non potuiſſe in ſua petitione obtinere ; nam ſi ei non erat integrum mutare Flumi- nis curſum impendente damno vicinis , multo minus licebat ei- dem expoſcere , ut ſibi permitteretur agrum illorum de Sandon- ninis effodiendum curare , ut in illam partem averteret, & de- 23
rivaret flumen nemo enim regulariter poteſt aliquid moliri in alieno, aquamque in fundum vicini immittere, *Leg quemadmodum §. ſi protectum ff. de Leg. Aquil. Cepoll. de ſervit. Urb prædior. cap 68 n 1 iuncto cap 30. ſub n 2. in impreſſ. Taurinen aut eam- dem per alterius fundum ducere , Rip de remed. præſervat. contra pe- ſtem par ult. n 24 Carpan ad Stat. Mediol. par. 2. cap 247. n. 22. Morot. in d. conſ. 8. ſub num. 25.* quin etiam non poteſt quis aliquid in ſuo facere , ſi faciendo quid in alienum immittat ,

cum iure definitum ſit in ſuo ita demum facere poſſe, dum-
24 modo is nihil immittat in alienum, *Leg. ſicut* §. *Ariſto ff ſi ſervit vindicet Ripa d. Leg. quo minus ſub n* 45. *verſ item licitum eſt ff. de Flumin. Riminald. iun. in conſ.* 86. *ſub n.* 19 *Barboſ. in 2. por. leg.* 2. *in princ. ſub n.* 41. *ſub verſ. ult. concluſio ſit in fin.* ubi tradit quod ille, cui licet avertere aquam, ita demum poteſt uti iure ſuo, dum nihil in alienum immittat, & ſi quid in alienum immittatur non ſolum quis prohibetur in ſuo face-
25 re, ſed etiam reficere, *Leg. demum, & ibi Gloſſ. & Cuiac. ff. de reg. iur. facit huc Text. in Leg.* 2. §. *neratius ff. de aqua pluv. arcen.* ibi Ulpianus ex Neratio ſtatuit, quod ſi quis opus facit in ſuo agro, ut aquam excluderet, quæ exundante palude in
26 eumdem agrum fluere ſolebat, ſi illa palus aqua pluvia amplietur, & ex aqua per illud opus repulſa vicinis noceat aquæ pluviæ arcendæ actione cogitur opus tollere.

Et hic obſervare debemus aliud eſſe quod quis aquam, quæ iam in ſuum agrum defluxit, opere manufacto repellat, & per conſequens vicinis noceat, vel aquam, quæ in ſuum fundum
27 exundante Palude defluere ſolebat iure cuiuſdam ſervitutis ex veruſtate, aut aliunde procedentis ita repellat, ut defluat in alienum, qui eſt caſus *d.* § *Neratius*, aliud vero quando quis arceat, & avertat Flumen ne aqua ad eum perveniat, nam licet avertens
28 Flumen per opus manufactum in ſuo noceat vicinis non tamen poteſt agi cum eo aquæ pluviæ arcendæ iudicio, atque ita procedit *Textus in d Leg.* 2 § *penult. ff. de aqua pluv arcend. qui licet videatur adverſari dict.* §. *Neratius*. Non tamen revera adverſatur nam multum intereſt, utrum illud, quod quis in ſuo iam habet vel iure cuiuſdam ſervitutis recipere tenetur, expel-
29 lat, & exoneret in alienum, an vero quod venit extrinſecus avertat, & arceat ne ad ſuum agrum perveniat. Qui exonerat quid in alienum, is in alienum immittit, quod nulli licet *d. L. ſicut* §. *Ariſto ff. ſi ſervit. vindicet*, qui vere avertit, & arcet,
30 quid a ſuo is vim propellit, quod omnibus permittitur, etiam ſi ea re aliis noceat, *L. ſcientiam* §. *vim ff unde vi Donell. commen. de iur. civ. lib.* 15. *cap.* 48. *pag. mihi* 854. *ad n.* 50.

Cum igitur omnes conclament, & apptobent non licere cuiquam, nec quidem aquam, quæ in fundum ſuum defluere conſueverat, & ſibi damnum inferebat, expellere, & in alienum immittere, quid dicendum in hoc caſu, in quo primum contra interdicta prohibentia D. Eques contendebat avertere flumen a ſolito curſu, & poſt illud in agrum alienum derivare efoſſo etiam ibi novo incili, & alveo per quem Fluvius in poſterum curſum teneret ad quod minor eſt, non repenſo, neque etiam

oblato

oblato pretio fundi, licet ille, qui alveum mutare affectat prius debeat emere locum, in quo novum alveum conſtituere ſibi in 31
animum induxit, *Cammill. Borell. de reg. Catholic. præſtan. cap.* 8. *n.* 29. & deinde curare, ut authoritas Principis intercedat in al- 32
vei mutatione, *Alba in conſ.* 82. *n.* 3. qui ſane Princeps, etiam ſi quandoque permittat licentiam mutandi alveum, non cenſetur tamen, vel tertio præiudicium inferre licet verba generalia in 33
conceſſione adiecerit, ut ſi conceſſerit alicui ius ducendi aquam per quæcumque loca is voluerit, nam ea verba ſic accipi debent, ut cenſeatur conceſſa facultas ducendi aquam per loca propria, vel per aliena Domino permittente, vel quod emat fundus per quos ducere aquam poſſit; quinimmo ſi Princeps veller duci aquam per fundum alterius, & ſi facere poſſet cenſetur tamen id 34
velle dummodo Domino fundi de pretio ſatisfiat, ita egregie *Ruin. in conſ.* 88. *ſub num.* 6. *& ſeqq vol.* 4. & quod ſi conceſſio huiuſmodi fiat per Principem intelligatur ſine alterius præiudicio, vel ſi fiat cum præiudicio Tertii intelligatur de modico, tradit 35
etiam *Menoch. in conſ.* 99. *num.* 48. *&* 49.

Neque obſtiterit ſi dicatur hic non verti magnum præiudicium alterius, ſed modicum, cum agatur de ducenda aqua per arbuſtum, ſeu, ut aiunt arboretum quod exiguam utilitatem affert poſſeſſori.

Siquidem reſpondemus ad hunc deſiderati Principis permiſſionem talia faciendi cum damno tertii, & propterea non eſſe locum queſtinni, an cum damno exiguo poſſit duci aqua per fundum alterius deinde conſtanter affirmamus hinc non agi de exiguo præiudicio.

Primum quia illi de Sandonninis cogerentur ad id quod ſuæ voluntati repugnaret, ex quo non vulgare damnum emergere diceretur, nam ſi damnum pati dicitur qui ſuam voluntatem explere 36
nequit *Cyriac. contr. for.* 314. *n.* 154. quid dicendum ſi aliquid contra eius voluntatem fieri contingat, quippe etiam faciens contra voluntatem alterius nocere cenſeatur, quamvis eius conditio- 37
nem faciat meliorem, *Beec. in conſ.* 27. *n.* 6. *lib.* 1.

Deinde quia paterentur in ſuo fieri, quod eorum oculis perpetuo ſubiectum remaneret, licet quis non poſſit cogi ut aliquid in ſuo fieri patiatur, etiam in caſu quod illud opus non ſibi no- 38
ceret, alteri vero prodeſſet, non obſtante regula, *Leg.* 2 §. *item varus ff. de aqua pluv. arcen* quæ revera quidquid alii ſenſerint, obtinet dumtaxat locum quando agitur de refectione, nam tunc debet quis pati illud in ſuo refici, & redificari quod alteri pro- 39
deſt, ſibi vero non obeſt, ut optime probat *Barboſ. in* 2. *par. lib.* 2. *in princ. ſub n.* 35. *cum ſeq. & ſub num.* 40. *verſ.* 2. *concluſio ff.*

ſolut. matrim. nec difficultas obrueretur etiam ſi pecuniæ exequantes pretium fundi præ manibus eſſent, ut domino ipſius fundi perſolverent, quandoquidem illud contra iuris diſpoſitionem conſequeretur, ut quis rem propriam vendere cogeretur per ioiuſtitiam, 40 & gravem iniuriam, *L. invitum L. dubium Cod de contrahenda emption. & L. nec emere Cod de iur. delib.* id quod non uſu venit, niſi quibuſdam in caſibus, & in caſu noſtro certe regulariter non contigit, 41 niſi aliqua vigeat Statuti diſpoſitio, quæ tamen cum afferat correc- 42 tionem, & exceptionem ad ius comune *Carpan. ad Statut. Mediolan par. 2. cap. 247. n 23.* & inhumana, atque odioſa habeatur 43 propterea ſtricte venir interperranda, *Honded in conſ. 3. n 25. lib. 1. Bim. in conſ. 31. ſub n 21. in fin & num. 22. lib. 1.* & quamquam baſis, & fundamentum ſimilium Statutorum permitten- 44 tium licentiam ducendi aquam per fundum alterius, & hac ratione compellentium quem vendere rem propriam eſt utilitas publica, *Menoch. in conſ. 800. n. 17. & ſeqq conſ. 1000. n 33. & de arbitr. iudicium 462. ſub n 11. Surd. in conſ 130. num. 6. & ſeqq.* videtur tamen diſpoſitio ipſorum reſtringenda, ut non obtinear lo- 45 cum quando ex venditione obveniret magnum damnum domino fundi, *Theſaur. inn. qu. for lib. 1. qu 64. n. 9.* qui ob eandem rationem, ſi detrimentum afficeretur per venditionem partis fundi, 46 volens ducere aquam rorum fundum emere cogeretur *idem Theſau. dicta qu. 64. n. 11. Meſia de tax. parſ concluſ 5. n. 128. Alciat. in conſ. 13 n. 8. tom 1. lib. 2.* & declaravit Excellentiſſimus Mediolani Senatus menſe Septembris anno 1639. referente per Illuſtriſſimo Domino Senatore Petracino in cauſa, quæ tunc agebatur inter DD Fratres de Nocetis, & Ven. Præsbiterum Oppicinum, ceſſante porro Statuti diſpoſitione permittente duci aquam per fundum alterius, ut in hoc caſu proxime allata in conſideratione haberi non poterant, & ſolum queſtio diſtinienda erat ad tramites iuris communis, quo iure nulli permittitur licentia immittendi aliquid in alienum, vel ducendi aquam per fundum alterius, & tunc habenda eſt ratio ne dum damni preſentis, ſed etiam futuri, ut dictum eſt, & ſpectari debet damnum non ſolum reſpectu loci per quem aqua ducenda eſt, verum etiam habita 47 ratione prædiorum quæ finitima habent illi de Sandonninis, quæ prædia utique ſubiacerent periculo, & vaſtationi flumine de curſu ſuo deflectente, & in eam partem irrumpente, cum prædia ipſa exiſtant in locis dicto arborero umilioribus, & iter ſit ad ea deflexum, ut conſtiterit apud omnes, ex natura, ſitu, & figura loci. Et adeo verum eſt ſpectari debere damnum, quod ex opere manufacto emergere poteſt in poſterum, ut ſupra com-

pro-

probavimus, ut ſi in opere ipſo exceſsus non ſit conſiderabilis, ſi tamen eo opere fiat ut aqua deflectatur a ſuo curſu, & multo magis ſi via aperienda ſit flumini per agrum alterius huiuſmodi exceſſus non pro modico, ſed potius pro magno haberi debeat, 48
ut tradit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 480. *n.* 8. *& ſeqq.* ubi etiam in ſpecie conſiderat magnum damnum vicinis inferri ex eo, quod via ſit in eorum agris aperienda, & ſi res ita ſe ſe haber, quid determinandum eſt in caſu noſtro, in quo non ſolum damno viæ afficeretur illi de Sandonninis ſi eam dare cogerentur per ſuum fundum, ſed etiam aliis damnis ſubiecti remanerent, quorum tanta ratio eſt, ut ſi Princeps permitteret licentiam ducendi aquam per fundum alterius, non tamen ea licentia porrigeretur ad alia 49
damna, quæ inde poſſent provenire, quin etiam conceſſio quod attinet ad ea damna nulla eſſet ex defectu intentionis, *Ruin. in d. conſ.* 88. *ſub n.* 9 *verſ. & quia tantum.*

Ex his in ea Sententia fuimus ut illi de Sandonninis, & alii eſſent abſolvendi a petitis per dicto D. Equite Rondinellum, verum quia Agentes pro dicti D. Equiti nonnulla obiecerunt, quæ tantum minime probata fuere idcirco a rigore iuris paululum deflectentes addendam cenſuimus illam clauſulam *ex hactenus deductis*, ne Iuris dicto D. Equiti omnino deficeret quatenus in alio iudicio ex deducendis de integro apparere poſſet ab ipſo ſtare iuſtitiam oppoſuerunt primo arbuſtum, de quo agitur pubblici iuris eſſe, utpote ſenſim, & paulatim acquiſitum, ſatis ex tempore arboribus in alveo fluminis, ſed hoc nequaquam probatum fuit, & propterea in diſceptationem non venit quid ex caſu de iure reſpondendum foret.

Deinde affirmare non dubitaverunt ius alluvionis in hac ditione minus locum obtinere, & ad comprobationem protulerunt in medium nonnullas conſtitutiones ex quibus nihil ad rem deducere potuimus, quamvis clara debeat eſſe diſpoſitio, ut per eam cenſeatur ſublatum ius alluvionis, quod cum a iure gentium 50
originem trahat, § *præterea inſtit. de rer. diviſ. & Leg. adeo ff. de acquir. rer. domin.* in dubio non cenſetur ſublatum, quod provenit per alluvionem a damno exordium ducit, *Aim. de alluv. iur lib.* 1. *cap.* 11. ideo interdum in controverſiam venit, an ius 51
querendum ex alluvione, quod in ſola ſpe conſiſtit, Princeps tollere poſſit, *& Ruinus in conſ.* 95. *ſub num.* 3. 4. 9. *vol.* 1. negavit Principem id ſine cauſa facere poſſe, licet in contrariam. sententiam iverit *Aim d. tract. leg.* 1. *cap.* 10. *ſub num.* 5.

Poſtremo deducebat Molendini cauſam ubique præcipuam eſſe, publicamque concernere utilitatem, *Aym. conſ.* 398. *num.* 21. *& ſeqq. lib* 4. *Cyriac. controv. for.* 310. *num.* 95. & Reipublicæ intereſſe 52

resse plura existere Molendina, atque ita magis favendum esse
53 publice utilitati, quam privatæ, *Capic. Latr. consult. 20. sub num. 37. lib. 2.*

Sed in controversiam vocabatur, an hic ageretur de publicæ utilitate, cum potius de privata d. Dom. Equitis agi videretur cum magna sit copia Molendinorum in illa Regione, quæ & vicina existunt, & satis superque sunt accolarum subsidio. Porro dicebatur non esse satis, quod deducatur publica
54 utilitas, nisi id quod agitur concernat publicam utilitatem principaliter, ut in puncto *Morot d conf. 8. num. 25. Bero in conf. 139. sub n. 25. verf. 2 Argentum atque ita universalem utilitatem, Riminald. iun. in conf. 199. num. 146.* & immediate, ac per se primo bonum publicum, & secundario privatum, *Sperell. dec. 46. sub num. 10.* quod non videbatur usu veniisse in casu nostro, cum ageretur principaliter de consulendo utilitati dicti Domini Equitis cum magno damno illorum de Sandonninis: præterea erat consultum publicæ utilitati ex aliis Molendinis, quæ frequentia
55 sunt, & parum distantia in illis Locis, & ideo cessare debebat alia provisio vergens in maximum Tertii præiudicium, cui provisioni non est locus quando aliter potest provideri publicæ utilitati, *Cravet in conf. 276. sub n. 7. Ramon. in conf. 24. sub n. 102. Pasebal de virib. patr. potest. par. pr. cap. 1. sub num. 70. Bardellon. conf. 143. num. 10. Cyriac. contr. for. 31. sub num. 41.*

Bartholomæus Bononius Rotæ Audit. & Relat.
Carolus Blanchellius Rotæ Audit.

DECISIO XIV.

FLORENTINA NULLITATIS APOCÆ.

ex L. M. 116. a 504. lata die 29. Febr. 1663. cor. FLAMINIO BURGHESIO.

ARGUMENTUM.

VEnditio ob defectum notificationis, & registrationis Scripturæ intra mensem a die celebratæ ad mentem Statuti de Gabellis nulla est, ideoque ex illo contractu agi nequit: Quod procedit etiamsi venditio fuerit conditionalis, quoties continet quid certum, & licet apocha fuerit iurata; nec restitutio in integrum locum habet ex clausula *si qua mihi*, nisi probata concludenter ignorantia venditionis, quamvis agatur de tertio.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Statuti diſpoſitio.*
2 *De Venditione conditionali gabella non eſt ſolvenda negari denunciatio facienda, ſed ſolum quando mediante traditione effectum ſortiatur.*
3 *Tempore purificatæ conditionis ſi quis erit pupillus, & ſuccedet in facto alterius reſtituetur in integrum.*
4 *An tempus notificandæ Scripturæ a die celebratæ, vel a die purificatæ conditionis incipiat, quid inde* n. 5. 6.
7 *Succedens in facto alterius etiam multo poſt quadriennium probabilem ignorantiam allegare poteſt,* num. 35. *ex qua terminus a Statuto prefixus non currit ad effectum denegandi reſtitutionem in integrum, ut* n. 8.
9 *Venditio ob non notificatam Scripturam nulla eſt, & reſtitutio in integrum denegatur, & quare* n. 11.
10 *Qui agit ex contractu nullo fruſtra agit.*
12 *Facti proprii ignorantia allegari nequit, ut* n. 14.
13 *Probatur Scripturam eſſe denunciandam a die celebratæ.*
15 *Argumentatur de iure gabellam non eſſe ſolvendam.*
16 *Declara quod etiam dubius eventus vendi poteſt, licet nihil inde ſequatur, maxime ſi venditio licet conditionalis de per ſe conſiderata quid certum eſſet, ut* n. 17.
18 *Statutum locum non habet in Scriptura iurata, cum Statuta laicalia non obtineant in contractibus juratis.*
19 *Iuramentum intelligendum eſt, quod liget ſervatis ſervandis.*
20 *Ideoque ſuperveniente legis tranſgreſſione non ligat cum numquam ad incogitata trahat.*
21 *Interpretatio ſumenda eſt, quod quis non cogitaverit de validanda venditione mediante iuramento contra ius, aliter non iuramentum, ſed periurium eſt.*
22 *Iuramentum non habet locum contra Statutum conditum ad fraudes evitandas.*
23 *Quando contractus eſt ipſo iure nullus, poteſt quiſque venire contra factum proprium, & quare* n. 24.
25 *Quando aliquid prohibetur ad evitandas fraudes nullitas habetur a Lege non ab homine.*
26 *Poteſt quiſque venire contra factum proprium, quando agitur de damno evitando non de lucro captando.*
27 *De iure in ſpe radicato iudicandum eſt tamquam de iure iam quæſito.*
28 *Conditio quando ſuſpenſiva, vel reſolutiva dicatur.*
29 *Ex contractu cui ante notificationem ſuſpenditur validitas nullum ius neque ignoranti acquiri poteſt.*

30 *In*

30 *In pari casu melior est conditio Rei.*

31 *Differunt inter se agere de nullitate propter gabellam non solutam & agere per Scripturam non denunciatam.*

32 *Equum est ut quem futura sequuntur commoda, præcedentia sequantur incommoda.*

33 *Gabella non est referenda ad traditionem rei venditæ, sed ad conventionem multo magis quando esset translatum dominium in emptorem.*

34 *Gabella semper debetur ubi transfertur dominium.*

36 *Ignorantia aliunde probanda est, quam ex præsumptione generali, ubi debet esse fundamentum intentionis agentis.*

37 *Sanguinis coniunctio ex qua scientia præsumitur, ignorantiam excludit, eoque magis inter patrem, & filium, ut* n. 38.

39 *Allegans ignorantiam, qui habet apocham, quæ denuncianda erat, hæc sola coniectura sufficit ad impediendam restitutionem.*

40 *Diuturnitas temporis, & res magni momenti improbabilem reddunt ignorantiam.*

41 *Ignorantia est inexcusabilis ubi scientia præsumitur nisi pleniſſime probetur, ut* n. 42

43 *Super iam firmatis consilium non petitur.*

44 *Ignorantia tutoris, qui ex officio tenetur perquirere, & scire allegari non potest.*

45 *Scientia tutoris præiudicaret pupillo quoad tertium, quia haberet regressum contra tutorem.*

46 *Error iuris non iuvat maiorem factum.*

47 *Scientia multo magis præsumitur in eo quem res tangit, quando extranei scivernnt.*

DEr Apocam de die 28. Decembris 1628. Dominus Petrus De Mellinis vendidit Domino Francisco Salvetro pro scutis 450. ius super quodam Predio vocato *il Bagnolo* ad quod per fideicommissum factum a quondam Domino Antonio De Mellinis erat vocatus, una cum Domino Marco fratre, & eius linea masculina &c.

Quod Prædium vendidit hoc pacto, nempe quod intelligeretur tantum venditum, si ipse superviveret Marco fratri, & eius filiis quo casu dictum Prædium efficiebatur liberum dicti Petri Venditoris, nec aliter, nec alio modo; Et ulterius cum pacto, quod purificata etiam conditione quod ipse superviverer fratri, & nepotibus non deberet effectualiter rradi dictum Prædium Emptori, nisi sequuta etiam morte dicti Petri venditoris, quamvis statim a purificara conditione, nempe sequuta morte dicti Marci sine filiis mediante clausula constituti se declararet venditor nomine,

mine, & vice dicti emptoris in poſterum poſſeſſorum „ ibi „ *con* „ *patto che ſubito acquiſti il dominio, proprietà, e poſſeſſione il* „ *detto Sig. Franceſco per averne però l' attuale poſſeſſo dopo la* „ *morte di detto Sig. Piero, e non prima ec.* „

Pluries fecerunt pactum, quod eveniente, vel non eveniente caſu dictæ purificationis conditionis dicta ſcuta 450. non deberent reſtitui; Adeoue effectus eſſet, quod eveniente quod præmoreretur D. Marcus abſque filiis intelligeretur dictum prædium venditum pro dicta ſumma, quamvis tradendum poſt mortem dicti Petri venditotis, ſi autem præmoreretur Dominus Petrus, non deberet prædium, neque dicta ſcuta 450. reſtitui.

His ita peractis annum circa poſt dictam factam venditionem, mortuus eſt dictus Dominus Franciſcus emptor relicto in novennio Domino Philippo Antonio Equite agente, & poſt eum Dominus Marcus frarter dicti Domini Petri venditoris ſine filiis, ex quo fuit purificata conditio dicti venditoris, quamvis non effectualis traditionis.

Noviſſime de anno 1661. obiit Dominus Petrus venditor, unde dictus Dominus Eques Antonius notificata, & obtenta gratia de non ſolvenda gabella, niſi poſt Sententiam egit adverſus Dominum Thomam de Geppis hæredem dicti Domini Petri de Mellinis venditoris, pro libera traditione dicti prædii.

Oppoſuit dictus Dominus Thomas nullitatem dictæ venditionis, ex quo apoca non fuit denunciata intra menſem a die celebratæ ad mentem Statuti de anno 1540 diſponentis circa emptiones, & venditiones factas per privatas Apocas „ ibi „ *Che* 1
„ *le vendite, e compre da farſi per l' avvenire ſieno di neſſuno va-*
„ *lore, con ſalvo ſe tra un meſe dal dì della fatta vendita, e*
„ *compra ſi denunzieranno in Gabella ec.* „

Replicabat Dominus Eques ſe denunciaſſe tempore abili, quia de hac venditione, tamquam conditionali, gabella non erat ſolvenda, niſi purificata conditione, & per conſequens neque denuncianda, cum procedant a pari, & Statutum precipere intelligatur notificationem non omnium Scripturarum, ſed tantummodo earum, de quibus gabella ſolvenda eſt, *Ruin. conſ.* 34. *n.* 9. *verſ.* 4. *& extat dec. mon. fol.* 23. cum relatione in proemio Domini Fiſcalis Caballi, quæ *n.* 21. in terminis huius Statuti decernit de venditione conditionali gabellam non eſſe ſolvendam, 2
neque denunciationem faciendam, & ideo a die celebratæ non debuiſſe notificari, ſed ſolummodo quando venditio mediante traditione effectum ſuum debebat ſortiri.

Addebat quod quando diceretur purificata conditio, & ſolvenda gabella a die obitus Domini Marci, abſque filiis, quod

non

non concedebatur, tum eo casu sibi concedendam esse in integrum restitutionem ad hanc omissionem denunciationis, ex eo quia dictus Dominus Eques tempore purificatæ conditionis erat pupil-
3 lus, & successit in facto alterius, unde merito ei debebatur restitutio ad *Cyriac. contr.* 370. *n.* 42.

Super quibus oppositionibus, & replicationibus, non parvæ oriebantur difficultates, pro quibus enucleandis videbatur ante omnia ponderandum a qua die inciperet sumere tempus notificandæ Scripturæ, an die celebratæ, quo tempore pendebat conditio, & dubius erat eventus, an a die mortis Domini Marci
4 sine filiis, quo tempore fuit purificata conditio, & facta certa venditio prædii, tum & si tradendi, sequuta etiam morte d. D. Petri venditoris, an demum a die mortis D Petri, quo tempore erat purificata conditio venditionis, & traditionis.

Nam si mensis debebat currere a die celebratæ non videbatur
5 dubitandum, quia Dominus Franciscus emptor nullitatem contraxerit, cum circa annum supervixerit, & non notificaverit.

Si vero erat notificanda post obitum Domini Marci sine filiis, maior erat dubitatio, quia tunc erat dictus Dominus Eques
6 in pupillari ætate, unde quamvis postea ipse non notificaverit, nisi ultimis temporibus, & triginta, & octo annos habens ætatis suæ, & ita multo post quadriennium, tamen cum esset in facto
7 alterius videbatur posse allegare probabilem ignorantiam, ex qua terminus a Statuto præfixus non currit, *Bartol in Leg. genero ff. de his qui notant infam. n.* 2. 3. *Rom. cons.* 128. *n.* 1. *ubi Mand.* & in casu terminis a Statuto præfixi *cap. ad Stat. Mediolan. cap.* 118. *n* 112. *Cyriac. d. contr.* 370. *n.* 42.

Quod etsi non sit intelligendum, ut tempus vere non currat *Corb. de iur. emphyt. cau. prim. ob non sol. can limit.* 20. *num* 6. *Cavall. dec.* 176. *n.* 3. 4. cum præcipue dato termino a quo tempus sit de ratione continui, *Bart in d. Leg. genero* §. *etsi tempus,*
8 saltem tamen est intelligendum, quod non currat ad effectum, ut restitutio in integrum possit denegari, *Corb. & Cavall loc. cit.*

Talis igitur restitutio debita etiam maiori ex clausula si qua mihi iusta causa videbitur, petebatur quando de eo tempore Scriptura esset notificanda.

Ego vero pro viribus re ponderata, censui dictam venditionem, quia non fuit notificata scriptura fuisse *di nessun valore*, &
9 denegata in integrum restitutione, absolvi dictum D. Thomam a petita Prædii relaxatione, eumque condemnavi ad Prædii restitutionem, prout obtulit se paratum ad formam Iuris, cum reservationibus, de quibus in dicta Sententia, & motus fui ad ita iudicandum.

Primo

Primo quia qui agit ex contractu nullo ipſo iure fruſtra agit 10
Acoſt. com. utriuſque regul. 13. num. 1.

Quod fuerit nulla dicta venditio patet, cum non fuerit notificata intra menſem Apoca privata, quo caſu, *tali vendite, e compre ſono di neſſun valore &c.* „ Talia enim verba important nullitatem ipſo iure, *Tiraquell. in Leg. ſi unquam, verb. revertatur num. 97. & num. 112. cit. apud Barboſ. axiom. 277. Rim. iun. conſ. 72. num. 7, verſic. prim.* 11

Nec videtur prodeſſe allegata ignorantia, primo quia Apoca erat denunciandа a die celebratæ, unde non poterat allegari ignorantia facti proprii, & recentis a D. Franciſco empore. 12

Quod eſſet denunciandа a die celebratæ probatur, quia ex Statuto Reformationis Gabellæ ſub *Rubr. delle Ceſſioni di ragioni*, habetur „ E delle Ceſſioni di ragioni, che ſi faccino per conto „ di Beni immobili ſi paghi la Gabella, come ſi contiene nel „ Cap. de' Beni immobili in tutto, e per tutto „ 13

Cum igitur in noſtra Scriptura non modo facta fuerit venditio, quæ ſatis eſt, ſed etiam expreſſa Iurium ceſſio „ ibi „ E „ queſta vendita detto Sig. Piero fece, e fa con la clauſula del „ conſtituto conſtituzione di Procuratore ec. & alibi ec. Il Sig. „ Piero promeſſe ſempre difendere in dette ragioni il Sig. Fran„ ceſco, & ad altri non lo cedere, nè vendere ec. „

Prout non poteſt dubitari de iurium ceſſione, una cum venditione, ita non poteſt dubitari, quod erat ſolvenda Gabella a D. Franciſco empore, qui ignorantiam facti proprii, & recentis allegare non poterat, facta enim erat venditio, & ceſſio ſpei, ex qua cum ius competeret ad rem immobilem, inter immobilia erat connumeranda, *Natt. conſ. 146. num 3. Modern. de fideicom famil. Nobil cap. 5. num. 33.* & de ea tamquam de re immobili Gabella ſolvenda. 14

Non obſtat primum obiectum, quod dictum ius venditum eſſet dubium, & conditionale, unde ſi de venditione dubia, & conditionali non ſolvitur Gabella, multo minus ſolvi debebat de iure dubio, & condictionali, prout eſſe patet in caſu noſtro ex verbis Apocæ „ ibi „ Il Sig. Pietro intende di vendere l' ius, e ragio„ ni, che di preſente ha, e poteſſe avere della liberazione di „ detti ſuoi Beni ec. & alibi ec. non altrimenti, nè in altro modo ec. 15

Quia reſpondetur, quod etiam dubius eventus vendi poteſt licet nihil inde ſequatur, *Leg. hæc emptio, ubi Bald. ff. de contrab. empt. Maur. de fideicom. ſect. 3. cap. 51. num. 24 & ſeqq.* 16

Et quoad ius negatur dictum ius venditum fuiſſe conditionale, quamvis enim conſideratum reſpectu futuri eventus videatur conditionale, quia poteſt eſſe, & non eſſe quod dictus D. Franciſcus

eiſcus ſuper dicto iure empto Prædium acquireret, tamen ſpes ſu-
17 per dictis iuribus de per ſe conſiderata, quid certum erat, ut be-
ne advertit *Olea de ceſſ. iur. tit. 3. quæſt. 10. num 10.* & patet ad
18 ſenſum, quia illud ius venditum tripliciter poterat conſiderari in
eventu, quod præmoreretur Venditor, quo caſu amittebantur per
Emptorem dicta ſcuta 450. & tale ius ad favorem Emptoris tunc
temporis nihil eſſet faciendum, & in eventu ſuperviveret, & pu-
rificaretur conditio ad Emptoris favorem, quo caſu tanti extima-
19 batur quanto valebat Prædium, aut tertio tempore intermedio,
dum pendebat condictio, qua ſpes conſiderabatur tamquam quid
præſens a futuro eventu diſtincta, ut dicit *Olea loc. citat.* quæ fuit
20 de per ſe æſtimata valere ſcuta 450. & totidem ſoluta, de qua
ſumma certa de præſenti ſolvenda erat Gabella calculanda, &
detrahenda de Gabella exiſtimationis totius Prædii, in eventu con-
dictionis adimpletæ a favorem Emptoris.

Quis enim neget, ſi ſemper ex parte Venditoris fiebat acqui-
ſitio ſcutorum 450. mediante Iure vendito ſuper re immobili, quod
ſuper tali certa acquiſitione erat ſolvenda Gabella?

Neque obſtat ſecundum obiectum, quod Statutum locum non
18 habeat in dicta Scriptura tamquam iurata, cum Statuta laicalia
locum non habeant in Contractibus iuratis, *Rot. dec. 387. n. 66.
& ſeq. par. 9 recent.* & in terminis Scripturæ privatæ *Monach. deciſ.
Bononien. 8. num 2. 3. & 4.*

Quia dictum iuramentum erat intelligendum, quod ligaret
ſervatis ſervandis nempe ſi Scriptura denunciaretur, prout Statu-
19 tum iubebat, *Rim. iun. conſ. 72. n. 2.* Iuramentum enim ſemper
intelligitur, quod liget rebus ita extantibus, *Roland. conſ. 7. num.
57. verſic. 3.* Unde ſuperveniente Legis tranſgreſſione non ligabat;
20 cum numquam ad incogitata trahat *Cap. ad noſtram 3. de iure iu-
rand. Tiraquell. in Leg. ſi unquam Cod. de revocand. donat. num. 160.
& num. 166. cum aliis apud Barboſ. cap. veniens de iur. iurand.*

Præcipue quia interpretatio ſumenda eſt, quod non cogitave-
21 rit de validanda venditione, mediante iuramento contra ius, *cap.
40. § ſuper quo de iur. iurand. & ibi gloſſ. in prim. notabil. Imola
dicto cap. ad noſtram in princip. il ſecond.* aliter enim non iuramen-
tum, ſed potius periurium fuiſſet, *dict. cap. ad noſtram il tert. ubi
gloſſ. verſ. item iurare, & alii apud Barboſ. dict. cap. num. 1.*

Et demum iuramentum non habet locum contra Statutum con-
22 ditum ad fraudes evitandas, *Duran. dec. 18. num. 6. Seraphin. de
privileg. iuram. privileg. 61. num. 5. & alii apud Barboſ. in cap. ve-
niens de iure iurand.*

Denique non obſtat tertium obiectum, quod eſſet in pati
culpa, & ideo eius hæres non poſſit opponere de nullitate.

Quia

Quia quando Contractus eſt ipſo iure nullus poteſt quiſque venire contra factum proprium, *Bartol. in Leg. poſt mortem ff de adopt. in princip Caball. conſ.* 24. *num.* 18. *Rim. ſen conſ.* 311. *num.* 24. *Afflict dec.* 335. *num.* 11. *Cran. conſ.* 175. *num.* 6. *Natt. conſ.* 108. *n* 24 *Federic. de Sen conſ.* 272. *num.* 2. qui dicit in ſpecie poſſe opponi contra factum proprium iuratum. 23

Quando enim actus eſt ipſo iure nullus, non eſt allegare propriam turpitudinem, ſed omiſſionem formæ, *Bald. conſ* 227. *n.* 2. quia quando prohibetur aliquid ad evitandas fraudes, nullitas habetur a lege, non ab homine, *Cephal conſ.* 323 *num.* 110. *Surd. conſ.* 284. *n.* 10 & pluries dixit *Rota Noſtra ex lib. mot.* 79. *a* 585 80. *a* 133. 95. *a* 260. 94. *a* 274. *&* 97. *a* 23. 24 25

Et etiamſi admitteremus *Bartoli* diſtinctionem, quam refert *Aſin. in prax.* § 16. *cap.* 25. cum valde dubiam dicat *Caball. dict. conſ.* 24. *num* 16. nempe quod quiſque poteſt venire contra factum proprium, quando agitur de damno evitando, non autem quando agit de lucro captando, tamen bene poſſet excipere d. Thomas de Geppis, qui agit de damno evitando, cum tractet de ſe eximendo a conſignatione Prædii, quod valet ſcut. 3000. pro præcio 450. quod præcium ſe obtulit paratum reddere, unde nullo modo dici poſſit, quod agat de lucro captando. 26

Non enim dici poteſt, quod ius eſſet radicatum poſt mortem dicti Marci, in emptorem, unde de illo ſit iudicandum, tamquam de iure iam quæſito, *Euglor. conſ* 95. *num* 4 *&* 5. *lib. pr.* & ideo quod Venditor, qui excipit de non ſoluta Gabella, agat de lucro captando, cum tractetur de auferendo ius radicatum ab Emptore. 27

Quia conſiderando verba Sratuti, quæ prius præcedunt annullando „ ibi „ dette vendite ſiano di neſsun valore „ & poſtea „ con salvo che ſe tra un meſe dal dì della fatta vendita ſi no„ tificheranno in Gabella „ conditio hæc, quia non adimit validitatem Contractui iam perfecto, ſed tribuit iam declarato imperfecto, & nullo, ſuſpenſiva dicenda eſt, non reſolutiva, ad mentem *Leg.* 2. *ff de in diem, ubi gloſſ Menoch. conſ.* 388. *num* 17. 28

Ideo ex Contractu, cui ante notificationem ſuſpendebatur validitas per verba de futuro, & ideo interim in ſtatu nullitatis ipſo iure, *Menoch. d. conſ* 388 *num* 19. nullum ius neque ignoranti acquiri poterat, *Acoſta comm. utriuſq reg* 13. *num.* 1. & de iuris, & facti ignorantia *inſpect* 88. *num.* 3. & ideo dici nequit, quod excipiat Dominus de Geppis contra ius iam radicatum pro lucro captando, ſed potius, quod excipiatur, neque ius acquiratur pro damno evitando 29

Accedit quod in pari caſu melior eſt conditio rei, & ideo poterit excipere, *Cap. in pari de reg. iur. in 6. Bertacchin. de gabell.*

bell. memb. 3. par. 8. num. 28. Honded. conf. 96. num. 33. & seqq. lib. prim.

Et hæc multo magis locum habent, quia non videntur esse
31 in pari culpa, cum non agamus de nullitate propter Gabellam non solutam, sed per scripturam non denunciatam, quæ inter se differunt, ut advertit *Rota Nostra lib. motiv. 93. pag. 260.*

Unde cum dicta scriptura non solum esset apud Dom. Franciscum, sed etiam apud eius filium, & hæredem, & ab eo producta, & ad cuius favorem exarata ad probandam solutionem dd. scut. 450. nec non emptionem dicti Iuris ad eum portus spectabat eam denunciare, cuius intererat eamdem valere in eventu
22 purificatæ conditionis equum enim est, ut quem futura sequuntur comoda præcedentia sequantur incommoda, *Excobar. de ratiocin. cap. 42. num 12.*

Et ex his videtur venditionem fuisse nullam, & posse opponi de eius nullitate, quando, ut probavimus scriptura esset denuncianda a die celebratæ.

Sed posito absque veri præiudicio, quod esset solvenda Gabella, & Scriptura denuncianda a die mortis Marci intra mensem, quo tempore fuit purificata conditio, & facta certa venditio.

Hoc enim tempore certe solvenda erat, cum Gabella non
33 sit referenda ad traditionem rei venditæ, sed ad conventionem, *Lorrea cit. dec. 68. num. 3.* multo magis cum mediante clausula constituti esset translatum dominium in Emptorem „ ibi „ s' intenda acquistato il dominio, proprietà, e possessione al detto „ Sig. Francesco „ & confitetur dictus Dom. Agens in sua petitione „ ibi „ post mortem dicti Marci sine filiis Bona prædicta „ non solum remanserunt libera penes dictum Dom. Petrum, „ sed etiam fuit purificata conditio, & bona libere acquisita „ dicto Dom. Emptori, uti hæredi „

Mediante dicta translatione dominii non poterat inficiari quin
34 Gabella esset solvenda, quæ semper debetur, ubi transfertur dominium, *Monach. dec. Florent. 23. num. 25.*

Cum venditio non dicatur amplius conditionalis, etiam alienatione non sequuta, *Leg. alienatione 67. ff. de verb. signif.* & ita fuit decisum ad favorem Gabellæ per D. Fiscalem Vinctam.

Videndum igitur esset, an ei prosit allegata ignorantia ad hoc, ut restitutionem in integrum mæreretur ex clausula *si qua mihi.*
35 Et quamvis regula sit, quod præsumatur ignorantia in facto alieno, *Cap. cum quis succedit de reg. iur. in 6. Leg. qui in alrius ff. eodem.*

Tamen aliunde, quam ex hac præsumptione generali probanda
36 est, ubi debet esse fundamentum intentionis Agentis, *Rot. dec.*

238.

238. *par.* 8. *recent. num.* 20. *Cacc. dec.* 251. *num.* 2. *Benintend dec.* 69. *num.* 6. & ſola ſanguinis coniunctio ex qua ſcientia præſumitur ignorantiam excludit, *Alba conſ.* 18. *num.* 2. *Rota dicta deciſ.* 238. *par.* 8. *num.* 21. *& deciſ.* 153. *num.* 40. *Surd. deciſ* 4. *num.* 7. *ubi Honded. num.* 17. & præcipue excluditur ignorantia inter Patrem, & Filium, *Honded. ad Surd. d. deciſ.* 4. *num.* 18. *Benintend. dec.* 69. *num.* 5. 37 38

Quæ coniectura ignorantiam excludens hic ſola non adeſt, ſed concomitata cum altera maioris ponderis, nempe, quod dicta Apocha erat apud Agentem, & ab ipſo noviſſime ad Gabellam denunciata, quæ ſola coniectura etiam ſufficeret ad impediendam reſtitutionem, *Alba dict. conſ.* 18. *num.* 2. *circa med. Adden. ad Magon. dec. Lucenſ. litt. D, Surd. deciſ.* 4. *num.* 7 *ibi Hodiern. num.* 16. *Benintend. dec.* 69. *num.* 5. *& dec.* 71. *n.* 7. *Odd. de reſtit in integr. quæſt.* 8. *num.* 71. 39

Accedit diuturnitas temporis, prout eſt ſpatium viginti annorum, & ultra accedit, quod res ſit magni momenti, unde minus ſit verisimile ignorare, quæ omnia ignorantiam improbabilia reddunt, *Benintend. dict. dec.* 69. *dict. num.* 5. ex quibus ſibi imputare debet ſi ignorat, *ibi num.* 7. 40

Cum igitur ex tot relevantibus coniecturis præſumatur ſcientia, ſequitur hanc ignorantiam eſſe ſupinam, & ineſcuſabilem per regulam, quam tradit *Odd. de reſtit. in integr quæſt.* 8. *artic.* 10. *num.* 58. ubi firmat ignorantiam ſupinam, & ineſcuſabilem eſſe, ubi ſcientia præſumitur. 41

Nec obeſt coniectura in contrarium, nempe eſſe inverisimile dictum Dominum Equitem voluiſſe amittere Prædium, quod ſibi fuiſſet acquiſitum per mortem D. Marci, omittendo hanc denunciationem; Quia ultra quod ubi præſumitur ſcientia, ignorantia eſt pleniſſime probanda, *Alba conſ.* 18 *num.* 7. præcipue ab illo, qui ſe fundat in ea, & ut ſæpius dixit hæc coniectura tollitur, aut ſaltem debilitatur ex pluribus: 42

Primo quia forte omiſſa fuit ex eo, quod dictus D. Petrus vivens multa potuiſſet dare exceptiones, ut videtur annuere Teſtis inductus ab Agente, *prep.* 1t. „ ibi „ mi fu moſtrato confidente„ mente per modo di conſiglio due, o tre Scritture paſſate fra „ detto Sig. Franceſco Salvetti, e detto Sig. Pietro „

Iam enim cogitabat controvertere, qui ſuper eis conſilium petebat, quod ſuper iam firmatis non petitur; & adiuvatur coniectura hæc, quia ſaltem unus ex Tutoribus fuit Teſtis in dicta Scriptura, unde certo ſciebat adeſſe, & tamen quaſi ne controverteretur, omiſit deſcribere in Inventario. 43

Ex qua ſcientia Tutoris, oritur etiam alia Iuris concluſio,
44 quod cum Tutores de Scriptura ſcientiam certam habuerint, tamquam Teſtes in ea de facto recenti, & quia ex officio tenebantur perquirere, & ſcire, non poteſt ignorantia allegari, *Alba conſ.* 18. *num.* 1. 2. ſcientia enim Tutoris præiudicaret Pupillo, qui
45 haberet regreſſum contra Tutorem, *Roland. conſ.* 10. *num.* 2. *& num.* 20. *Ottob. dec.* 173. *num.* 11. quod ſaltem non poteſt inficiari, quando ſcientia eſt certa, *Eugen. conſ* 95. *num.* 55. & maxime impeditur reſtitutio in negocio cæpto, cum maiori, ut diſtinguit *Alba conſ.* 19. *num.* 17. *verſic. prim.*

Ulterius potuit ex antedictis credere iam Patrem incidiſſe in nullitatem, & ideo cuntando non ſibi præiudicare.

Tertio, potuit omiſiſſe denunciationem non ex ignorantia facti, ſed iuris, ex eo quod crediderit ſatis eſſe denunciare, quando Prædium fuiſſet tradendum, ut faretur in ſuis exceptionibus, ut oppoſitam nullitatem dixit non obſtare, aſſerendo ſe ſa-
46 tisfeciſſe denunciando tempore noviſſimo, qui iuris error cum non iuvaret maiorem factum, *Leg.* 1. *&* 2. *Cod. de iuris, & facti ignorant.* præcipue iuris non dubii, *Magon. dec. Lucenſ.* 35. n. 32.

Non potuit enim dici dubium, quod dicta Gabella eſſet ſolvenda ſaltem poſt mortem Domini Matei, cum ad hoc ſit de Iure, ut ſupra diximus, & fuerit expreſſe declaratum per Dom. Fiſcalem Vinctam.

47 Neque minus viſa fuit bene probata ignorantia per Teſtem unicum, ut qui in ſumma nihil aliud probat quam negativam ſcientiæ ex Partis aſſertione, ex cuius Teſtis ſcientia dicti Dom. Equitis, cum ſit inveriſimile, quod non ſit notum filio, ad quem iure ſanguinis, & notabilis intereſſe ſpectabat, quod erat notum Extraneo, ut advertit *Cabal. dec.* 151. *num.* 13.

Unde nullo modo numquid pleniſſime, ut dixit *Alba dicta conſ.* 18. *num.* 7. videbatur probata prætenſa ignorantia.

Ex quibus ita fuit iudicatum.

Flaminius Burgheſius Rotæ Audit.

DECISIO XV.

FLORENTINA DEPOSITI.

16. *Ianuarii* 1668. *ex L. M.* 117. *p.* 350. *cor. Aud.* COSMO FARSETTI.

ARGUMENTUM.

COnſors, qui ſe velle emere declaravit in vim iuris congrui ſibi competentis ex diſpoſitione *Stat. Flor. rubr.* 109 *lib.* 2. & ob id depoſitum fecerit, poteſt impune ab emptione recedere.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Flor. concedit in venditione prælationem conſorti, qui etiam poſt promiſſionem recedere poteſt.* n. 2. *& quare* n. 7.
3 *Quilibet enim poteſt iuri ad ſui favorem introducto renunciare.*
4 *Amplia etiam poſt Sententiam in iudicio retractus ad ſui favorem latam.*
5 *Affertur diſtinctio eius, qui requiſitus a vendere volente expreſſit ſe velle emere, & eius, qui velit rem venditam ab emptore redimere.*
6 *Qui privilegium prælationis habens emere promiſit, & poſtea receſſit dubium non eſt, quin illa promiſſio facta fuerit ad exercendum privilegium.*
8 *Examinatur Deciſio cuiuſdam Cauſæ Praten. diei* 16. *Decembris* 1620. *Illuſtriſs. D. Scacciæ Rotæ Flor. Auditoris.*
9 *Fundamentum illius Deciſionis erat de reſpectiva promiſſione emendi, & vendendi prætio æſtimando, quod perfectam venditionem faciebat, ideoque tamquam a contractu perfecto loeus non erat pœnitentiæ.*
10 *Declara id non eſſe tutum in iure, & in caſu retractus impugnatur.*
11 *Inapplicabilitas illius Deciſionis caſui noſtro.*
12 *Perfectum non dicitur ſi de eo aliquid agendum ſuperſit.*
13 *Simplex conventio de emendo non facit, ut pœnitentiæ loeus non ſit.*
14 *Quotieſcumque Inſtrumentum eſt de ſubſtantia, & forma contractus ante ipſius confectionem loeus eſt pœnitentiæ.*
15 *Publicum Inſtrumentum eſt de ſubſtantia d. Statuti Flor.*
16 *Multo minus dici poteſt contractus perfectus, quando quis proteſtatus eſt illum facere cum debitis cautelis.*

Etuli. DD. ſex Conſiliariis Curiæ Mercantiæ huius Civitatis partes eorum fuiſſe in iudicando licere Illuſtriſſimo Domino Marchioni Matthiæ Bartholomæi pœnitere, & recedere a depoſito, ac obligatione per eum facta emendi tanquam conſortem Bona Laurentii Bonsii
1 ex diſpoſitione Statuti Florentini *Rubr. 109. lib 2.*

Et ad ſic referendum motus fui, quia quamvis dictus Dominus Marchio dixiſſet ſe velle tanquam Conſortem emere præfata bona pro pretio ab æſtimatoribus declarato, ac etiam dictum pretium depoſuiſſet, attamen cum idem Dominus Marchio præfata bona emere promiſiſſet, tamquam conſors ex facultate ſibi a dicto
2 Statuto conceſſa, & aliis præferretur, poterat dictus Dominus etiam parte adverſa reluctante pœnitere, & ab hac facultate, tamquam ex quodam iure extraordinario, & ſingulari, ſibi competente recedere ex tritiſſima concluſione quod quilibet poſſit iuri
3 ad ſui favorem introducto renuntiare, *Leg. ſi iudex circumvento ubi Bald. in prima, & ſecunda lectione Gallerat de renunc tom. 2. cent. prima renunc. 6 n. 12. & ſic in puncto Franc. dec. 346. num. 9. & 10. & per tot. & ibi Amenda n. 9. quem ſequuntur Benedel. ad Leg. ſancimus in rubr. 65. infra de iure protbomiſ. Proſper. Bondell. eodem tractat. § in primis in verbo iuſtum pretium n. 17 Ric. collect. 6. verſ item cum vicinus*, & in fortioribus terminis, quando quis
4 pœniteret poſt Sententiam in Iudicio retractus ad ſui favorem laram *Tiraquell de retract. lignag. ad fin. titul. n. 24. & Gratian. diſcept. for. cap. 572. n. 22.*

Nec ab hac opinione me retraxit, quod Francus & alii Do-
5 ctores ſuperallegati loquantur in Conſorte vel Vicino, qui requiſitis a vendere volente, expreſſit ſe velle emere ut in caſu noſtro ſed in illo, qui velit rem venditam ab emptore redimere iuxta diſtinctionem quam inter hos caſus ponderavit *Seraccia in ſuo Motivo infra referendo.*

Quia cum Bona, de quibus agitur, fuiſſent venalia pro creditoribus dicti Domini Bonsii ſatisfaciendis, & dictus Dominus Marchio expreſſiſſet ſe velle tanquam conſortem virtute facultatis
6 ſibi a Statuto conceſſæ, & ſic vigore illius iuris ſigularis, & extraordinarii ſibi competentis, & iuxta formam ab eodem Statuto præſcriptam præfata Bona emere; non eſt dubium, quia dicta promiſſio facta fuerit habito reſpectu ad illud ius, & privilegium, quod habebat cogendi venditorem ad ſe aliis præferendum, & proinde nulla poteſt conſiderari ratio differentiæ cur potius in illo caſu, quam in hoc poſſet conſors dicto privilægio, & favori

pro

pro ſe a Statuto Florentino introducto, renuntiare iuxta *Text. in dicta Leg. iudex circumvento Bald. Franch. & alios ſupra relatos*, & prout nulla inter hos caſus facta diſtinctione, immo in caſu ipſo, in quo vicinus, & conſors omere promiſiſſet firmavit *Bendell. dicto tractato in dictis verbis iuſtum pretium num. 16. ex Corn. conſ. 25. lib. 4. & Boer. dec. 48. n. 23.* cum dicta promiſſio non ſit obligatoria, ſed potius ſonet in quamdam proteſtationem, ſeu declara- 7
tionem voluntatis in emendo, ut ibi per eos.

Nec negotium facit, quod in ſimili caſu contrarium in quadam cauſa Pratenſi fuerit *ſub die 16. Decembris* 1620. iudicatum 8
ut in Libr. Motiv. 101. a 303. Quæ ſententia una cum Deciſione fuit promulgata a Domino Sygiſmondo *Scaccia* viro celeberrimo *tunc huius Rot. Audit.*

Quia fundamentum quod facit *Scaccia* in dicta ſua Deciſione 9
n. 65. & ſeqq. fuit poſitum in eo, quod ex promiſſione vicini, vel conſortis de emendo, & vendere volentis de vendendo pro pretio æſtimando, fuiſſet perfecta venditio, a qua tanquam a contractu nominato reſilire licitum non fuiſſet cum in talibus contractibus locus non ſit pœnitentiæ ex pluribus per eum allegatis.

Quod fundamentum ultra quod nec de iure tutum eſt cum 10.
contra ſenſerint *Petr. de Bellapert. Cin Alberic. relati a Franch. dicta dec. 346. ſub n. 9.* & in caſu tertactus contra illud pugnant *Corn. Boer. & Bondell.* ſupra allegati. Adhuc poſito quod ſimpliciter eſſet verum, non tamen locum haberet in caſu noſtri Statuti ex quo venditio non dicitur perfecta ex ſimplici promiſſione emendi, & vendendi a vicino expreſſa, & vendere volente, ſed 11
ita demum, quando de tali venditione factum fuiſſet publicum inſtrumentum vallandum cum debitis fideiuſſionibus, & clauſulis opportunis, ut *in d. Statuto §. & ſi vero*, quod mandat, ut poſtquam partes fuerint conſortes in emendo, & vendendo, & pretium fuerit conſtitutum, fiat venditio per publicum Inſtrumentum, & ſic dum vult venditionem fieri, certe non habet ex dictis Partium conventione venditionem pro perfecta, cum perfectum illud 12
non dicatur, ſi de eo aliquid agendum ſuperſit, *Leg. 2. ff. de origin. iur.* ex quibus conſtat rationes *Scaccia* non urgere in caſu noſtri Statuti, in quo cum venditio perfecta non dicatur, niſi etiam de ea fuerit confectum publicum Inſtrumentum cum opportunis cautelis, ſimplex conventio de emendo non facit, ut pœni- 13
tentiæ locus non ſit, ex his quæ tradit *Bartol Caſtrenſ. & alii communiter in Leg. contract. Cod. de fid. inſtrum. Aretin. conſ. 128. in fin. Socein. conſ. 120. num 17 lib 4. Parlador. rer quotidian lib. 2. cap. 3. num. 47. Surd late conſ. 48. num 2.* & eſt concluſio 14
indubitata, quod quoticſcumque Inſtrumentum eſt de ſubſtantia, &

forma

forma contractus ante ipsius confectionem locus sit pœnitentiæ, *Thesaur. dec.* 197. *num* 7 *Magon dec. Florent.* 135. *num.* 14. *Biss. observat* 265. *num.* 5 *Cost. de clausul. convent. par.* 2. *clauſ.* 150. *num.* 6. & quod in casu dicti Statuti Instrumentum sit de substantia, & forma perfectionis ipsius venditionis elicitur ex verbis ipsius „ ibi „ *teneatur, & debeat vendere per publicum Instrumentum*„
15 ex his quæ tradunt *Paris. cons.* 19. *num.* 12. *lib* 3. *Magon. decis. Florent* 7. *num.* 11. *Monac. dec. Lucen.* 53. *num.* 34. *Florent.* 57. *num.* 10. Præcipue cum dictus Dom. Marchio quando in emptione consensit, dixit hoc facere velle cum debitis cautelis, iuxta quod
16 disponunt Statuta, & Ordines in hac materia. Ex qua protestatione etiam apparet hanc venditionem ex dicta sola conventione perfectam non fuisse, dum dispositio Statuti ulterius esset servanda, ut tradit *Rip. dicta observat.* 265. *num.* 8.

Ex quibus &c.

Cosmus Farsettus Rotæ Auditor
& Iudex Substitutus Curiæ Mercantiæ.

DECISIO XVI.

LIBURNEN. EXECUTIONIS.

ex L. M. 118. *a* 122. *die* 22. *Febr.* 1674 *cor. Aud.* CAMMILLO FINETTI.

ARGUMENTUM.

CAmbium maritimum non continetur in prohibitione iuris canon. in *cap. naviganti de usur.* quod declaratur remissis cambii fructibus sub conditione dummodo debitor solverit sortem intra menses, si post annum non solverit non amplius eum iuvat ista remissio, etiamsi creditor non interpellaverit. Promittens cambium maritimum his verbis „ *arrivato che sarò quà a buon salva-*
1 „ *mento con detta mia Nave prometto pagare ec.*„, denegare nequit restitutionem cambii maritimi, eo quod cum Navi ob longam navigationem quassata Portum appulerit.

SUMMARIUM.

1 *Prohibitio c. naviganti de usur. non extenditur ad cambium maritimum.*

2 *Remissis in apocha fructibus probare quis debet omnia in ea contenta adimpleviſſe.*

3 Re-

3 *Remiſſis fructibus dummodo ſolvatur ſors intra menſes, poſt annorum lapſum non eſt locus remiſſioni.*

4 *Gerundia non important conditionem, quando non ſtant de per ſe ſed veniunt ad determinationem verbi ſubſequentis.*

5 *Dictio* in circa *tamquam ambigua de ſui natura tempus incertum reddit, & nullum.*

6 *Menſium appellatione non veniunt anni*, & n. 9.

7 *Dictio* in circa *non valet extendere ad annos conventionem reſtrictam ad menſes.*

8 *Numerus annor. puta* 20. *importat plus, vel minus duos, vel quatuor menſes, & ad ſummum ſex.*

10 *Gratioſa remiſſio facta debitori a creditore eſt ſpecies donationis, quæ ſub modo, non adimplente debitore, locus eſt ſubtractioni beneficii.*

11 *Contractus conceptus ſub conditione affirmativa numquam in eſſe deducitur donec conditio exiſtat.*

12 *Secus ubi conceptus ſit ſub conditione negativa, cum eo caſu ex non adimplemento adiecto per viam modi, contractus reſcindatur.*

13 *Mutuanti ad cambium maritimum licitum eſt paciſci uſuras tamquam compenſationem ſuſcepti periculi.*

14 *Periculum mutuantis in cambio maritimo intelligitur de caſibus fortuitis, videlicet naufragiis.*

15 *In cauſis de iure decidendis non eſt attendenda nota mercatorum.*

16 *Nave amplius non navigante periculum non pertinet ad mutuantem, ſed ad mutuatarium, ideoque non debentur uſuræ, & per conſequens cambium maritimum amplius non debetur ut* n. 17. *reſervantur tantum iura lucri ceſſantis, vel damni emergentis, quorum, conſtito de mora, intereſſe debetur, ut* n. 18.

19 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*

EXequtionem cauſatam in Bonis Domini Capitanei Antelmi Piratæ a Domino Ioanne Baptiſta de Angelis tum pro ſorte in ſumma petiarum 400. realium, tum intereſſe cambii Marittimi decurſo a die 2. Maii 1663. uſque ad diem 13. Martii 1669. ut Florentiæ uſurpatum eſt, duximus confirmandam. Infirmandam vero pro intereſſe a dicta die citra pretenſo decurſo. Iura tamen reſervavimus tum dicto Domino Actori illud aſſequendi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis; tum D. Antelmo pro pretenſa repetitione indebiti in ſumma periarum biſcentum, quæ occaſione alterius cambii marittimi ſuſcepti a dicto De Angelis prætendebantur indebite ſolutæ uſque de anno 1663. eo quod Navis Piratica perierit &c.

Quan-

Quandoquidem satis superque visum est dictum Dominum Ioannem Baptistam De Angelis fundatam habere suam intentionem in Apoca de die secunda Martii 1663. ex qua constat mutuasse ad Cambium marittimum petias quatuorcentum dicto D. Antelmo super Navi Piratica vulgo Santissimo Sacramento cum pacto, quod salva redeunte dicta Navi teneretur illi restituere dictas petias 400. una cum interesse convenro, quod quidem cambium non
1 continetur in prohibitione Iuris Canonici *Cap. Navigantì de usur.* per quod, iuxta veriorem DD. opinionem, fuit prohibitum nauticum fenus de iure civili permissum, cum quæstio non sit de pecunia traiectitia de qua loquitur ius civile ut bene confirmat *Rot. in Rom. assecurationis lunæ 26. Iunii 1673. cor. R. P. D. Matteio §. nam cambium, & antea probavit D. De Luca de credit. disc. 111.* a quo videntur mutuata deducta in *dicta dec. coram R. P. D. Matteio*.

Unde propterea cum die 13. Martii 1669. dictus Antelmus Pirata Liburnum appulerit cum dicta Navi, videtur obligatus ad solvendas, nedum petias 400. verum etiam accessiones, seu fructus ad rationem petiarum 42. in singulos annos pro quolibet centenario, iuxta convenia in dicta Apoca cambii marittimi de die 2. Maii 1663.

Nec obstare visum est, quod ex altera Apoca de die pr. Septembris 1669. fuerint remissæ accessiones ad quas proinde Dom. Antelmus non teneatur.

Quoniam D. Capitaneus, qui se fundat in Apoca remissionis
2 fructuum probare deber omnia in ea contenra adimpleviſſe, sin minus conventione prædicta iuvari non potest, *ad Text in Leg. Iulianus § offerri ff de action empt.* ibidemque commun. Scribentes.

Pacta autem in dicta Apoca conventa sunt „ ibi „ *Perciò spontaneamente, e liberamente diciamo, e vogliamo, che se il medesimo Sig. Capit. Arrigo tornando, o mandando effetti pagherà, o farà pagare il capitale, e sorte principale, e danari da noi respettivamente datigli a cambio marittimo sopra detto Armamento nel tempo e termine di mesi* (in albo) *in circa, in tal caso ora per allora renunziamo alla Ragione de' cambi, & interessi marittimi, quali intendiamo condonare &c.* „

Ex quibus attentis tum verbis, tum tota substantia dictæ conventionis dubitari non potest, quin fuerit conventa remissio accessionum, quatenus scilicet intra menses . . . . . solveretur integra sors Creditoribus. Et per consequens cum non doceatur de solutione Sortis nedum intra menses, imo nec intra annos visus est obligatus ad fructus omnes, & accessiones conventas, *ad*
3 *Textum in Leg. pr. & 2. Cod. de donationibus*, quæ sub modo, &

magis

magis ad rem noſtram ex *Leg. pecunia ff. de uſuris*, *Barzius deciſ.* 12 *per tot. Rocc. reſponſ.* 90. *in fine lib.* 2. qui ita refert deciſum in Cauſa Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis Ferdinandi felicis memoriæ, ſuper qua dictum Reſponſum emanavit, & latiſſime *D. De Luc. de Cambiis diſc.* 6. *num.* 13. *& de Credito diſc.* 57. *num.* 10.

Nec ſubſiſtere viſa eſt replicatio, quod in dicta Apoca duæ fuerint alternative appoſitæ conditiones, altera ſcilicet reditus, & altera ſolutionis faciendæ intra menſes, atque ideo cum prima fuerit impleta per appulſum dictæ Navis ad Portum Liburni, nullatenus prætendi valeat Capitaneum non adimpleviſſe pacta in Apoca contenta.

Quoniam ex dicta Apoca remiſſionis neutiquam prætendi valet ſub dictis verbis duplicem conditionem contineri, ſed una tantum ſolutionis ſcilicet ſortis intra menſes faciendæ, vel per inſummet Capitaneum, vel per alios tranſmittendo effectus, ut clare ex illis verbis „ *che ſe il medeſimo Sig. Capitano Arrigo tornando, o mandando effetti pagherà, o farà pagare il capitale, e ſorte &c nel tempo, e termine di meſi . . . . &c.* gerundia enim illa *ſe tornando, o mandando effetti*, non ſtant de per ſe, ſed utrumque regitur a ſuo verbo ſubſequenti, cui famulatur, videlicet, *ſe pagherà, o farà pagare*, proindeque nullam conditionem important, ſed quodlibet tranſit in ſignificatum verbi, & nil importat ultra eum, & utrumque nonniſi cenſetur appoſitum, quam ad deſignandum modum ſolutionis faciendæ intra menſes, vel ab ipſomet Antelmo, vel ab alio, quatenus tranſmitteret effectus, ut in proximis terminis, quod gerundia non importent conditionem, quando non ſtant de per ſe, ſed veniunt ad determinationem verbi ſubſequentis, per *Textum in Leg. vim facit ff. de vi armata*, & *Leg. ſi bis primo reſponſ. ff de pignor.* materiam magiſtraliter tractans firmat *Alberic. in Dictionario in verb. gerundium col. fin.* 4

Clarius vero attentis verbis ſubſequentibus „ ibi „ *ſiccome in virtù della preſente Scritta nel ſuddetto caſo di pagamento de' capitali ora per allora li rimettiamo, condoniamo, e renunziamo* „ Ex quibus manifeſte conſtat remiſſionem fuiſſe conventam ſub unica tantum conditione ſolutionis ſcilicet intra menſes, non duplici, reditus videlicet, vel ſolutionis.

Prout minime obſtare credidimus, quod ex non appoſitione certæ diei ad ſolvendam ſortem, cum non fuerit expreſſus numerus menſium, velut in albo relictus, Dom. Antelmus non videretur fuiſſe in mora potiſſime attenta dictione *in circa*, quæ tamquam de ſui natura ſatis ambigua, *Ermoſil. ad Leg. Tauri partit.* 5. *tit.* 5. *lib.* 24. *gloſſ. prim. num.* 37. tempus incertum reddit, 5

dit, & dubium, *Rot. decis. 75. num. 3. & decis. 427. num. 3. par. 3. recentior.* vel saltem requireretur interpellatio.

Quandoquidem quantum attinet ad non præfixionem certæ diei, quæstio cadere potuisset intra annum post conventam remissionem, quo casu vere disputari potuisset intra quot menses potuisset adimplere per ea, quæ disputant *Iason. in Leg eum, qui calendas ff de verb. oblig. n. 5. Andreas Barbat. in addit. ad Bald. in Leg ultim Cod de usuris.*

Elapso vero anno videmur esse extra quæstionem eum ex
6 Apoca remissionis non constet solutionem fuisse destinatam ad annos, sed tantum ad menses, quorum appellatione non veniunt anni.

Nec dictio *in circa* licet ambigua, & incerta conventionem restrictam ad menses extendere valet ad annos, quippe, quæ re-
7 fertur ad modicum tempus in plus, vel minus, *Gloss. in cap. fin. de sponsalibus, & in cap pr §. penult in verbo circa de offic. Ordinarii. Ciroch discep for. 76. n. 28. Medices dec. Mareh 23. n. 6.*

Adeout numero annorum adiecta puta viginti importet plus,
8 vel minus, duos, vel quatuor menses, & ad summum sex, *Medices dicta decis. 23. n. 6. Rebuff in prax. beneficiali tit. de dispensatione ratione ætatis in verb. vel circa num. 6.*

Multo ergo minus mensibus adiecta extendi valet ad annos.
9 Quæ vero apponebantur de interpellarione ad incurrendam pœnam quodque ad præsens esset locus purgarioni moræ visa sunt non applicari casui, de quo quæritur.

Quoniam gratiosa remissio facta debitori a creditore est spe-
10 cies donationis, quæ sub modo, iuxta terminos *Textus in Leg. pr. & sec Cod de donationibus*, quæ sub modo, unde propterea non adimplente debitore intra tempus præfixum donatio non rescinditur ob pœnam, adeo quod possint applicari termini in aliis contractibus considerati, interpellationis scilicet, & purgationis moræ, sed est subtractio beneficii, seu resolutio remissionis sub conditione resolutiva sibi concessa tamquam ex deficiente voluntate concedentis, qui citra iniuriam potuisset non concedere, ex indeque nulla requiritur interpellatio, nec est locus purgationi moræ, ut ex *d. Leg. pr. & sec Cod. de donationibus*, quæ sub modo, & ex *Leg. pecunia ff. de usuris*, materiam ex professo tractans affirmat *D. De Luca de camb. disc. 6. n. 13.* & latius *de cred disc. 56. n. 7. usque ad finem, & disc. 57. n. 9. & de donationibus disc. 12. n 4. & seqq.*

Quæ fortius visa sunt procedere in casu nostro, quo remissio accessionum facta est sub conditione affirmativa, quatenus scilicet sequeretur solutio sortis principalis intra menses.

Unde

Unde propterea cum implementum ſolutionis ſortis deberet præcedere perfectionem contractus tamquam adiectum per viam conditionis ſuſpenſivæ a parte ante nec momento quidem fuit ius acquiſitum D. Capitaneo Antelmo, nullaque fuit neceſſaria reſciſſio contractus, velut numquam ineſſe deducti ob non exiſtentiam conditionis affirmativæ, ſub qua extirit facta remiſſio, quod ſecus eſt quando donatio, ſeu remiſſio facta eſt ſub conditione negativa, cum pacto ſcilicet, quod non adimplente debitore intra certum tempus reſolvatur, quo caſu ex non adimplemento adiecto per viam modi, ſeu conditionis a parte poſt contractus reſcinditur, uti prædictos caſus diſtinguendo affirmant per donatarios, ſeu debitores in primo caſu, multo magis præciſe eſſe adimplendum, quando ſcilicet implementum eſt adiectum per viam conditionis affirmativæ, prout hic DD. adducti a *D. De Luca de donat. diſc.* 12. *n.* 4. *e* 7. *& diſt* 19 *n.* 4. *e* 5. *& de Teſtament. diſc.* 73. *n.* 22. *& de legat. diſc.* 29. *n.* 5. 11 12

Poſtremo nil relevare viſum eſt, quod Navis incolumis non redierit quippe, quæ ob longam navigationem fere quaſſata Liburnum appulerit, proindeque reſtitutionem cambii maritimi non deberi, iuxta conventa in dicta Apoca cambii „ ibi „ *arrivato*, „ *che ſarò quà a buon ſalvamento con detta mia Nave prometto* „ *pagare al detto Sig. Capitano Antelmo ec.* „

Vel ſaltem non deberi niſi pro ratha valoris dictæ Navis eiuſque armamenti per ſolidum, & libram dividendi inter alios creditores, potiſſime accedente ſtylo, ſeu practica ſubſcripta a multis Mercatoribus Liburnenſibus.

Quoniam periculum caſus fortuiti, quod ſuſcipit in ſe mutuans ad cambium maritimum, cui ob id licitum eſt uſuras paciſci, & ſtipulari tamquam merx, ſeu compenſatio ſuſceptæ periculi, *Rot. Rom. in d. Romana Aſſecurationis lunæ* 26. *Iunii* 1673 *cor. R. P. D Matteo* §. *nam cambium*. Nullo iure prætendi poterat comprehendere caſum quo Navis redeat, non in eo ſtatu, quo antea ſolverit Portu, quod unicuique Navium contingere ſolet potiſſime poſt longam navigationem, prout in caſu noſtro ſeptem ſcilicet annorum. 13

Et ſane nimis facile eſſet ſuſcipienti pecuniam ad cambium marittimum obbligationem elidere, ſi caſus prædictus intelligeretur comprehenſus in periculo, quod ſuſcipit in ſe mutuans, quod ſecus eſt.

Periculum enim, quod ſuſcipit in ſe creditor in cambio maritimo intelligitur de caſibus fortuitis videlicet naufragii, incendii Piratorum, quorum eventus a fortuna gubernatur, & dependet, & iuxta prædicta declarandæ ſunt dictæ partium conven- 14

tiones, *ad Textum in Leg cum proponas ff. de nautico fenore Pacius n. 8. Sichardus n. 5. Cod. eod. Forcolten de nautico fenore cap 2. n. 15. in fin. & cap. 4. n. 3. Muta in ritu cap. 122. n. 10 tom. 4. & in cap. Regni 48. n. 39. Regis Marii tom. 3. & dec. Sicil. 3 n. 11. Rota in d. Romana Assecurationis Iunæ 22. Iunii 1673. cor. R. P. D. Matheo § nam cambium in fin.*

Hæc quicquam officit practica a mercatoribus subscripta; Tum quia in narratione facti non fuit dictum fuisse conventam remissionem fructuum, & accessionum quatenus scilicet fors solveretur intra menses, dictamque conventionem per Antelmum non fuisse adimpletam; Imo supponitur constare de implemento, quia si sub conditione redirus fuerint remissæ accessiones, & hæc est ratio adducta in dicta Practica a mercatoribus in ea subscriptis, contrarium expresse sentientibus secluso pacto, quod solum respicere solutionem sortis infra menses faciendam fuit supra demonstratum. Quodque hæc sit ratio adducta in dicta Practica quæ proinde potius contra Antelmum probare videatur satis constat ex eius lectura, & signanter ex verbis „ ibi „ *poichè il ritorno a buon* „ *salvamento secondo la natura dell' obbligo si potrebbe allora intendere seguito, se detto Capitano ancorchè ritornando senza preda* „ *fusse ritornato per sua libera, e spontanea libertà, nel qual caso* „ *poterfi imputare a lui.*

Tum quia eum ex prædictis in contrarium urgeret iuris communis dispositio in causis de iure decidendis non fuisset attenden-
15 da nota mercatorum ex *Lib Mot* 108. *a* 106. *& L. M.* 118. *a*

Usuras vero diximus non deberi D. Actori a die qua Navis ad Portum appulit, quoniam Nave amplius non navigante pe-
16 riculum non pertinet ad mutuantem, sed mutuatarium, *ad Text. in Leg. 3. ff. de nautico fenore Tulden. Cod. eod. num.* 2. ibidemque *Perex num.* 5.

Et per consequens cambium maritimum amplius non debe-
17 tur, *Steardus in Cod. de nautico fenore n. 3. ibid. Perex n. 5. Fulden. n. 2. Pacius n. 7. Barbos. in Leg Traietia n. 3. Forcolten. de nautico fenore cap. 3 n 9. circa finem Petrus Gregor. Sintagma iuris lib. 22. par. 3. cap. 4.*

Iura vero eidem reservavimus pro assequendo interesse lucri cessantis, vel damni emergentis tamquam mercatori, cui constito de mora interesse deberi, absque eo, quod probet occasionem
18 determinatam lucrandi, sentiunt DD. late adducti a *Rocho resp. 19. n. 19. 20. lib. pr. Medices dec. Senen. 19. n. 29.*

Velut etiam iura reservavimus dicto D. Antelmo pro dicta pretensa repetitione indebiti in summa petiarum biscentum; conditio enim indebiti tamquam requirens altiorem indaginem, cum

nemo

nemo præsumatur iactare suum, ex *Leg. cum indebito Cod de prob.* non erat in præsenti Iudicio executivo examinanda, *Zacchias de* 19
oblig. Camer.al, qu. 17. *n.* 58. *Rota post eumdem dec.* 126. *n* 7.

Præsertim quia probationes satis dubiæ videbantur, quoniam D. Antelmus ad probandum indebitum fundabat suam intentionem in Libris dicti D. De Angelis, in quibus asseritur ex concordia fuisse solutas dictas petias biscentum; Exindeque cum ipse Antelmus instaterit dictos libros coram nobis exhiberi satis superque dubitari poterat num posset in parte favorabili, in qua enunciabatur periculum casus fortuiti dictos libros acceptare, & in contrariis dictam concordiam concernentibus reicere &c.

Et ita utraque &c.

Cammillus Finetti Rotæ Audit.

DECISIO XVII.

BURGI S. LAURENTII RETRACTUS

pr. Aug. 1681. *lib. mot.* 130. *p.* 209. *cor Audit.* COSMO FARSETTI.

ARGUMENTUM.

INtraturæ Ius habens in aliqua Apotheca, cum habeat Ius in re dicitur Consors, adeoque ei Ius Retractus competit iuxta dispositionem Statuti Florentini *lib.* 2. *rubr.* 109. & præfertur in concursu Vicini, vel Consortis mediante muro communi in alienatione ipsiusmet Apotheeæ. In alienatione vero Domus, quæ eidem Apothecæ muro communi mediante finitima sit, sed cum ipsa Apotheca nullam habeat communionem, non præfertur Intratutarius Apothecæ vero Domino Fundi, qui domui alienandæ muro communi mediante cohæreat.

SUMMARIUM.

1 *Ius Intraturæ dat ius in re.*
2 *Et per consequens consortium in Dominio.*
3 *Ideoque competit Intratutario ius retrahendi iuxta dispositionem Statuti Florentini.*
4 *Non attento, quod ius intraturæ titulo etiam oneroso acquisitum foret.*
5 *Ius intraturæ habens præfertur vicino, vel consorti mediante muro communi ex mente etiam d Statuti.* ut num. 6.

7 *Emptionem extraiudicialiter recusans intelligitur retractui renunciasse.*
8 *Ad hoc ut possidens præferatur in emptione sufficit ut in minima parte sit consors.*

PRo Apotheca Aromataria cum Mansiunculis pro ipsius usu annexis diximus D. Iuliano de Tozzinis competere retractum pro pretio æstimando, quo vero ad residuum Domus emptæ a DD. Iulio, & Fratribus de Francis nullum ius redimendi dictum Iulianum habere declaravimus.

In apotheca etenim prædicta una cum dictis Mansiunculis cum idem Iulianus ex longissimo tempore iuxta dispositionem Sratutorum Artium huius Civitatis ius intraturæ acquisivisset de quo nec etiam controvertebatur ius in re ad instar Emphyteutæ, vel superficiarii ex late traditis a *Socein. cons.* 287. *n.* 2. *&* 3. *cons.* 60. *n.* 12. *lib.* 4 *Caball cons.* 79. *num.* 2. *lib.* 2. *Fulgos. cons.* 240. *in prine Magon. decis Florentin* 112 *numer.* 4. *&* 5. & per consequens consortium in ipsius apothecæ, & annexorum dominio una cum alienante habere dicebatur *Merlin. decis* 386. *n.* 24. *&* 25. *Rot post Merlin de pignor dec* 152. *n* 8. *Afflict de iur. protbom. in princ n* 10. *&* 38. *Benedell in animadvers. ad* §. *scriptum num.* 14. *eodem tractat post Rendell. fol mihi* 393 & plene firmavit *Rot. Nostr. in Lib. Motiv* 129. *a* 101. *versic. hæc autem*; Unde consequebatur ut uti consorti, & partem in dominio rei alienatæ habenti ius retrahendi compereret iuxta dispositum. *Statut. Florent. lib.* 2. *rubr.* 109. nulla habita distinctione an ius intraturæ ex emptione vel alio titulo oneroso, aut ex cursu temporis foret acquisitum ad tradita per *Benedell d n.* 14 *Cavalcan. decis.* 20. *n.* 36. *&* 46. *par.* 2. *Rot in d. Motiv. vers hæc autem*; itaut si concurrisset etiam cum Vicino, vel cum Consorte mediante muro communi ut erant dicti de Francis, aut cum consanguineo, adhuc is uti habens communionem in re ipsa illis præferendus erat *Io. de Amicis cons* 20. *n.* 3. *Grat cap.* 460. *n.* 5. *Amat. resolut.* 54. *n.* 10. *&* *seqq. Burati dec.* 520 *n.* 3. *Merlin. dec* 386. *n.* 24. *&* *seqq &* *n* 36 *dec* 411. *n.* 6. 13. 20. *decis.* 437. *n.* 37. *&* *plene Rot. in d Motiv. per tot.*

Quæ prælatio non obscure etiam significata fuit ex ordine dato ab ipso Statuto d. rubr. 109. dum in requisitione facienda per alienare volentem primo loco nominavit habentem rem communem cum aliqua persona ut per *Cavalcan. d. dec.* 20. *n.* 25. *&* *Rot. in d. Motiv.*

Nec subsistebat in facto quod dictus Iulianus extraiudicialiter requisitus an voluisset emere emptionem recusasset, & per consequens

quens retractui renunciaſſet, ad *Magon. dec. Florent.* 118. cum ex actorum revolutione de hac recuſatione non appareret, unde tantum abeſſe quod hoc ſit verum cum ex teſtibus productis ex adverſo conſtet dictum Iulianum potius declaraſſe ſe apothecam empturum, & etiam Domum quam alium emptorem alienare volens ſine prefata apotheca non reperiiſſet.

Quo vero ad reſiduum Domus dictos de Francis abſolvimus a petito retractu quia cum in dicto reſiduo d. Tozzinus nullam communionem haberet, ſed ad ſummum potuiſſet prætendere quondam conſortium mediante muro apothecæ, & manxionum annexarum, in quibus nil aliud niſi Ius Intraturæ ut diximus habebat non poterat præferri dictis de Francis qui verum conſortium muro communi mediante ex priori emptione partis dictæ Domus quæſierat, eamque tempore ſecundæ emptionis poſſidebant, & ad hoc ut poſſidens præferatur in emptione ſufficit ſi in minima parte ſit conſors *Grat. &c.* 8

Et licet d. Tozzinus dictam emptionem in pluribus vicibus a dictis de Francis in ſui fraudem ut eum a retractu exeluderent factam fuiſſe opponeretur per *Amend. &c.* attamen nullo alio edocto talis oppoſitio ſubſiſtere nobis viſa non fuit quia eum dictæ plures venditiones legittime fieri potuerint, dolus, & fraus ex his præſumi non poterat in odium Tertii ſed potius prudens conſilium, & cauthela ad propriam utilitatem principaliter adhibita dici debebat licet Vicinus, vel Conſors a retractu in conſequentiam excluſus remaneret ut per *Gerard. &c.*

Ambas partes ab expenſis &c.

Coſmus Farſettus Relat.
Petrus de Angelis Audit.

DECISIO XVIII.

PISTORIEN. DOMORUM.

28. *Maii* 1685. *cor. Audit.* SEBASTIANO DE MARINIS.

ARGUMENTUM.

EVicta re permutationis titulo ſubrogata fideicommiſſo datur Fideicommiſſario regreſſus ad bona alienata, non obſtante Reſcripto Principis pro fideicommiſſi alienatione, quod ex vitio ſubreptionis, defectu citationis omnium vocatorum, & non adim-

plemento conditionum in eo appositarum non suffragatur, & signanter ex defectu utilitatis, & ex quibus utilitas excludatur.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissario danda est immissio constito de vocatione eiusque purificatione, & bonorum identitate.*
2 *Limita quoad bona alienata in quorum locum mediante Principis rescripto alia fuerunt subrogata.*
3 *Sublimita si res subrogata fuerit evicta, quia tunc ad alienata datur regressus.*
4 *Declara sublimitationem procedere, si res permutata adhuc est penes permutantem, secus si penes tertium contra quem condictio ob causam non datur.*
5 *Contra, quod detur etiam contra tertium cum sit in re scripta.*
6 *Indubitanter quando in Instrumento permutationis adest promissio evictionis cum hypotheca bonorum.*
7 *Et stante evictione permutatio resolvitur ad differentiam venditionis, & de ratione differentiæ.*
8 *A priori obligatione non intelligitur receſſum per secundum contractum nullum.*
9 *Declara conclusionem, de qua n. 3. & seqq. procedere in terminis veræ permutationis, secus si res mediante Principis rescripto venaita sit cum obligatione reinvestiendi prætium, & reinvestimentum fuerit secutum super prædio postea evicto, quia tunc emptor non poterit a fideicommissario molestari.*
10 *Taciturnitas hypothecæ, & iuris tertio competentis reddit rescriptum facultatis alienandi fideicommissum, & subrogandi alia bona subreptitium*, & n. 47.
11 *Et stante subreptione corruit etiam consensum expressum vocatorum.*
12 *Rescriptum prædictum quando potius importet mandatum ad derogandum, quam derogationem actualem.*
13 *Clausula* citato chi occorre *in ea apposita facit executorem istum qui tenetur partes Iudicis assumere.*
14 *Ablativum absolutum conditionem importat.*
15 *Gratia alienandi fideicommissum nulliter executa habetur pro non obtenta.*
16 *De iure in illius concessione citandi sunt vocati ad fideicommissum. Amplia etiamsi sint minores, vel pupilli.* n. 24.
17 *Amplia ut non sufficiat consensus aliquorum, & maioris partis, si adsint alii æquale interesse habentes.*
18 *Maxime si hoc suadeat forma Rescripti.*
19 *Qua non servata, rescriptum non suffragatur.*

20 Præ-

20 *Præſertim in tertii præiudicium.*
21 *Etiam ſi ſervata ſit in parte.*
22 *Fortius ſi hoc exigat ratio vitandi colluſiones.*
23 *Teſtes formiter non examinati nihil probant.*
25 *Diſcretivus modus loquendi diverſam Teſtatoris voluntatem inter unum, & alium caſum oſtendit.*
26 *Succeſſor confeſſionem auctoris impugnare non valet.*
27 *Limita quando confeſſio eſt erronea.*
28 *Item limita quando a confitente eiuſque hæredibus nulla eſt præſtanda evictio.*
29 *Conditio evidentis utilitatis fideicommiſſi non dicitur adimpleta ex ſolo privato comodo poſſeſſorum, ſed requiritur communis omnium ſubſtitutorum utilitas.*
30 *Contra quod ſufficiat utilitas de tempore contractus.*
31 *Declara hoc procedere, quando perſeverantia utilitatis deficit ex aliquo inopinato accidenti, ſecus ſi ex dolo permutantis.*
32 *Utilitas unde reſultet, vel excludatur.*
33 *Ceſſat quando bona permutata ſunt eiuſdem valorie.*
34 *Non ſufficit, quod quis non ſit in damno, niſi etiam ſit in lucro.*
35 *Et requiritur exceſſus ſaltem in decem pro centenario.*
36 *Et hæc eſt praxis Supremi Magiſtratus Florentiæ.*
37 *Utilis non dicitur alienatio domorum ſitarum in inſigni loco Civitatis pro ſubrogandis bonis ab ea diſtantibus.*
38 *Et præſertim Molendino, quod parit ſolum fructus induſtriales cum magnis impenſis.*
39 *Quodque ſemper eſt in periculo deſtructionis.*
40 *Vel aliis bonis exiſtentibus prope Flumen, & ſubiectis inundationi.*
41 *Ideo inveſtimentum ſuper eis factum non cenſetur legitimum.*
42 *Utilitas non reſultat ex ſolo maiori redditu, ſed etiam ex maiori valore proprietatis.*
43 *Lugubre eſt videre avitas domos, & antiqua maiorum prædia ad externas manus pervenire.*
44 *Prout indecorum habitare domum conductitiam ſolito habitare propriam.*
45 *Diſtinctio inter alienatarium ex cauſa neceſſitatis, & aliam ex cauſa utilitatis.*
46 *Primo caſu ſufficit cauſa de tempore contractus, in ſecundo vero requiritur, quod perſeveret.*
48 *Utilitatis præſumptio non reſultat ex facto executoris nulliter procedentis.*
49 *Utilitas publica non debet private præiudicare.*
50 *Limita quando alias publicæ utilitati non poſſet eſſe conſultum.*
51 *Alias ad effectum ædificandi Eccleſiam non poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſuppoſita.*

52 *Do-*

52 *Dominium Ecclesiæ, & Monasterii penes Laicos esse non potest.*

53 *Immissio, quæ concedi nequit super re, de qua constructa est Ecclesia, conceditur super pretio, condemnando possessorem ad illius solutionem.*

1 Mmissionem petitam in Domibus hæreditariis Clar. Mem. Senatoris Cellesii Domino Vincentio Cellesio dandam esse censui; Cum de vocatione, fideicommissi purificatione, & identitate bonorum non controvertatur inter Partes, quibus concutrentibus nulli dubium est fideicommissatio dandam esse immissionem, *ex rem. Leg. fin vel ex salu. Bich. decis.* 670. *n.* 1. *Dunoz. iun dec.* 1002. *n.* 1. *Ottobon dec.* 1. *n.* 18. *Cels. dec.* 108. *n. pr. & in rec. dec.* 122. *n.* 2. *dec.* 378. *n.* 2. *par.* 16. *dec.* 180. *n.* 1. *par.* 17.

Nec obstare visum fuit, quod sequuta permutatione, & ex
2 Principis rescripto solutis a nexu fideicommissi Domibus omne vinculum fuerit translatum in bonis permutatis, quapropter non possit hodie D. Vincentius uti fideicommissarius ad earumdem Domorum possessionem aspirare.

Quia indubitata est regula, quod evicta re permutata de
3 iure detur regressus ad bona loco illius tradita *per Text. in Leg.* 1. *ubi Gloss. & DD. Cod. de rer. permutat. Bece. cons.* 83. *n.* 4. *& seq. lib* 1. *Surd. dec.* 173. *n.* 13. *in fine Ciriac. contr.* 233. *n.* 14. *Mangill. de evict. qu.* 141. *n.* 12. *Guzman. de evict. qu.* 29. *num.* 10. *Clapper. cauf.* 49. *qu. unic.*

Nec pariter relevare putabam, quod regula locum non ha-
4 beat, quando res amplius penes permutantem non extat, cum actio illi a Iure tributa vigore dictæ *Leg. prim.* non valeat contra tertium exerceri; eo quod conditio ob causam, uti personalis fundum non sequatur.

Quia præter quam, quod contrariam sententiam, nimirum,
5 quod actio prædicta sit exercibilis, etiam contra tertium, ea ratione, quia licet d. conditio sit personalis, est tamen in rem scripta, late tuentur *Boer. dec.* 112. *n.* 13. *Thomat. dec.* 134. *n. pr. Mangill. d. qu.* 140. *n.* 6. *& qu.* 141. *n.* 8. *Gratian. disc.* 3. *num.* 18. *Surd. d. dec.* 173. *n.* 28. adhuc etiam, quod limitatio prædi-
6 cta esset vera non haberet locum, quando, prout in casu nostro in Instrumento permutationis adesset promissio evictionis cum hypotheca bonorum, ut bene distinguendo firmat *Franch. decis.* 34. *Mangill. de evict. quæst.* 140. *num.* 12. *& seqq. n.* 14. *Surd. decis.* 173. *n.* 28. *& ibi Hodiern. n.* 5. *Rot. decis.* 142. *n.* 6. *&* 7. *par.* 14. *rec.* Et hæc est differentia inter permutationem, & vendition-
7 nem, quia quando datur species pro specie, & genus pro genere,

re, & ſic quando fit permutatio, tenetur tradens perfecte, & irrevocabiliter rem facere acquirentis, illumque verum Dominum conſtituere adeo ut ſequuta evictione poſſit agi primæva actione, ſecus autem eſt quando datur ſpecies pro genere, & ſic datur pecunia pro re, tunc enim quia ille contractus dicitur emptio, & venditio ſequuta traditione, ad quam tantum venditor tenetur contractus remanet perfectus, & propterea eveniente caſu evictionis non agitur ex primo, ſed ex ſecundo contractu, ut bene ratiocinantur, *Hodiern. ad Surd. dec. 173. n. 4. & deciſ. 266. n. 8 Gratian. diſcept. 3. n. 18 & ſeqq. Guzman. de eviction. quæſt. 29. num. 12.*

Idemque dicendum venit quando contractus eſt nullus, quia 8
tunc non dicitur a priori obligatione receſſum, per ſecundum contractum nullum minime novata, cum paria ſint non fuiſſe factum, vel non habuiſſe effectum, quod ſecus eſt quando contractus eſt validus, ſed res evincitur, cum tunc ad priorem obligationem, per novationem iam iam extinctam creditor redire non poſſit, & propterea datur illi tantum, actio exempto, vel utilis contra debitorem, ut egregie proſequitur, *Hodiern. ad Surd. deciſ. 266. num. 9. & ſeqq.*

Ex quibus bene tollitur obiectum pro Collegio adductum, 9
quod videlicet Dominus Vincentius non poſſet agere niſi ad bona ſubrogata, non ſolum quia ſumus in permutatione, in qua numquam extinguitur primeva actio, maxime accedente promiſſione evictionis, cum hypotheca bonorum, quo caſu ex deductis ſemper datur regreſſus ad bona permutata quidquid ſecus dicendum foret quando a Principe indulgeretur facultas vendendi bona ſubiecta fideicommiſſo cum conditione, quod præcium deponeretur ad effectum inveſtiendi in aliis bonis ſtabilibus in locum alienatorum ſubrogandis, quia tunc quatenus emptor obſervet formam in reſcripto contentam, & prætium deponat, etiam ſi illud fuerit inveſtitum in aliquo prædio, quod tandem evictum ſit, emptor Bonorum fideicommiſſariorum non poterit a ſucceſſore in fideicommiſſo moleſtari nec res fideicommiſſaria ab eo vendicare, ut bene diſtinguendo rem explicat, *Molin de primog. lib. 4. cap 4. n. 47. & ſeq.* ex qua diſtinctione tolluntur firmata in *dec. Oſthobon. 249. & per Rot. Florent. Lib. Motiv. 124. a 619. cum aliis allegatis*, qui loquuntur in terminis ſimilis licentiæ vendendi cum obligatione reinveſtiendi prætium præſertim quia in inveſtimento prædicto nulla poteſt conſiderari culpa, vel dolus emptoris, ſed tantum venditoris, ad cuius commodum prætium debebar inveſtiri quod ſecus eſt in caſu noſtro, in quo DD. Ioannes, & Coſma Cellesii duplicem perſonam repreſentantes, utpote poſſeſſores fidei-

deicommissi permutarunt Domus fideicommissarias cum propriis bonis, & licet scirent illa plurimis hypothecis obnoxia, & quidem specialibus, & signanter gemino canoni ad favorem Ecclesiæ S. Mariæ Presbiteri Anselmi, & Oper. S. Andreæ Pistorien. illa tamen in præcibus Serenis. Porrectis asservetunt libera, & melius sese explicando in comparitione facta coram Supremo Magistratu addiderunt esse *liberi immuni, ed esenti da qualsivoglia peso, vincolo, carico, e debito di qualsivoglia sorte, e legame*, ex qua dolus, & circumventio negari non potest, cum tamen sola taciturnitas
10 hypothecæ, & iuris tertio competentis subreptionem importet,
11 *Rot. dec.* 24. *n.* 26. *par.* 7. qua stante consensus etiam expressus vocatorum corruit, ex adductis *in decis.* 75. *numer.* 8. *par.* 9. *recentior.*

Et hic animadvertendum puto, quod non versamur in derogatione a Principe facta de plenitudine potestatis, ut supponebant Informantes pro Collegio, sed in simplici commissione pro valida executione voluntatis defuncti, & permissionis ab eo concessæ in Testamento „ ibi „ *proibì, e vietò il Testatore l' alienazioue di* „ *qualunque sorte di detti Beni, e la permutazione anco sotto pre-* „ *testo di maggiore utilità senza il consenso de' due terzi di tutta la Fa-* „ *miglia, purchè nell' atto dell' alienazione si faccia la permuta, e* „ *rinvestimento a utile evidente del Fidecommisso*; Quæ cum fuerit exposita Serenis prout etiam, quod Domus erant parvi redditus clementissime rescripsit, *consentendo e due terzi di tutta la famiglia concedesi la domandata permutazione con le precedenti stime, e Decreto de' Clariss. Loco Tenente, e Consiglieri conosciuta l' evidente*
12 *utilità del fidecommisso, citato chi occorre*; Et sic tantum abest, quod versemur in mera gratia, quod imo prædictum rescriptum importet tantum mandatum, & concessionem ad derogandum, *Rot. dec.* 157. *n.* 5. *par.* 9. *rec.* & quidem limitatum ad terminos evidentis utilitatis, & precedentibus estimationibus (& quod ma-
13 gis est) *citato chi occorre*, quæ clausula facit executorem mixtum, qui teneatur partes Iudicis assumere tenorem rescripti, & ordinem iudiciarium servare, *Barbos. clauf.* 185. *n.* 5. & 16. *De Luc. de alienat. disc.* 1. *n.* 66. & *disc.* 13. *n.* 5. *Ludovis. dec.* 57. 69. & 91. & 413. *Buratt. dec.* 171. & 529. & *ibi adden. Rot. apud Posth. de manut. decis.* 126. *numer.* 3. *decis.* 8. *numer.* 8. *post Cene. de censib.*

Precipue cum cognitio evidentis utilitatis, & citatio vocato-
14 rum præcedere debebat, quibus non adimpletis, tamquam per viam conditionis per illud ablativum absolutum demandatis *Monet. de commut. ult. vol. cap.* 7. *n.* 262. *Bieb. dec.* 408. *n.* 2. gratia corruit, *De Luc. de alienat. & contract. prohibit. disc. pr. n.* 73.

& tam-

& tamquam nulliter exequuta habetur pro non obtenta *Merlin.* 15
dec. 775. §. *deficit*, & ſecluſa etiam clauſula prædicta, adhuc
etiam ex diſpoſitione Iuris Communis erant citandi omnes vocati 16
ad fideicommiſſum in huiuſmodi actu, in quo notabiliter ledi poterant, *Monet. ibidem n.* 172. 335. *&* 344.

Nec dicatur, quod d. citatio non erat adhibenda, ex quo
duæ ex tribus partibus familiæ conſenſerant, & vocaverunt ſe 17
citatos ad omnem actum, quia & cœteri erant citandi utpote habentes æquale intereſſe ex auctoritatibus, ſupra deductis, optime *De Luc. de benefic. diſc.* 48. *n.* 5. & hoc nedum ad implementum formæ Reſcripti, quæ non poterat impleri per equipollens, *deciſ.* 18
325. *n.* 6. *par.* 10. & qua non ſervata ſuffragari non poterat, *dec.* 19
41. *n.* 11. *&* 16 *par.* 10. maxime in præiudicium Tertii, *Rot.* 20
d. dec. 41. *n.* 3. & ut individua præciſe, & integre ſervanda
erat, alias nihil actum foret, etiam ſi ſervata eſſet in parte, 21
cum diviſio ipſam corrumpat, *dec* 363. *num.* 16. *&* 17. *par.* 10.
ſed etiam propter intereſſe vocatorum, & ad colluſiones evitandas 22
& fraudes, ne alias poſſeſſor Fideicommiſſi remotiſſimos, & fere omnimoda ſpe ſuccedendi deſtituros, vel minus informatos exquirendo, poſſet ad ſui libitum ab ignorantibus, & negligentibus conſenſum exquirendo fideicommiſſum eludere, in præiudicium vocatorum, & forſan proximiorum; Et propterea prudentiſſimus Princeps bene iuris diſpoſitionem callendo omnium citationem demandavit.

Præterquamquod nec de iſto conſenſu duarum ex tribus par- 23
tibus familiæ apparet, quia duo teſtes informiter examinati nihil probant ut bene in terminis reſpondit *Rot. dec.* 430. *num* 8. *par.* 1. *rec.* tum quia non recenſent gradus diſtinctos, nominando omnes tunc viventes, tum quia non coarctant negativam, quod aliis non potuiſſent adeſſe quin ipſi ſciviſſent, convincuntur poſitive de mendacio ex documentis in actis exhibitis, & ſignanter ex fidibus baptismi, & mortis, ex quibus apparet conſentientes non aſcendere ad medietatem totius familiæ.

Nec dicatur, quod cum inter vocatos adeſſent minores, vel 24
pupilli iſti non venirent citandi, utpote inabiles ad conſentiendum, quia, & hi erant vocandi tamquam habentes intereſſe, & ad fideicommiſſum invitati, qui mediante Patre, vel Curatore ad id ſpecialiter deputando conſenſum preſtare vel denegare debebant tam de iure communi, ut plene *per Rot Rom. in Imolen. derogationis fideicommiſſi* 22. *Maii*, *&* 4 *Decembris* 1620. *cor. Card. Cavaler* §. *demumque* &c. quam ex clara diſpoſitione Teſtatoris qui indulgendo vocatis permutationem, ſuam voluntatem verbis ſupra recenſitis expreſſit, *proibì*, *e vietò il Teſtatore l' alienazione*

di

di qualunque sorte di dd. Beni, e la permutazione anche sotto il pretesto di maggior' utile senza il consenso de' due terzi di tutta la famiglia, purchè nell' atto dell' alienazione si faccia la permuta, e rinvestimento a utile evidente del fideicommisso. Permittens autem mobilium alienationem ita disposuit „ *I mobili però si possino ven-* „ *dere per investire il 2. tratto, come anco i denari contanti, e* „ *crediti del Testatore in beni stabili vicino a gl' altri beni dell' Ere-* „ *dità, e che fossero stimati più utili, o comodi a gli Eredi sud-* „ *detti della medesima famiglia, o da due terzi degli huomini mag-* „ *giori di diciott' anni di detta Famiglia.* „

Ex quibus apparet, quod quando agebatur de permutandis stabilibus a Testatore acquisitis vel ab eo possessis in quibus versabatur non minus illius affectio, quam interesse vocatorum, & poterat dari casus, quod in illius successione minor maiori, præferretur ratione maioris proximitatis voluit idcirco consensus duarum, ex tribus partibus totius familiæ adhiberi.

Quando autem voluit pecunias ex venditione mobilium, & creditorum exactionibus retrahendas investiri in bonis, aliis suæ hæreditatis contiguis vel commodioribus, & sic ageretur de ampliatione bonorum stabilium, & de actu utili ad consulendum illius facilitati, & ad evitandas solemnitates, quæ requiruntur ad minorum consensum legitime adhibendum quorum læsio nulla aut modica considerari poterat in d. casu prout nec particularis affectio Testatoris præter implementum voti augendi stabilia ad commodum vocatorum vel aliis rationibus quæ animum eiusdem in legalibus disciplinis plurimum eruditi movere poterant id totum familiæ iudicio reliquit vel duarum ex tribus partibus illius maiorem
25 18. annorum, ex quo discretivo modo loquendi arguitur voluntatis diversitas inter unum, & alium casum, *De Luc. de donat. disc. 8. n. 23. dec 282. n. 8. par. 11. & dec. 232. n. pr. par. 14. rec. Manf. conf 84. n. 36. lib. pr.*

Nec ullius momenti visum fuit, quod cum Dominus Vincentius sit hæres Innocentii Patris, qui ultra consensum permutationi præstitum, asserunt quoque consentientes constituere
26 duas ex tribus partibus Familiæ Collesiæ, non possit, propterea sui auctoris confessionem impugnare, *ex Rot. dec. 343. n. 2. in fine par. 3. rec.* & probare contrarium eius dicta *dec. 130. n. 18. par.*
27 5. quia omisso quod D. Vincentius venit iure proprio independenter a Patre regula non procedit quando confessio est erronea prout apparet in casu nostro, *Surd. conf. 146. n. 7. Cyriac. controv. 35. n. 16. & seqq. De Luc. de fidei. disc. 194. num. 4. Rot. in rec. dec. 258. n. 20. par. 8. & decis. 168. num. 18. par. 12.* &
27 quando a confitente, vel eius hæredibus nulla præstanda est evi-

ctio,

victio, *Surd. conſ.* 355. *n.* 42. *lib.* 3. *Peregr. art.* 33. *n.* 7. *deciſ.* 48. *poſt Cenc. de cenſib. De Luc. de ſervitut. diſc.* 87. *ſub num.* 8. *Conciol. de hæred. art.* 3. *n.* 136.

Accedat, quod cum reſcriptum per modum conditionis dederit facultatem Supremo Magiſtratui indulgendi permutationem, *conoſciuta l' evidente utilità del fidecommiſſo* talis utilitas conſiderari non poterat, dum pro debitis, & præcedentibus hypothecis ab ipſis Permutantibus contractis bona fuerunt evicta, & in hoc 29
caſu non ſufficit, quod tempore permutationis adeſſet privatum commodum poſſeſſorum fideicommiſſi, ſed requirebatur communis omnium ſubſtitutorum utilitas, ita ut nihil factu videretur contra voluntatem Teſtatoris, *Venturin. conſ.* 20. *n.* 2. qui loquitur in terminis permutationis factæ in preiudicium Collegi Patrum Societatis *Mantuæ ad quoddam fideicommiſſum invitati Franc. deciſ.* 355. *num.* 6.

Et ſic evitatur auctoritas *Noguerol.* in contrarium adducti, 30
alleg. 32. *n.* 180. firmantis quod ſufficiat utilitas de tempore contractus, non autem illius perſeverantiam requiri, quia quidquid ſit in aliquo inopinato accidenti, ex quo damnum cauſatum ſit 31
quod Supplicantes prævidere non potuiſſent *De Luc. de alien. & contr prohib. diſc pr. numer.* 46. nos verſamur in evictione ſequuta ex præcedentibus obligationibus per ipſos contractis, & per ipsos doloſe occultatis, quo caſu permutatio utilis dici non 32
poteſt, *deciſ.* 9 *numer.* 17. *par.* 16. *recentior.* cum ſecluſo etiam dolo rem dantis in permutam talis ſolum reputatur, quando 33
datur res ſterilis, & accipitur fertilis, *Ubald. deciſ* 169. *num.* 3. non autem quando bona permutata erant eiuſdem valoris, ut in preſenti, *dec.* 430. *n.* 5. *verſ. præterea p.* 2. *& dec.* 336. *n* 19. *p.* 10 *rec. Bich. dec.* 441. *n.* 11. *Rub. reſol. pr. n.* 102. cum ad hunc effectum requiratur, quod bona, vel præcium receptam ſit maio- 34
ris æſtimationis, *Menoch. conſ.* 812. *n.* 42. nec ſufficit, quod quis non ſit in damno niſi etiam percipiat & luerum, cum aliter verificari non poſſet requiſitum evidentis utilitatis ex adductis *per De Luc. de alienat & contract. prohib. diſc. pr. num* 45. *Corrad. in prax. diſpenſ Apoſt. lib.* 9. *cap.* 4. *n.* 22. *verſ. niſi officiales* firmans utilitatem debere eſſe in tertia parte, & non ſufficere aſſi- 35
gnationem rei equalis pretii, & quod ſaltem bona, quæ recipiuntur debeant excedere valorem decem pro centenario, ſupponebant Informantes pro Celleſio eſſe inconcuſſam praxim Supremi Magiſtratus. Quibus accedit, quod bona gravata fideicommiſſo conſi- 36
ſtebant in nobili corpore Domorum in inſigniori loco Civitatis ſito, quare utilitas fuiſſet, e converſo videlicet ex parte ſolum 37
tradentis bona diſtantia a Civitate, *Menoch. de arbitr. caſ.* 72.

n. 23. *De Luc. de feud. diſc.* 128. *n.* 16. maxime eum inter ex-
38 tera datum fuerit Molendinum, cuius fructus dicuntur mere in-
duſtriales, & requirunt magnas impenſas, *De Luc. de decim. diſc.*
18. *n.* 15. *&* 18. *verſ. nec etiam*, & ubi in continuo periculo
exiſtens, equiparatur rebus quæ ſervando ſervari non poſſunt cum
39 propter impetus aquarum huiuſmodi edificia ſemper deteriorentur,
& ſint in continuo pericolo deſtructionis, *Gratian. diſcept.* 566.
n. 18. *Cirocc. diſcept.* 66. *n.* 30. & cum alia quoque bona ſint
prope ipſumet flumen, & propterea ſubdita inundationi, & cor-
40 roſioni, & tamquam poſita in loco periculoſo, vel ruinoſo non
habeantur pro immobilibus ex adductis per *Lup. in cap. per ve-
ſtras de donat inter virum, & uxor.* §. 18. *n.* 7. *& ſeqq.* adeo ut
inveſtimentum factum in bonis prope flumen non dicatur legiti-
41 me factum tamquam in bonis perpetuo non duraturis, & corroſio
inde ſequuta non reputetur caſus fortuitus cum vere prævideri
potuerit, firmat *Mar. Antonin. var. reſol. lib. pr reſ.* 99. *n.* 11.

Nec dicatur, quod evidens reſultabat utilitas ex eo, quod
42 cum domibus fideicommiſſariis fuerunt permutata bona ſi non
maioris valoris, ſaltem maioris redditus, quia non ex ſolo
redditnum valore, ſed etiam proprietatis, utilitas eſt iuſtifican-
da ex allegatis *per Rot. dec.* 336 *n.* 20. *par.* 10. *rec.*

Et tantum abeſt, quod de evidenti utilitate conſtet, quod
immo de notorio præiudicio apparet unde dum ex deductis propter
hypothecas generales, & ſpeciales quibus bona recepta ſubii-
ciebantur, & ex eo, quod illa utpote prope flumen ſitua-
43 ara, ſint in continuo periculo, vetum etiam quia nimis lugu-
bre, & deplorandum eſt videre avitas Domus, ac antiqua ma-
iorum prædia ad externas manus pervenire *Leg. lex quæ tutores*
§. *nec vero Domum Cod. de adminiſtr. tut. cum aliis per Sutor. de re-
tract. cap pr. theor.* 4. *verſ. ſatis lugubre*, de quo etiam conquere-
batur *Ierem cap.* 5. „ hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, do-
„ mus noſtræ ad extraneos„ adeout ſucceſſive ad fideicommiſſum
44 invitati cogerentur in poſterum domus conductitias habere, quod
ſatis indecorum reputatur *De Luc. de empt & vendit. diſc.* 51. *n.* 7.
& omiſſis innumeris reſponſionibus, quæ *Noguerolo* dari poſſent,
ſat erit hic duo tantum ponderaſſe; primo videlicet eſſe diſtin-
45 guendum inter alienationem neceſſariam, ut quando Creditores
fideicommiſſi urgerent, Domus minarentur ruina &c. Et alienatio-
nem pro evidenti eiuſdem fideicommiſſi utilitate, *Merlin. deciſ.*
219. *num.* 13. ut cantat Principis reſcriptum Teſtatoris diſpoſi-
tioni coherens.

46 Ut primo caſu bene proceedant adducta per *Noguerol.* quod
ſufficiat utilitatem adeſſe de tempore contractus. In ſecundo vero

requi-

requiritur, quod eadem utilitas perſeveret etiam poſt contractum, ut bene reſpondet *Franc. Ant. Coſt. conſ.* 70. *num.* 8. late *Menoch. de Arbitrar. cap.* 172. *num.* 22. *Adden. ad Pamphil. deciſ.* 331. *n.* 10. *& in recent. deciſ* 46. *num.* 7. *par.* 17. quæ tamen, ut plurimum ponderantur a Doctoribus ad effectum tantum regulandi læſionem. Verum ultra prædicta concurrit etiam nullitas ob formam Reſcripti non ſervatam, quo caſu admittit etiam idem *Noguerol. num.* 181. alienationem non ſubſtineri, tum quia non fuerunt citati omnes de Familia, tum quia Conſentientium numerus non conſtituit duas tertias partes totius Familiæ, tum quia non fuerunt expreſſa onera, & hypothecæ, pro quibus ſequuta eſt bonorum evitio, quæ reddunt gratiam ſubreptitiam, & nullam, prout 47
ſupra firmatum fuit, quibus additur *De Luc. de alien. & contr. prohib. diſc. pr num.* 69 & propterea nulla etiam utilitatis præ- 48
ſumptio ex facto Executoris nulliter procedentis oriri poteſt, *Adden. ad Pamphil. dec.* 153. *n.* 17. *dec.* 329. *n.* 14. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Nec dicatur, quod ſi non conſtat de privata fideicommiſſi, de publica ſaltem utilitate apparet, ex quo fuerit ex Domibus prædi- 49
ctis ædificata Eccleſia conſtructumque Collegium Patrum Societatis, quia utilitas publica Tertio præiudicare non debet, ne claudicando alios ditaret, alios vero ad inopiam deduceret, *Cravett. conſ.* 95. *num* 8. *Dunozet. iun. dec* 483 *num.* 15. *& in recent. dec.* 119 *in fin. & dec* 208 *in fin. par.* 12 Et difficultas tantum venirer conſideranda quando in Civitate Piſtorii non adeſſet Epiſco- 50
pus, Capitulum, Parochi, cæterique Religioſorum cœtus, qui Sacramenta adminiſtrare, & Animarum ſaluti conſulere poſſent, & quando ibi non adfuiſſent alii ſitus, & ædes ad conſtructionem Collegii opportunas, adeout dictæ publicæ utilitati nullatenus poſſet eſſe conſultum, *Bellon. iun. conſ.* 66. *n.* 5 *Dunozet. d. dec* 183. *num.* 16. cum de cætero regulare ſit non poſſe alienari bona fi- 51
deicommiſſi ad effectum ibi ædificandi Eccleſiam, iuxta Theoricam *Bartoli* communiter receptam *in L. ſi locus ff. de Relig & ſumpt funer.*

Verum quia agitur de Eccleſia, & Monaſterio iam conſtructo 52
cuius dominium penes laicos eſſe non poteſt, *Otthobon. dec* 223. *n.* 3. & cum æquum non ſit in vocatorum præiudicium Eccleſiam fideicommiſſarias ædes retinere, cenſui conſumandam eſſe immiſ- 53
ſionem in prerio, ad cuius ſolutionem dixi condemnandos eſſe Patres Societatis pro reintegratione Fideicommiſſi, iuxta ſatis punctuales *Duran. dec.* 7. *&* 47. Et ita utraque &c.

Sebaſtianus de Marinis Audit.

DECISIO XVIIII.

LIBURNEN. LITERARUM CAMBII

Veneris die 28. Junii 1686. cor. Aud. ÆNEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

DEciditur ex facti circumstantiis late perspensis Giratarium Literæ cambiariæ exigere recte posse valorem Literæ licet girans eiusdem valorem non exegerit ab eo, qui cum Giratarii debitor esset eamdem giram favore Creditoris ad extinguendum suum debitum procuravit, stante huius decoctione sequuta intra dilationis terminum ei a Girante concessum.

SUMMARIUM.

1 *Depositio Testis, licet unici, stantibus adminiculis, propria utilitate exclusa plene probat.*

2 *Plusquam cortex verborum substantia attendenda est.* ut n. 40.

3 *Girata re integra revocari potest ab eo cuius gratia facta est. Fallit* ut n. 4. *ubi Girata importet veram, & actualem solutionem.*

5 *Volente Creditore dari potest species pro quantitate.*

6 *Litera dicitur data pro soluto non pro solvenda ubi excludit præcedentem obligationem.*

7 *Cui in stipulatione nulla acquiritur obligatio dicitur purus adiectus* num. 32.

8 *Debitor non potest revocare literam iam acceptatam a suo Creditore.*

9 *Amplia in Creditore Debitoris, qui nequit plus iuris habere, quam habeat suus Debitor.*

10 *Campsor scribens literas ab alio Campsore solvendas ei qui sit creditor, quas postea revocet etiam non acceptatas ab eo cui diriguntur, Creditori tamen quæsitum est ius contra Scribentem, ut impleat quod promisit, & de ratione* num. 12.

11 *Campsor vero cui literæ sunt directæ non adstringitur donec non acceptaverit, cum non possit cogi suscipere mandatum, invitus.*

13 *Contractus ad utriusque Contrahentis utilitatem, nonnisi utroque consentiente, distrahi potest tam in substantialibus, quam in accidentalibus.*

14 *Fundamentum Fontanell. decis. 24. num. 19.*

15 *Contractus non debet claudicare, ut scilicet unus ex Contrahentibus sit obligatus, alter vero liber.*

16 *Creditor non potest velle redire ad Scribentem, & recedere a Girata,*

rata, quando probabiliter Mandatarius ad ſolvendum eſſet ſoluturus.

17 *Opinio Scacc. de Camb. §. 2. gloſſ. 5. qu. 18. num. 447. qui concludit, quod inter Creditorem, & Scribentem non eſt licita ad invicem pœnitentia altero invito poſt datas literas, quamvis non ſine acceptatæ.*

18 *Conſonat opinio Bald. conſ. 368. per tot. lib. 1. qui firmat, quod tales literæ Campſorum habent vim ſententiæ in iudicatum tranſactæ, amplia ut* num. 56.

19 *Fortius ubi Litera, ſeu Girata concepta eſt verbis diſpoſitivis; ut* num. 33. 34.

20 *Explicatur doctrina Oleæ de ceſſ. iur. tit. 8. qu. 2. n. 28.*

21 *Girata, quæ emanavit in executionem contractus irrevocabilis præcedenter initi, ſui natura eſt irrevocabilis.*

22 *Et multo minus poteſt in præiudicium Creditoris Girata revocari, quando res non eſt amplius integra.*

23 *Dominus perſequi poteſt rem ſuam contra Tertium.*

24 *Conſenſus alius eſt productivus obligationis, & actionis erga eum; cum quo principaliter actum geritur, alius approbatorius, & confirmatorius actus per alium geſti.*

25 *Conſentiens Giratæ factæ in Tertium ſibi præiudicat, ut non poſſit actui geſto contravenire.*

26 *Nec poteſt propriam Literam adhuc repetere, nec in ea prætendere ius, ſive hypotecam.*

27 *Idque procedit non ſolum in conſenſu expreſſo, ſed & tacito.*

28 *Et eo caſu conſentiens habet ſolum regreſſum contra Girantes.*

29 *Contraria opinio procedit ubi literæ non ſint acceptatæ, in caſu vero, quo ſint acceptatæ, ſed non ſolutæ procedere poteſt contra adiectum.* ut num. 31.

30 *Ideoque uſque dum ſperari poteſt literæ acceptatio non licet tam Creditori, quam Scribenti pœnitere, & recedere.*

31 *Girata quamvis poſt acceptationem revocari poſſit in præiudicium adiecti, ſecus tamen in præiudicium illius, cuius contemplatione fuit facta* num. 37.

35 *Contrariæ auctoritates declarantur* num. 36.

38 *Ex ceſſione facta in alium, eruitur quando ſibi prius acquiſierit; etſi acquiſitio fuerit momentanea, limita ubi ceſſio, ſeu translatio non dignoſcatur facta animo acquirendi* num. 39. 73.

41 *Variæ auctoritates declarantur.*

42 *Venditor non dicitur habuiſſe fidem de pretio, quando credidit Emptorem ſtatim ſoluturum, qui ſub hac ſpe dolo deceptus poteſt rem propriam perſequi, ac vindicare.* num. 45.

43 *Declara, quod dolus non impedit dominii translationem qua ſtante non datur actio reivindicationis, ſed actio de dolo.*

44 *Expresse habita fide de pretio dominium in Emptorem statim transfertur etiam dato dolo, nec quis habet actionem nisi ad pretium nisi dominium sibi reservaverit.* num. 46.

47 *Ubi dolus dat causam venditioni an Venditori competat reivindicatio resolvitur cum distinctione,* & num. 61.

48 *Ex temporis brevitate inter contractum, & decoctionem non potest regula adsignari ad præsumendum dolum, cum id pendeat a qualitate antecedentium, & consequentium.*

49 *Quamvis ex decoctione Scribentis literas acquiratur acceptantibus facultas revocandi acceptationem, secus tamen est quoad Girantes ex subsequuta decoctione eius, cui habuerunt fidem de pretio Literæ giratæ,* & num. 51. 53. 58.

50 *Giratarius non dici debet doli particeps ex eo quia de tempore quo fuit girata litera ab eo qui fidem de pretio habuit instanti iam decotioni proximo fuisset illius creditor* ut num. 62. & seqq.

52 *Translatio partitarum facta a debitore proximo decoctioni in faciem Creditoris an dicatur facta in fraudem cæterorum Creditorum pendet a coniecturis.*

54 *Discrimen affertur inter adiectum pro solo interesse ordinantis, & recipientem ordinem pro interesse proprio.*

55 *Non est locus revocationi Giratæ, nisi constito de dolo dante causam contractui, ut* num. 57.

59 *Re integra non cogitur Mandatarius recipere, & implere mandatum.*

62 *Creditor in diem solvens ante adventum diei, non caret suspicione.*

64 *Creditor præsumitur ignorare suum Debitorem esse decoctioni proximum.*

65 *Acceptanti literas imputandum est, si nescivit Statum debitoris.*

66 *Scientia status Hæbreorum facilius præsumitur in aliis Hæbreis, quam in Hortodoxis.*

67 *Dolus metiendus est non ab eventu, sed a consilio.*

68 *Quod Creditor facit, causa sui iuris conservandi, dicitur dolus bonus reprehensibilis.*

69 *Decoctioni proximus nullum actum gerere potest qui uni prosit, & alteri noceat ex creditoribus suis tam ex Iur. Comm.*

70 *Quam ex Statut. Cur. Mercant. lib. 3. Rubr. 3.*

71 *Limita ubi ex illo actu debitor utile potius, quam damnum Creditoribus inferret.*

72 *Vel quando actus proveniret ex causa necessaria, & nullam Patrimonii diminutionem importaret.*

DOM.

DOM. Michael, & Salomon Donati, Liburni Negociatores ex cauſa dandi in ſolutum D. Antonio Quarateſi Nob. Flor. ſimiliq. Negociatori unam Cambiariam Literam ſolvibilem Novi in Nundinis Paſcatis anni 1680. ei promiſſam in exrinctionem debiti præeedenter cum eo contracti, mediante Proxeneta concordarunt cum DD. Vincentio, & Cammillo Franchi pariter ibidem Negociatoribus infraſcriptam giratam cuiuſdam ſimilis licteræ, Panormi ſcriptæ a D. Io. Baptiſta Maraſſi, ſolvibilis iiſdem franchis per D. Hieronimum Maraſſi Novi in dd. Nundinis Paſcatis, cum dilatione dierum quindecim per Francos facta Donatis pro ſolutione pretii licteræ, ut mox ſequitur in calce verbaliter giratæ.

Livorno a dì 24. Aprile 1680.

Per noi ſi paghi al Sig. Marcello Durazzo, valuta da Signori Michele, e Salomon Donati, et eſſi differo con li Sigg. Antonio Quarateſi, et eſſi, con i Sigg. Buonaccorſi, e Galli, et eſſi col Sig. Franceſco Venturi ec.

Cammillo, e Vincenzio Franchi.

Hinc litera ſic girata, ad Giratarios devoluta, emerſit eadem die notitia decotionis Donatorum, qua ſtante Franchi eadem pariter die ſecundam fecerunt eiuſdem literæ giratam in perſonam D. Thomæ Graſſo, primam expreſſe revocando ob non ſequtam ſolutionem, & die ſequenti proreſtarunt d. D. Antonino Quarateſi, ne exigere tentarer d. literam per ſe, vel per alios, notificando ipſi revocationem, ſtante dicta decotione utraque pervenra lictera ad Nundinas, ortaque controverſia coram DD. Conſulibus dd. Nundinarum inter Durazzum giratarium primæ, & Graſſum ſecundæ giratarium, prima ne, an vero ſecunda eſſet exequenda; fuit favore primæ pronunciatum. Poſthabita appellatione ab hac Sententia per Graſſum interpoſita, quæ deinde fuit, inſtante Durazzo, declarata deſerta, Franchi principale iudicium inſtituerunt in Curia Liburni contra d. D. Antoninum Quarateſi, primæ licteræ Giratarium, ut ſupra, repetendo ab eo, una cum intereſſe, damnis &c. ſummam per Durazzum in Nundinis exactam vigore huius primæ licteræ; Et ad petita condemnato D. Quarateſio, appellationeque per ipſum ad Quarterios interpoſita, iuxta *Rotæ Noſtræ* ordinem; fuit pro eius definitiva abſolutione a petitis reſolutum.

Abſolutionis huius ratio eo vertitur, quia in facto non poteſt controverti, quod giratio prædicta, fuerit facta ex hac unica

ca

ea contemplatione, ut Donati ſolverent D. Quarateſio, ut fuit a principio dictum in theſi, & id ſcientibus, ſcribentibus, ſubſcribentibus, & conſentientibus Franchis, ut demonſtrat girata ſuperius verbaliter reportata, & fatentur ipſi Franchi in proceſſu, poſitione ſecunda, & poſt capitulum ſextum, & ad hunc effectum D. Caſſianus Roſati Proxeneta tenebat ordinem a Donatis quærendi a quocumque voluerit contrahere, ſimilem giratam, ſeu partitam Cambiariam, cum pacto dilationis dierum 15. ad ſolvendum præium, ut idem Proxeneta deponit in capitulo
1 ſeptimo, qui licet unicus, ſtantibus adminiculis, propria excluſa utilitate, plene probat, fortius contra inducentes, *Rot. Noſtr. Lib. Mot* 107. *p.* 59. cum aliis apud *Farinacc. de teſtib. qu* 60. *n.* 415 *& ſeqq. n.* 433. *&* 440 ubi Iudex parte non opponente, non poteſt repellere Proxenetæ Teſtimonium.

Proinde reiecto verborum cortice, quo apparenter cernitur d. licteræ girata in Durazzum, & ſola inſpecta medulla, mox evidenter demonſtrata, quod lictera ſit contractata, ut de conſenſu Francorum Donati ſolverent D. Quarateſio, ut tritum eſt
2 in iure, eſſe huic Medullæ ſolidi ſtandum per *Textus* repetitos apud *Mantic. de tacit. lib* 22. *titul.* 12. *n.* 7. & alibi cum innumeris aliis, quidquid ſit, an detecta d. decotione Donatorum Franchi potuerint re integra, & ante acceptationem revocare di-
3 ctam giratam in præiudicium eorumdem Donatorum, ubi Francorum gratia ſit facta ipſa girata, ex ſatis claro *Textu in* §. *recte quoq inſt. de mandat. & gloſſ.* ibidem cum aliis concordantibus, id tamen abſolute fallit in præiudicium D. Quarateſii, cuius gratia lictera fuit girata, ut mox demonſtrabitur, quia in facto dicta girata, & traditio licteræ facta D. Quarateſio reſpectu eiuſdem D. Quarateſii, non eſt mandatum de ei ſolvendo, ſed ve-
4 ra, & actualis ſolutio illius eiuſdem rei, quæ ipſi debebatur a Donatis, nam Donati, ut præmittimus, nil aliud ei debebant, quam conſimilem licteram, & ipſam ei acceptanti, & ad ſe trahenti ſolverunt, & tradiderunt, & eum re non ſua, ſed Francorum, & his conſentientibus, ac tradentibus, propriam ipſi Donati diſſoluerunt obligationem, quia volente creditore, dari po-
5 teſt ſpecies pro quantitate, *Maur. de ſolut. cap.* 5. *n.* 106. & propter hanc obligationis diſſolutionem, non eſt dubium, quod licte-
6 ra eſt data pro ſoluto non pro ſolvendo, ut notat *Bald. conſ.* 368. *n.* 2. *verſ. amplius ſciendum &c.* & contractus eſt celebratus inter D. Quarateſium, qui numeraverat ſuam pecuniam, & erat creditor Donatorum, & inter Donatos ipſos, ſimulque & francos,
7 qui voluerunt habere Donatis fidem de pretio giratæ, & Durazzus remanet nudus, & purus adiectus, *Scacc. de camb.* §. 2. *gloſſ.* 7. *n.* 73. *verſ. comprobatur &c.*

Quo-

Quomodo ergo Donati debitores poſt acceptationem, & receptionem licteræ, ſeu mandati factam per D. Quarateſium creditorem ſuum, non poterant ipſum mandatum, ſeu licteram revocare, ut notatum valde dignum dixit *Alex. in Leg qui uſumfructum n. 8 ff. de verb. oblig. & ibidem Angel. & ſequentes Io And. in addit. ad Specul. in tit. de depoſit.* quibus adhærer *Hippolit. de Marſil ſingul. 58. per tot.* ſic nec poſſunt revocare Franchi, qui conſenſerunt, eum non plus iuris contra D. Quarateſium haberent Franchi, non niſi Donatorum creditores, quam habeant ipſimet Donati, ad late congeſta per *Merend. controv. lib. 12. cap. 30. per tot.* quod repetita *lib. 21. cap. 28. in fin.* 8 9

Secundo quia quoties mercator, ſeu campſor ſcribit licteras ab alio campſore ſolvendas, ei maxime, qui ſit creditor, ut in caſu noſtro, ſi ipſe ſcribens revocet licteras, etiam non acceptatas ab eo, cui diriguntur, creditori non obſtante tali revocatione eſt quæſitum ius contra Scribentem, ut impleat, quod promiſit, non vero contra campſorem, cui licteræ ſunt directæ, quia is non adſtringitur, quouſque non acceptaverit, cum non poſſit cogi ſuſcipere mandatum invitus, *Leg. ſi mandavero 22. §. fin. ff mand. Scacc de camb. §. 2. gloſſ. 9. n. 7. Maſcard. de probat. concl. 990. n 7. Gait. de credit. cap. 2. n. 2375.* rario, quare ſcribens non poſſit d. licteram revocare, eſt; quia, contractus ſit ad utriuſque utilitatem, *Bald. conſ 368. n. 2. lib 1.* non tam reſpectu lucri, quam reſpectu reimburſationis proprii crediti, & commoditatis habendæ pecuniæ, in uno potius, quam in altero loco, & ſic reſpectu alterius cuiuslibet urilitatis, & propterea non niſi utroque conſentiente diſtrahi poreſt, tam in ſubſtantialibus, quam in aetidentalibus, ſic puntualiſſime tradit *Olea de ceſſ iur. tit. 8. quæſt. 1. n. 27.* iuncto potiſſimum præcedenti fundamento acceprationis factæ per D. Quarateſium, nil referente, quod dicat maxime poſt acceptaras licteras a debitore, quia illa dictio *maxime*, ibi ſtar ampliative, bene inſpecto diſcurſu ibidem antecedenti, & ſubſequenti, per relatos apud *Barboſ. tractat. var. dict. 197. n. 5.* 10 11 12 13

Et licet *Fontanell. dec. 24. n. 19.* cui innititur *Olea* loco citato, non loquatur in caſu, quo ſcribens revocet, ſed in eo quo creditor redeat ad ſcribentem, repetendo pecuniam, & dicendo licteram amiſiſſe, & licet caſus *Fontanell.* ibidem non ſit licteræ amiſſæ, tamen in *d. n. 19* non eſt niſi licteræ amiſſæ, quia loquitur cum dicto, & auctoritate *Benint. dec. Bonon. 58.* cuius caſus rimatus non eſt, niſi licteræ amiſſæ propterea ſtante hac amiſſione, cum utroque caſu deficiat acceptatio debitoris, ſeu eius, ad quem licteræ ſunt directæ, nulla valet maior aſſignari, ratio, quod ante acceptationem debitoris, non poſſit redire creditor 14

Digitized by Google

ditor contra ſcribentem, & debeat poſſe revocare ſcribens invito creditore; propter ergo hanc rationis indubiam identitatem, quæ operatur, ut utroque caſu ſervari debeat eadem diſpoſitio, notis iuribus collectis apud *Barboſ. tract. var. axiom.* 197 *n.* 1. bene fundavit *Olea d. n* 27. ſuum dictum in *auth. Fontanell. d. d.* 124. *n.* 19. fundata in *Benintend d. dec.* 58. Et tanto fortius, quia contractus non debet claudicare, ut ſcilicet unus,
15 ex contrahentibus ſit obligatus, alter vero liber, ut admonet *Surd. deciſ.* 264. *num.* 29. & 30. ſic ergo qua ratione creditor non poteſt velle redire ad ſcribentem, & recedere a girata, ubi
16 probabiliter mandatarius ad ſolvendum ſit ſoluturus, *d. Fontanell. d dec* 124. *n* 9. 10. 19 & *fere per tot.* & *dec.* 125. *n.* 7. 8. & *pariter per tot.* & infra repetetur, eadem ratione non debet Scribens invito creditore poſſe revocare giratam.

Clarius idem firmat *Scacc. de camb* §. 2. *gloſſ.* 5. *qu.* 18. *n.*
17 447. & *ſeqq.* cui pariter adhæret *Olea* ubi ſupra, dum ponit regulam, quod in contractu cambii poſt datas licteras, non licet pœnitere altero contrahente invito, quia ad utriuſque fit utilitatem. Dicit poſt datas, non poſt acceptatas licteras, idque melius dilucidat ibidem *n.* 448. ubi ponit caſum, quo creditor velit redire contra Scribentem ad repetendam pecuniam, antequam deferat licteras, & reſoluit non eſſe licitum redire contra ipſum Scribentem, ubi licteræ probabiliter ſint effectum habituræ, & *num.* 451. ſubdit; d. regulam limitando, quod ſit licitum re integra revocare adiectum nempe D. Durazzum in caſu noſtro gratia creditoris, nempe D Quarateſii, quia cuius gratia eſt adiectus, is poteſt re integra revocare, & ſi reperietur adiectus gratia debitoris, quod fallit in caſu noſtro, is poterit eum revocare re integra; etſi gratia tam debitoris, quam creditoris non poterit altero, ex eis invito adiectus revocari, declarat idem *Scacc. d.* §. 2. *gloſſ.* 7. *n.* 7. *ad n.* 20. & ſic a principio ad ultimum concludit, quod inter creditorem, & ſcribentem non eſt licita ad invicem pœnitentia altero invito poſt datas licteras, etſi non ſint acceptatæ, & multo magis quando ſunt acceptatæ, ſubiungit *d. gloſſ.* 5 *n.* 449.

Similiter cum hac eadem regula, & ex iiſdem rationibus
18 ac fundamentis ambulant *Amat. var. reſol. cap.* 47. *num.* 9. *e* 10. *Bald. conſ.* 368. *fere per tot. lib.* 1. *ubi in fin. n.* 3. addit aliam rationem, quod huiuſmodi licteræ non ſunt contractus mandati, ſed Mercati celebrati gratia utriuſque, & idoneo non habet locum pœnitentia, &. *n.* 4. firmat, quod tales licteræ campſorum habent vim Sententiæ in iudicatum tranſactæ, *Maſcard. de probat. concl.* 990. *n.* 2. quod non ſit locus pœnitentiæ, *Paſcal. de virib. patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 75. *Rot. poſt Turr. de camb. dec.*

dec. 26. n. 4. Rocc. de lit. cambii notab. 71. n. 193. cum pluribus aliis apud hos omnes recenſitis, ex originali authoritate in *Textu Leg. in commodato 17. §. ſicut autem ff. commodat. & Gloſſ in cap. in cauſis 30. litt C. verb. cum res non eſſet integra extr. de elect. &* multo fortius, ubi lictera, ſeu girata, ut in caſu noſtro eſt, 19
concepta verbis diſpoſitivis „ ibi „ *per noi ſi paghi ec* „ *Scacc. de camb d § 2. gloſſ. 5. n. 450. Rocc. de camb. notabil. 71. num. 190. & ſeqq.*

Nec obſtat, quod animadvertebatur apud *Oleam de ceſſ iur. tit 8. d qu 2. n 28.* dicentem, ex authoritate *Cancer. var. reſ. par. 2. cap 6. n. 186.* quod ceſſio actionum facta creditori ſolutionis cauſa revocari poteſt, ante eius acceptationem, quaſi cor- 20
rigat idem *Olea*, quod præcedenter dixit *n 27.* quia ultra alias reſponſiones, quæ bene aptarentur, de facile reſolvitur obiectum ex eo, quod videmus *Cancerium*, & ſic *Oleam*, cum eo ibidem loqui de acceptatione licteræ facta per creditorem, ſeu per eum, cuius favore lictera eſt ſcripta, dum erat abſens, non de acceptatione eius, cui lictera eſt directa, quia *Cancer* ibidem ponit concluſionem ex auctoritate *Hippol. de Marſil ſing. 58* qui ut præmiſimus ſupra in primo fundamento cum aliis ibidem congeſtis, firmat non poſſe licteram revocari poſt acceptationem creditoris, cuius favore eſt ſcripta, ſic ab eodem *Cancer. relatus ibidem Caſtrenſ in Leg. ſi cum Cornelius ff. de ſolut. n 1.* agitur de revocatione tam ante quam poſt acceptationem eius, cui licteræ ſunt directæ, & ante hanc acceptationem dicit non poſſe revocari quando a principio eſt convenrum, ut in caſu noſtro, inter debitorem, & creditorem, quod ſolvatur tertio, quidquid ſit ſi hæc convenrio ſuccederet deinde ex intervallo, & adhuc reſtringit poſſe revocari ſi mandatum ſit factum gratia debitoris, contrario, ſi gratia creditoris, vel utriuſque, ut ſupra *Dec. conſ. 521. n. 15.* dicit quod Procurator in rem ſuam conſtitutus ex voluntate poteſt revocari, at ſi ſit conſtitutus ex neceſſitate (ut in noſtro caſu, quo D Quarateſius erat creditor d. licteræ) revocari non poteſt, & hoc idem concludit poſtremum a *Cancerio* ibidem citatus *Bald. in Leg. pr. n. 19. Cod. de action. & oblig.* & ſic ex rimatione relatorum nullarenus *præd. Cancer & Olea*, loquti ſunt de acceptatione eius, cui lictera eſt directa, ſed de acceptatione creditoris.

Tertio prædicta omnia roborantur ex eo, quia dicta girata emanavit in executionem contractus irrevocabilis inter Donatos, & D Quarateſium præcedenter initi, & ſic ſui natura eſt ir- 21
revocabilis, Franchis ut ſupra conſentientibus, *Turr. de camb diſp. 2. qu. 23. n. 63.* & per ſolutionem pecuniæ factam Donatis a D.

Qua-

Quarateſio ad effectum habendæ literæ, ut ſupra, res non eſt
22 amplius integra, adeoque multo minus potuit in eius præiudicium girata revocari, tamquam facta ipſius gratia, *Turr. de camb. diſp. 3. qu. 2. n. 70. & ſeqq.* & pro ſoluto, non pro ſolvendo, ut dictum fuit ſupra, ex *Bald. d conſ 368. n. 2. verſ. amplius ſciendum.*

Quarto quia quando concederetur, quod Franchi immediate non contraxiſſent, niſi cum Donatis, & mediate cum D. Quarateſio, ſeu potius cum hoc non contraxiſſent, unde poſſet reſilire, quod licet Donati non poſſint ex iuribus præd. revocare giratam contra D. Quarateſium adhuc ipſi Franchi poſſint eam revocare contra Donatos, & perſequi propriam licteram ubicumque ſit, reſervatis iuribus D. Quarateſio contra Donatos ad inſtar Domini perſequentis rem ſuam, vel pretium contra tertios Poſſeſſores, ex
23 nota *Leg. pr. Cod. de reb. alien. non alien. &c.* cum aliis concord. Adhuc tamen quia ipſi Franchi (ut demonſtratum fuit ſuperius in §. *abſolutionis ratio*) expreſſe conſenſerunt d. contractui, ſeu giratæ factæ a Donatis in favorem D. Quarateſii, quidquid ſit an ex tali conſenſu dicantur contraxiſſe cum D. Quarateſio, & ſe ſe illi
24 principaliter obligaſſe, ex regula *Leg. aliud 121. ff. de regul. iur.* cum conſenſus alius ſit productivus actionis, & obligationis erga eum, cum quo principaliter actum gerit, alius approbatorius, & confirmatorius actus per alium geſti, *Magon. dec Flor. 64. n. 77.* profecto indubitatum eſt, quod Franchi ex tali conſenſu, expreſſe, & ſine ulla proprii iuris reſervatione atque cautela, præſtito, ſibi
25 præiudicarunt, ut nullatenus poſſint actui geſto contravenire, *Cravett. conſ. 34. n. 19.* nec propriam rem, ſeu licteram amplius repetere, nec in ea prærendere ius, ſive hypothecam, late *Joſeph*
26 *Iud com concl. 7. per tot. Merlin de pign. & hip. lib. 4. qu. 109 per tot. Franc. dec. 477. num. 1. 2. et 3. Pacif. de Salvian. interd. inſp. 3. cap. 2. n. 388.* qui concludunt tam favore acquirentis, quam creditor. & cæteror. ſeu ſaltem ſolius acquirentis favore, ut firmat *Michalor. de fratrib. par. 3. cap. 43. n. 70. Cenc. de cenſib. par. 1 cap. 2. qu 1. art. 1. n. 8. & ſeqq.* ubi tradit de Domino conſentiente imponi cenſum ſuper re propria per alium; Et id militat, etſi Franchi expreſſe non conſenſiſſent, ſed fuiſſent preſentes, & tacuiſſent, quia devenerunt ad actum potitivum ſcribendæ d. giratæ, & literæ tradendæ D. Quarateſio, ut cum relatis
27 firmat *Mangill. de evict. qu. 30. an 9. uſque ad n. 12.* & propterea Franchi non habent hoc caſu niſi regreſſum contra Donatos,
28 & alia eorum bona, *Franc. d dec. 477. n. 1. 2. & ſeq. Merlin. d. qu. 109. n. 38. & 102. Salgad Labyr. credit. par. 3. cap. 2. num. 108. & ſeqq.* ad inſtar eius, qui pro alio fideiuſſit, *Cenc. de cenſ. & par. 1. cap. 2. qu. 1. art. 1. n. 10.*

Nec

Nec turbat conſultatio *Franc. Palm. conſ.* 48. *ſere a princ. uſque ad n.* 35. in qua maxima fiebat, vis pro parte Francorum, tum quia idem ipſe *Palm. ibid. n.* 6. dicit quod D. Io. Franciſcus Saulius in illo iudicio Actor, nullum habebat nomen in illis literis cambii favore Martini Frances directis ad D. Franciſcum Spinulam & propterea litera per Spinulam non acceptata &c. reditus, & actio contra ſcribentem non competit D. Saulio ſed Martino Frances; Sit ergo reſultat ex hac doctrina *Palm. Bald. & Fontanell. ibidem relator.* quod tunc ſolummodo datur creditori regreſsus contra 29
ſcribentem, quando per eum cui litera eſt directa non ſit ac-
ceptata, imo clarius dicit *Fontanell. citat. ibidem*, *regreſſus qui-* 31
dem conceditur contra ſcribentem literæ cambii, ſed in eo tantum caſu mandato ſcilicet non adimpleto ex optima ratione per eundem *Fontanell.* clarius exarata in præcedenti *dec.* 124. nempe quod uſque dum ſperari poteſt literæ acceptatio, ſimulque exequtio non licet tam creditori, quam ſcribenti pœnitere, & recedere *ut ibidem n.* 19. & fuſius fuit demonſtratum ſuperius in ſecundo 30
fundamento, itque & ipſæ *Palm. ibidem fatet.* hanc veritatem quod non prius liceat recedere a litera, ſeu girata &c. quam conſtet de non acceptatione &c. eius cui ſit ad ſolvendum directa; tum etiam quia ne dicamus ipſum *Palm.* ſibi ipſi contrariari per ea quæ deinde tradit *d. conſult.* 48. *a n.* 15. *uſque ad* 25. quod ſcilicet mandatum reintegrà nedum ante acceptationem, ſed & poſt ipſam, ante tamen ſolutionem poſſit revocari, eſt advertendum quod id firmat contra adiectum, ſeu Mandatarium ad exigendum non obſtante, eius intereſſe ut eſſet Durazzus in caſu 32
noſtro, quod eſt eſtraneum a noſtra controverſia, qua creditor nempe D. Quarateſios prætendit non poſſe a Franchis ſcribentibus revocari Durazzus quæſitis, & propter intereſſe proprium 33
ipſius Durazzi; Sed ex iuribus propriis ipſius D. Quaratesii, quia ſibi, & pro ſua reimburſatione fuit contrectata lictera, ſibique data pro ſoluto, & in ſubſtantia, ſui & nullorum aliorum girata, ſeu contemplatione fuit facta girata quo caſu non eſſe locum revocationi diffentiendo originaliter ultra allos ſupra re- 34
cenſitos firmat *Caſtr. in Leg. ſi cum nelius ff. de ſolut.* ut abunde fuit ſupra conprobatum, & contractus in hoc caſu eſt in effectu initus cum D Quarateſio qui numeravit pecuniam, & cum Donatis, quibus fuit habita fides de pretio, & Durazzus eſt ſimplex adiectus *Scacc. de camb.* §. 2. *gloſſ.* 7. *n.* 73. *verſ.* comproba- 35
tur cuius articuli nullum habet verbum *ibidem Palma*.

Ulterius *Curt. iun conſ.* 132. *n.* 2. in quo ſe fundat *Palm. d. conſ.* 48. *n.* 21. nec id dicit ad quod allegatur, ſed imo dicit, quod litera diſpoſitive concepta non poteſt revocari, & nos ha- 33

bemus licteram dispositivam ut supra fuit demonstratum, & *n* 8. sic loquitur „ fateor ingenue in proposito nostro non potuerunt Bini revocare per ultimas literas facultatem cambiorum factorum in primo anno virtutæ primarum literarum, sed bene potuerunt revocare facultatem cambiorum, que non dum facta erant scilicet quæ erant extra primas literas tempore ultimarum literarum, ergo „ &c.

Tuscb. litt. L. concl. 362. *n.* 3. ibidem *a Palm.* citatus, ibidem dicit quod litera dispositiva non potest revocari idipsum dicit citatus *Genua de script. priv. lib.* 3. *tit. de liter. camb. n.* 60.

34

Merlin. contr. tom. 2. *cap.* 11. *n.* 21. & 22. pariter *a Palm.* relatus tractat de irrevocabilitate literæ inter scribentem, & cam-

35 psorem, cui sunt directæ dum dicit *n.* 22. post acceptationem revocari non posse, ubi pil interest scribentis, si revocet, nec ne quia sit restituturus pecuniam &c. & *n* 23 concludit irrevocabilitatem pendere ex perfectione, quam recipiunt literæ ab acceptantis consensu *ex Cost. & Capiciolatr. conf.* 42. *n.* 19. qui me-

lius ibidem hoc declarat, & ab eo ibidem relatus *Scace. de Camb.* §. 2. *gloss.* 7. *n.* 76. in iisdem terminis loquuntur *Gratian. & Marini* relati ab *eodem Palm. ibidem n.* 22. & *Soccin. conf.* 267. *n.* 4. *lib.* 2. ab his recitatus, & sic nulli ex his descendunt ad inspectionem de qua agitur in presenti, scilicet an scribens *vel girans possit revocare ordinem in preiudicium eius, cuius favore littera fuit scripta, seu girata* quidquid sit quoad præiudicium eius cui, est directa de quo solo tractant ibidem DD. mox recensiti.

Palm citat. ibidem & Canter. var. pac. 2. *cap.* 6. *n.* 186. qui

36 in quibus terminis loquatur satis patet, ex traditis supra in §. *nec obstat &c.*

Et idem Palm. d conf. 48. *n.* 24. & 25. & *Gabriel. conf.* 155. *n.* 38. & *alii* qui concludunt posse revocari mandatum, tam ante quam post acceptationem mandatarii ad solvendum ante tamen solutionem, dummodo istius non interfit solvere potius adiecto, seu creditori quam mandanti, & etiamsi ipsius adiecti seu eius, cui

37 est facienda solutio interfit, ne mandatum revocetur, hoc dicunt ex originali authoritate *textus in Leg. si cum Cornelius* 82. *ff. de solut. & liberat* aliorumque concordantium, ubi iuxta superius nota a distinguendo tradit *Castrens.* id limitari eius favore, cuius contemplatione mandatum sit celebratum cum iuribus ibidem recensitis, & apertius eum *Dec. in Leg. singularia ff. si cert. petat. tradit Mozz. de contr. tit. de Mandat. cap. quomodo annull. n.* 1. *vers. limita &c.* quæ coincidunt cum superius firmatis, quod ubi utriusque vel alterius tantum gratia mandatum sit initium, non potest revocari eo invito, cuius gratia factum est, ut supra in §. *clarius & seqq. & alibi.*

Quæ

Quæ Deciſionis articula tangit *Palm eod. conſult.* 48. *a n.* 26. *ad* 35. quod ſi admitteretur quod illa litera cambii ſaperet potius ceſſionis, quam mandati naturam, adhuc tantum ceſſio tanquam ibi facta ad ſolum commodum cedentis poſſet revocari tranſeant, quia abunde fuit huc uſque demonſtratum quod girata in hoc caſu eſt facta ad commodum, contemplatione unica, & pro ſatisfatione D. Quaratesii.

Commodum autem quod *Palma* cum relatis *d conſ.* 48. *num.* 26 27. *&* 28 *ſuper adiunctis Olea de ceſſ. iur tit.* 8. *qu* 2. *ex n.* 9 *& in addit ibidem Tomat. dec* 29. *n.* 10. *&* 11. *& dec.* 137. *n.* 1. *& ſeqq. Rot poſt diſcept. contr. dec.* 62. *n.* 1. *& ſeqq.* tradit conſiderandum eſſe ſolummodo reſpectu illius, ad quem patet regreſſus, & cuius eſt periculum in caſu, quo debitor ceſſus decoxiſſet, vel ſolvere recuſaſſet, & ſic in caſu noſtro, ſi Hieronimus Maraſſi Novi non ſolviſſet: ultimus regreſſus Giratariis competebat contra Francos girantes, unde iſtorum, tantum ad hanc rem ſit inſpiciendum commodum tanquam principale, neglectis aliis extrinſecis, & accidentalibus giratariorum commodis, reſpondebatur, quod hoc percuteret, vel ſolum, Maraſſium Panormit. primum ſcribentem, vel gradatim quemcumque Girararium ubi ordinate præcedentes, ſcribentes, ſeu Giratarii effecti eſſent non ſolvendo. Et quando placeret credere, quod ceſſaverit Maraſſi primi ſcribentis periculum, quia Franchi transferendo ſeu girando licteram in Donatos eam ſibi acceptarunt eiuſ- 38
que acquiſiverunt dominium, & cum ea ſimul periculum cum qui cedit transferretur ſibi acquirere dicatur *iuxta Rot apud D. Manz conſ.* 257. *n.* 57. & ſi acquiſitio ſit momentanea *Merlin. de pign lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 13. *a num.* 1. *ad* 5. *& ſeqq. Antonell. de temp leg lib.* 4. *cap* 36. *per tot. Olea de ceſſ. iur. tit.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 40. *Surd dec.* 70. *n* 1. *Gratian. diſcept.* 568 *n.* 65. quod tamen
fallit ubi ceſſio, ſeu translatio non dignoſcatur facta ex obiecto 39
acquirendi, *Cald. in Leg. ſi curatorem verbo læris n.* 151 *Cod. de in integr. reſt Soccin. ſen. conſ.* 53. *n.* 27. *&* 28 *lib* 4 *Gratian. diſcept* 132. *n.* 25. *& dec.* 17. *n.* 27. *Fontanell de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9 *par.* 5. *n.* 125 *& ſeqq. Put dec.* 507. *n* 2. *lib.* 2. *Merlin. contr. cap* 6. *n.* 12. *&* 13. *cent.* 1. adhuc tamen difficultas rediret, quia per eiuſdem literæ translationem, & traditionem factam D. Quararesio, & ab hoc in alios, ut ſupra, eſt ei cæteriſque gradatim quæſitum literæ Dominium, ſimulque periculum, ex eadem prædicta ratione, imo, & fortiori reſpectu ipſius D. Quataresii, quia literam habuit pro ſoluto non pro ſolvendo, ut fuit ſupra comprobatum, quo caſu literæ pro ſoluto datæ concordant *Thomat. & alii* ſupra in contrarium relati

periculum, & sic commodum eius esse inspiciendum, qui rem habuit pro soluto, nec quicquam relevat quod apparentia nostræ giratæ, & sic cortex verborum ostendat, Francos giraſſe in Durazzum pro valore habito a Donatis, & hi dixerint cum D. Quarantesio, & hic cum aliis sucessive &c. quasi solus Durazzus appareat giratarius, quia iam superius in *Thes.* & *in* §. *Absolutionis*, & alibi fuit obstensum generale girata in substantia, & in effectu non fuit facta, nisi Dom. Quarantesio eius contemplatione, pro eius satisfactione, & de consensu, & tradirione Francorum; ac proinde tritum est non cortici verborum, sed
40 medullæ, ac substantiæ conventionis &c. standum esse, ut ex *Mantic. &c.* dictum fuit supra in §. *Proinde reiecto &c.*

Rot. in recollect. post addit. laudabili quidem lucubratione a D. Francisco Cencini incunte *Olea de cess. iur. dec.* 1. *num.* 4. & *dec.* 2. *n.* 7. bene rimata in *d. dec.* 1. *n* 4. nil aliud firmat quam quod Niccolini scribentes non potuerint revocare ordinem Coccapanio postquam accepravit, quia ex hac acceptatione orta est actio ad favorem illorum de Bertis, qui habebant mandatum ad exigendum, & sine istorum consensu non potuerunt Niccolini ordinem revocare, & ipsis Bertis præiudicare in iure per dictam acceptationem quæsito; & subdit his verbis, quod non esset firmandum, quando tales literæ non fuissent acceptatæ a D. Coccapanio sci-
41 licet, an esset firmandum, quod Betti possent agere contra Coccapanium, quia non acceptavit, non vero quod Niccolini potuerint revocare invitis Bertis, quia Coccapanius non acceptaverit. Hæc intelligentia manifeste probatur, ex traditis a *Cravet. Rot. Ian. & Menoch.* qui debuit citari non in *dec. sed in cons.* 296. ex quorum authoritate *Rot.* ponit ibi illud dictum: isti enim bene rimati in locis a *Rot* ibidem citatis non quærunt, nec firmant, an Mandans possit revocare mandatum ante acceptationem Mandatarii ad solven-
42 dum in præiudicium Mandatarii ad exigendum, sed, an ex eo, quod ego fui scriptus Creditor in libro Mercaroris, possit hæc partita a Scribente revocari ante meam acceptationem, & ita resolverunt affirmative, quia nonnisi utriusque consensu orirur obligatio; notis iuribus, & potuit ille scribere ex simplici memoria, & citra ullam se obligandi intentionem, ut ibidem, & melius declaravit *Menoch. d. cons.* 296. *n.* 93. ergo *Rot.* ibi, & *in seq. decis.* 2. *num.* 7. nil ultra firmavit, quam quod Betti non possint agere contra Coccapanium ante istius acceptationem, non vero quam Niccolini potuerint revocare invitis Bertis ante acceptationem Coccapanis, quod roboratur, quia in *dec.* 1. *n.* 4. & *in* 2. *num.* 7. *cum iisdem nostris DD* firmat Nicolinos non potuisse contractum rescindere in præiudicium, & sine consensu Bertorum, quod optime comprobat nostram resolutionem.

Quod

Quod D. Franchi tradendo licteram Donatis non cenſeantur eis habuiſſe fidem de pretio licteræ, ambulando cum iuxta credulitate, quod ſibi foret immediate ſatisfactum, quia in hac credulitate fuerunt decepti per Donatos eadem die detectos, decoctos, propter 42
hanc doloſam deceptionem, poſſint proinde ipſi Franchi propriam perſequi, ac vindicare licteram, per *Leg. quod vendidi ff. de contr. empt Altograd. conſ. 9. num 2. & ſeqq. lib. 1. Gait. de credit. cap. 4. quæſt. 11. num. 1217. Merlin. de pign lib. 4. quæſt. 41. n. 34. & ſeq. Odiern. ad Surd. dec. 56. num. 3. verſ. ſecus autem &c. D. Manz conſult. 10. n. 20.* cum aliis, & in defectum licteræ tanquam eſactæ poſſint agere contra D. Quarateſium ad quem pervenit exactionis utilitatem, ut ipſe faſſus eſt in poſitionibus, ex *Bartol. in Leg. 2. § ſi quid ex teſt. ff. de cond. indeb.*

Reſpondeo, quod de directo contrarium cum relatis tenet *Surd.* 43
conſ. 528. num. 25. lib. 4. ubi dolus non impedit dominii translationem, qua ſtante translatione non datur actio reivindicationis, ſed actio de dolo, quidquid autem ſit de hoc *Text. in dict. Leg. quod vendidi*, expreſſe firmat, quod habita fide de pretio dominium rei venditæ in Emptorem ſtatim transfertur, ſic alii con-
cordantes collecti apud *Altograd. dict. conſ. 9. num. 4.* qui in ci- 44
tato *num. 2.* concludit, quod Venditor qui non habuit ſaltem expreſſe fidem de pretio, ſed rem venditam tradidit cum ſpe ha- 45
bendi pretium ſtatim, fruſtratus hac ſpe poteſt rem vindicare, & *num 4. & 5.* concludit, quod expreſſe habita fide de pretio non habet actionem niſi ad pretium, *Gait. ibidem num. 1217. & ſeqq.* conciſe idem concludit *Merlin. de pignor. dict. num. 34.* nul- 46
latenus ab his diſcrepat, ſed *num. 38.* ponit caſum quo Emptor doloſe, & mala fide emit, ut fraudem inferret venditori in pretio, & concludit, quod non habita fide de pretio expreſſe, Venditor tanqnam Dominus eſt præferendus in re, ergo fide expreſſe habita, ut in caſu noſtro, etiam dato dolo perdit dominium, niſi hoc ſibi reſervaverit in contractu, *Marin. reſolut.* 260 *num. 9.* ubi cum hac limitatione temperat, inſinuatam, concluſionem *num 8.* quod precipue decocto Emptore, Venditor in re preferatur etiam fide habita de pretio nec *Odiern.* nec *Manz.* nec alii in locis citatis ullatenus recedunt ab hac ſententia.

Individualem tamen ad rem noſtram movet quæſtionem *Dom. Manz. dict. conſ. 10. num. 26. verſic hæc in ſe veriſſima*, & late, ac docte de more probat uſque ad *num 33.* quod ubi dolus dat cauſam contractui, & Emptor fugæ paratus emit, ut Venditorem falleret, nec fides de pretio expreſſe habita, habetur pro habita, 47
& Venditori competit reivindicatio, declarat tamen *num 33. verſ. dupliei tamen, & num. ſeqq.* pluribus cumulatis id procedere quan-

do malitiosis, ac callidis suasionibus Emptor induxerit Venditorem alias non venditurum, ad vendendum, & dolus ex proposito fuit causa finalis contractus contra vero ubi dolus sit incidens, quia Venditor erat venditurus, & callidis suasionibus Emptor eum induxerit ad sibi potius vendendum etenim vilius, adeout primo casu competat Venditori suæ reivindicatio; secundo casu, nonnisi actio ad pretium *ibid. num.* 35. *& seqq.* in casu nostro neuter dolus in processu constat:, nec amplius quam quod thesis supra posita designat eo signanter animadverso, quod palam, & nonnisi per dictum Proxenetam gitata fuit pertractata, atque concluſa, ut traderur infetius, & licet instantanea Donatorum latitatio probet dolum, ut *ibid. usq. ad num.* 41. probat illum secundi, non primi precitati casus, & secundum probat etiam destitutum circumstantia calliditatis, ac vilium pro Venditore pactorum ultro quando versaremur in primo non in secundo casu, quod absolute negatur, adhuc non bene sequitur, quod Franchi possint reperere licteræ valorem adversus D. Quarateſium licet reportaverit utilitatem exactionis licteræ, quia *Bartol. in dict. Leg. si quis* 2. § *si quid ff. de condit. indeb.* habet solurum indebite repetitur ab eo ad quem postea apparet negotium pertinere, etiam si ipsi non solvitur, hic clarum est, quod non versamur in indebito, & non postea, sed eodem actu apparuit creditum D. Quarateſii, & qualiter ad eum pertineret negocium.

Nec est pretercundum, quod tradit *Rot. decis.* 253. *n.* 2. & 3. *par.* 17. *recent.* his verbis, ex sola remporis brevirate inter contractum, & decoctionem non potest certa regula assignari ad 48 effectum præsumendi dolosos contractus interim gestos, cum id potius pendeat a qualitate antecedentium, & subsequentium, ac ab aliis facti circumstantiis arbitrio prudentis Iudicis examinandis, quam a tempore. Imo ultro requirebatur, quod D. Quarateſius esset conscius, & particeps dicti prætensi doli, alias debet subsistineri gitata, *Dom. Manz consult.* 179. *num.* 40. *vers. præterquamquod*, cum aliis ibidem congestis, ubi negat sufficere illam instantaneam decoctionem in limine contractus.

Cæterum prædicta Donatorum decoctio a Franchis ultro afferebatur ad duplicem alium effectum; Primo nedum ad reperen- 49 dum pretium licrere giratæ exactum contra D Quarateſium (qui articulus mox fuit discussus) sed & ad roborandam facultatem prætensam revocandæ eiusdem giratæ ex auctoritate *D. Manz. cons.* 126. *n.* 14. *& seq. & per tot. Rocc. de decactor. notab.* 42. *n.* 122. *tom.* 2. Secundo ad præsumendam doli complicitatem in Dom. 50 Quarateſio quia erat decocti Creditor, *ex Surd. dec* 23. *n.* 12. & 13. *Mastril. dec.* 177. *Castill. dec.* 46. *n.* 6. *Manz. d. consult.* 126.

num.

num. 23 24. *& ſeqq. Carleval. de iudic. tit.* 3. *diſput.* 6. *num.* 29.

Ad primum *D. Manz. dict. conſult.* 126. agit de eo qui poſt acceptationem licteræ habita notitia decoctionis Scribentis prætendit acceptationem revocare, & licteras non ſolvere, quem arti- 51
culum bene ad præſens diſcutit *Card. De Luc. de camb. diſc.* 25. *per tot.* late *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2417. *uſque ad num.* 2431. & cum aliis plurimis pluries examinavit *Rot. Noſtr.*

Strace. de decoctor. par. 3. *n.* 30. quærit, an translatio partitarum facta a Debitore proximo decoctioni in facien Creditoris 52
dicatur facta in fraudem cœterorum creditorum, & cum *Bald. conſ.* 400 *lib.* 1. reſolvit id pendere a conjecturis. Et in hoc cadunt inſinuata ſuperius in §. *Nec eſt prætereundum*, & quæ tradentur inferius in materia *Statut. Cur. Mercat. Rocc. de decoctor. d. notab* 42. *num.* 122. *tom* 2. diſcutit articulum iam examinatum, atque digeſtum ſupra in §. *Individualem tamen & ſeq.*

Reſtat itaque ſolum inquirendum an doctrina *Manz. d conſult.* 126. & aliorum ſupra relatorum in ſuo caſu vera, ſit applicabilis noſtro præſenti caſui, in quo non decoxit Scribens, non eſt ſe- 53
cura acceptatio Mandatarii ad ſolvendum, ut in dicta *conſ. Manz.* ſed ſunt decocti Donati ad quorum inſtantiam, & habita eis fide de pretio Franchi licteram a Hieronymo Maraffi ſibi ſolvendam, giratunt ſolvendam Durazi contemplatione, & pro ſolutione crediti, quod habebat D. Quarateſius cum dd. Donatis; propterea huic noſtro caſui longe magis eſt applicabilis idem *Dom Manz. conſult.* 179. *a num.* 30 *fere uſque ad fin. ubi num* 31. plurimum diſcriminis eſſe firmat inter adiectum gratia, & pro ſolo intereſſe ordinantis, & recipientem ordinem pro intereſſe proprio ſuaque 54
indemnitate, *ex Maur. Gait. & Scac.* ibi recenſitis, & melius *num.* 38. *&* 39. ubi quando recipitur ordo in rem propriam, & in ſcomputum, ſeu extinctionem proprii crediti, nunquam poteſt opponi exceptio defectus mandati, imo decoctione, aut alia mutatione ſtatus ordinantis nec revocatur, nec extinguitur mandatum *num.* 40. & cum *Guſman. de evict. quæſt.* 35. *n.* 121. punctualius ad rem noſtram *Salgad. a Manz.* relatus in *labyr. creditor. par.* 1. *cap* 27. *num.* 75. ubi nec re integra poteſt ordinans ceſſionem, ſeu mandatum revocare.

Franchi ad effectum reſcindendi hunc contractum neceſſarium & ex cauſa oneroſa inter Dom. Quarateſium, & Donatos in quem contractum uti neceſſarium, & ex tali oneroſa cauſa initum ipſi 55
Franchi conſenſerunt, ut pluries fuit ſuperius repetitum, deberent probare, quod D. Quarateſium fuerit doli Donatorum particeps, alias nullatenus poſſent D. Quarateſium moleſtare, *Rocc. de decoct. mercator. notab.* 40. *n* 118. *tom.* 2. *Rot. Ianuen. dec.* 168. *num.* 4 *& ſeq. Card. De Luc. de credit. diſc.* 51. *n.* 5.

Ra-

Ratio est quia versamur in contractu perfecto, quia istæ Giratæ inter Mercatores habentur loco veræ, & effectivæ solutionis, *Card. De Luc. de credit. d. disc.* 51. *num.* 3 *& de regal. disc* 115. *num* 14. & non sunt contractus Mandati, sed Mercati, potissimum
56 datæ pro soluto, ut in casu nostro, in quibus non est locus pœnitentiæ repetito pluries *Bald conf.* 368. *num* 2. *&* 3. *lib. pr.* & quia tanquam cessiones nominis debitorum, *Manz. consult.* 318. *num.* 15. *vers. nec obstat &c.* correspondent veræ, & reali pecuniæ, seu alterius rei corporalis traditioni, *Olea de cess. iur. tit.* 1. *qu.* 4. *num* 14. *Amat. resolut.* 95. *num* 20. *lib* 2. unde non esset lo-
57 cus revocationi Giratæ nisi constito simul de dolo Donatorum dante causam contractui, ut fuit ostensum supra in §. *Individualem &c.* & de complicitate D. Quaratesii, ut ex *De Luc. Rot. & Rocc. dicitur in* §. *hic præcedenti*.

Et hæc ratio contractus perfecti ostendit differentiæ rationem
58 inter casum quo decoxerit Scribens post acceptationem Mandati firmatum apud *Manz. conf* 126 *num* 14. *& seq.* & casum nostrum quo decoxit is, ad cuius instantiam habita fide de pretio, est facta Girata contemplatione, & pro satisfactione Dom. Quaratesii
59 actualiter recipientis, insinuatum apud eumdem *Dom. Manz. alia consult.* 179. *a num* 31. *ut supra in* §. *Restat itaque*, nam primo
60 casu acceptatio facta bona fide, & ex credulitate, quod Scribens conservet idem bonum nomen, habetur pro non facta, adeoque non tollit rem integram, & re integra Mandatarius non cogi-
61 tur recipere, ac implere mandatum, ut firmant *D. Manz. d conf.* 126. *De Luc. de camb.* & alii relati supra in §. *Ad primum Dom. Manz. &c.* in secundo nempe in nostro casu res est adeo non integra inter Francos ex una, & inter Donatos, & D Quaratesium tam coniunctim, quam disiuntim, ex altera, ut nil ultro remaneat gerendum pro perfectione vinculi, seu contractus giratæ inter eos, cum omnes consenserint, ut supra in hypotesi, & propterea longe maior est ratio, quod potuerit esse locus revocationi in primo casu, & non potuerit in hoc secundo, nisi concurrente simul dolo Donatorum ex proposito, & dante causam contractui, quem abfuisse fuit ostensum in §. *In individualem*, *&* §. *seq.* & complicitate Dom. Quaratesii.

Ad secundum ergo quo supra in §. *Cæterum. &c.* inferebatur
62 præsumptio complicitatis prædictæ, quia D. Quaratesius erat creditor Donatorum, *Surd citat. decis.* 23. *num.* 13. loquitur de Creditore in diem, qui ante diei adventum solutus non caret suspicione, in casu nostro, dies adiecta solutioni D. Quaratesii tempore Giratæ iam plene advenerat, ut constat ex a principio insinuatis, *Castill. Manz. Carleval.* & alii non sunt applicabiles, ut ri-

matio

matio oſtendit, propterea cum D. Quarateſius nullatenus ſe ingeſſerit in negociatione dictæ Giratæ, quæ ſolummodo fuit per Proxenetam pertractata, atque completa, ut theſis atque acta demonſtrant, & ſignanter quod omnia fuerunt geſta publice, & palam ex quo nedum excluditur mala, ſed includitur bona fides D. Quaratesii ſimul & Donatorum, *Farinacc.* cum pluribus exornat in *prax. crimin. par.* 3. *tit. de pœn. temp quæſt.* 89. *num.* 63 ex hoc ipſo cadit præſumptio doli nedum D. Quaratesii, ſed & Donatorum, quia ceſſantibus callidis ſuaſionibus erga Venditorem alias venditurum ceſſat, & dolus incidens, ut cum *D. Manz. conſ.* 10. *ex num* 33. *& ſeqq.* fuit oſtenſum ſupra in §. *Individualem &c.* 63

Ultro complicitas fraudis in Creditore non reſultat aliis non probatis ex ſola proximitate decoctionis Debitoris, quia Creditor ex hac ſola proximitate præſumatur ſciviſſe decoctionem, quod imo potius præſumitur ignoraſſe, *Surd. conſ.* 528. *num.* 40 *& ſeq. vol.* 4 *Gratian. diſcept.* 391 *num* 22. *Rot. Ianuen dec.* 168. *n.* 3. *in fin. verſ. nam non videtur &c Rocc de decoct. Mercat. notab.* 40 *num* 117. *tom* 2. *Card De Luc. de regal. diſc.* 115. *n.* 13. 64

Nec ulla maior ſubeſt ratio, quod magis potuerit ſcire decoctionem Dom. Quarateſius quam Franchi, & quod minus his quam ille ſit imputanda hæc præſumpta ſcientia, *Rot Ian. dict. dec.* 168. *num.* 10 *Surd. d conſ.* 528. *n* 46. imo longe minus eſt præſumendum ubi de fraude agitur adverſus D. Quarateſium tanquam Ortodoxum, & Nobilem, quam adverſus Francos cum Donatis Coebreos, *Rot. dec* 421. *num.* 10. *par* 13 *& dec.* 258. *num.* 17. *par.* 16. *recent.* tanto magis quia dolus non ab eventu, ſed a conſilio metiendus eſt, *Rot Ian. dict. dec* 168 *n.* 3. cui adheret *Gratian. diſcept* 391. *n.* 20. *Bargal. de dol. lib* 6. *reg.* 49. *n.* 13. 65

Et quando D. Quarateſius dubitaſſet de Donatorum decoctione, non inde probatur dolus, & dubius æquiparatur ignoranti, & in omnem caſum, quia quod fecit, fecit ex cauſa oneroſa ſui iuris conſervandi, dicitur diligentia, ac dolus bonus nullatenus reprehensibilis, licet ſecundario pariat aliis præiudicium, *Gratian. dict diſcept.* 391. *num.* 23. *uſq. ad* 28. *Surd. conſ* 528. *a n* 34. *ad* 38 *Turr. de camb. diſp.* 1. *qu.* 27. *num.* 13. *& ſeqq. Rocc. de decoct. Mercat dict. notab.* 40. *num.* 118. *D. Manz dict. conſ.* 179. *num.* 41. *Farinac. d par.* 3. *prax. crimin. dict. quæſt.* 89. *num.* 61. *& quæſt.* 88. *num.* 27. 66 67 68

Nec tandem obſtat, quod decoctioni proximo ſit prohibitus quicumque alienationis actus, vel alius quilibet qui uni proſit, & alteri noceat, ex Creditoribus ſuis, tam de Iure Communi, per collectos a *Valleron. de tranſact. tit.* 4. *qu* 8. *num.* 27. *& per tot. D. Manz. dict. conſult.* 179. *num.* 33. *& ſeqq.* quam ex Statu- 69

to

to Curiæ Mercantiæ *lib.* 3. *rubr.* 2. *de Ceſſant. & Fugit. ubi in* §.
70 *E perchè chi ſi conduce &c.* reprobantur etiam ſolutiones factæ Creditoribus intra decendium ante decoctionem; quia in facto Donati nil de proprio alienarunt, nec cum re propria ſolverunt D. Quarateſio, nec ullatenus præiudicarunt Creditoribus ſuis, ſed Tertio nempe Franchis, qui caſus nullatenus eſt comprehenſus in d. prohibitionibus, & remanet ſub diſpoſitionibus iam ſuperius reſolutis, ſtante ſignanter hac manifeſta diſparitatis ratione, quod
71 ſcilicet utile potius, quam damnum ex hoc actu Donati creditoribus ſuis intulerunt *Maſcard. de gener. ſtat. interp concl.* 5. *n.* 154. & quando enmprehenderetur falleret in hoc actu, velut facto
72 ex cauſa neceſſaria, & ſine ulla Patrimonii diminutione, *Dom. Manz. ibidem num.* 41. *Valleron. ibidem num.* 31. nec litera ſtatim girata poteſt dici quæſita Creditoribus Donatorum, quia momentanea acquiſitio, ſi talem, & in facto hic concederemus, quod
73 abſit, tanquam facta ex obiecto non acquirendi ullatenus ipſis Donatis, ſed transferendi in D. Quarateſium, nullum acquiſivit ius Donatorum Creditoribus, ut cum *Cald. Soccin Gratian. Fontanell. Put. Merlin. &c.* fuit firmatum ſupra in §. *Commodum autem &c.*

Et ita utraque &c.

Æneas Cavalcanti Rotæ Audit.

DECISIO XX.

FLORENTINA IMMISSIONIS.

13. *Auguſti* 1688. *ex L. M.* 132. *p* 469 *cor. Aud.* ENEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

ALienatio bonorum fideicommiſſi pro ære alieno Teſtatoris ſolvendo, & cum expreſſa facultate ab eo conceſſa, non ſubſtinetur ceſſantibus ſolemnitatibus, & bona fide, & ex quibus iſta excludatur, & reſpective conſtet de animo evertendi fideicommiſſum.

SUMMARIUM.

1 *Immiſſio in vim Leg. fin. vel utilis Salviani interdicti conceditur fideicommiſſario, probatis extremis vulgatis.*
2 *Impeditur tamen per exceptionem inconſinenti probatam.*
3 *Maxime ſi oriatur ex ventre inſtrumenti.*
4 *Quo caſu exceptio dicitur quarantigiata ſicut actio.*

5 *Alie-*

5 *Alienatio pro ſolvendo ære alieno Teſtatoris ab ipſo non poteſt prohiberi.*

6 *Et quas ſolemnitates requirat. Declara ut nullæ ſolemnitates requirantur, quoties conſtat de vero debito.* n. 13. *contra* n. 14. & 18. *maxime ſi agatur de creditoribus, qui ſortem repetere non poterant.* n. 15.

7 *Subſtitutio data facultate alienandi dicitur facta in eo quod ſupereſt.*

8 *Fideicommiſſum reſtitutorium in caſu mortis ex quibus reſultet remiſſive.*

9 *Subſtitutus in caſum mortis poteſt alienata revocare, mortis advento caſu, licet alius datus eſſet ſubſtitutus in caſu aliinationis, cui eſt præferendus.*

10 *Bona fideicommiſſaria alienari poſſunt pro ſolvendis debitis Teſtatoris.*

11 *Limita quando fuit prohibita alienatio etiam ex cauſa neceſſaria.*

12 *Subſtitutus in caſu ſpecificato non cenſetur ſubſtitutus in alio.*

16 *Sextarium unum ſeminis facit tria ſexturiora geometrica.*

17 *Caducitas incurritur quoties alienatio non ſit facta utiliter, & bona fide.*

19 *Læſio pro reſcindenda alienatione qualis requiratur.*

20 *Dictio* in circa *auget, vel minuit decimam, vel minorem partem arbitrio Judicis.*

21 *Menſura dicitur tacite approbata ex inſtantia novæ menſuræ, & eius omiſſione.* & n. 23. & 29

22 *Agri non ſeruntur ſingulis annis, ſed relinquuntur inſati per annum intermedium quantum ad ſemina terram defatigantia.*

24 *Confeſſio certæ menſuræ afficit etiam habentes cauſam a confitente, licet non hæredes.*

25 *Confeſſio ſuperat omne genus probationis.*

26 *Amplia in confeſſione emiſſa abſente parte in Inſtrumento quarantigiato.*

27 *Quæ ideo eſt efficax acſi eſſet emiſſa in iudicio.*

28 *Error confeſſionis concludentiſſimæ eſt probandus.*

30 *Teſtes ſi non ſunt de actis non attenduntur.*

31 *Mediator, & compater inducentis dicuntur minus idonei.*

32 *Faciunt tamen adminiculum.*

33 *Teſtes ſingulares non ſingularitate obſtativa bene probant.*

34 *Saltem conſideratis circumſtantiis prudentis Judicis arbitrio.*

35 *Et ſimul coniungi poſſunt ceſſante diverſitate ſubiecti, ſeu obiecti.*

36 *Maxime ubi agitur de re probatu difficili, vel exiſtente penes adverſarium.*

37 *Procurator poſt finitum patrocinium poteſt eſſe teſtis in eadem cauſa, ubi nec honorem, nec commodum reportet.*

38 *Præſertim ſi ſit bonæ vitæ, & famæ.*

39 Cl-

39 *Citatio Partis non requiritur in recognitione Scripturæ ubi de hoc non fuerit proteſtatum a principio.*

40 *Bona fides requiritur etiam in alienatione ex cauſa a Teſtatore permiſſa, & n. 48.*

41 *Amplia etiamſi data eſſet facultas libere alienandi.*

42 *Secus autem concurrente mala fide, ob quam tales alienationes non ſubſtinentur.*

43 *Maxime non ad effectum caducitatis a toto, ſed ad vindicandam a tertio rem alienatam.*

44 *Ad rem vindicandam ſufficit quod alienatio non fuiſſet omnino licita licet non eadat ſub prohibitione tamquam delictum.*

45 *Cenſus ſors eſt irrepetibilis etiamſi in parte fuiſſet extinctus.*

46 *Fructus cenſus decurſi in vita Teſtatoris ſunt ſolvendi ex bonis fideicommiſſariis, ſecus quoad decurſos in vita gravati, & quando pro illis valeat alienatio*

47 *Iudicis eſt non hæredis deliberare an bona fideicommiſſaria alienanda ſint pro ære alieno Teſtatoris ſolvendo, vel ad intereſſe pecunia accipienda.*

AD preces Nobilis Domini Advocati Thomæ Compagni per benignum Reſcriptum S. C. S. de die 18. Novembris 1685. commiſſa Nobis reviſione cuiuſdam Rotalis Sententiæ emanatæ ſub die 4. Iunii 1683. inter ipſum Dominum Advocatum ex una, & Dominos Philippum, & Thedaldum Bellini fratres, cuius Sententiæ vigore dd. Fratres fuerunt abſoluti ab immiſſione per dictum Dom. Advocatum petita, & per aliam Sententiam Domini Iudicis Quarteriorum obtenta in prima Inſtantia, ſuper nonnullis bonis per eos poſſeſſis, tamquam ſubiectis fideicommiſſo inducto a Nob. olim Domina Magdalena Albizi Compagni eiuſdem Domini Advocati Ava paterna, & ad eius, utpote vocati, favorem purificato una cum fructibus a die litis conteſtatæ: Diſcuſſis facti, atque iuris fundamentis hinc inde late deductis, putavimus etiam ex noviter deductis fuiſſe concedendam, prout conceſſimus dicto Domino Advocato, dictam petitam Immiſſionem, data tamen dictis Fratribus retentione dictorum bonorum pro aliquibus pecuniarum ſummis, & pro meliorationibus, & cum plurib⁹ declarationibus, aliiſque, de quibus in noſtra Sententia de dicta die 13. Auguſti 1688, & in hac præſenti noſtra iuſtificatione dicetur inferius.

Debuit profecto dicta immiſſio concedi, quia in facto abunde conſtat de dicto Fideicommiſſo, eiuſque purificatione in perſona dicti Domini Advocati ex lectura Teſtamenti dictæ Dom. Magdalenæ

lenæ de die 24 Iunii 1639. formiter apud acta producti cum probatione bonorum in bonis Teſtatricis, atque legitimatione Perſonæ petentis, quibus iuſtificatis extremis, immiſſio prædicta neceſſario fuit concedenda remedio vel *Leg. fin. Cod. de Edict. Divi Adrian. tollend* vel utilis Salviani interdicti, ut apud *Rot. dec.* 330. *n.* 1. *&* 2. *par.* 5. *dec.* 162. *n.* 7. *& dec.* 245 *n* 5. *par.* 8. *dec.* 8. *n.* 1. *dec* 88. *n* 1. *&* 2. *dec.* 61. *n.* 1. *dec.* 135. *n.* 22. *deciſ.* 151. *n.* 1. *dec* 244. *n.* 1. *par.* 7 *recent.* cum innumeris vulgatis. 1

Et licet exceptio incontinenti probata ſoleat paſſim huiuſmodi immiſſionem impedire, *Rot. dec.* 34 *n.* 4. cum aliis recenſitis in *dec.* 151. *n* 2 *par.* 7. *rec.* multo fortius illa, quæ oritur ex ventre Inſtrumenti, ſeu dicti Teſtamenti in caſu noſtro per late collectos apud *Ridolphin in prax. par.* 1. *cap* 8. *a n.* 175 *ad* 190. & alios apud *Rot. Noſtram lib. mot.* 107. *p* 155. quia tali caſu non eſt minus quarantigiata exceptio, quam actio, *Bald. in auth præſente Cod. de fideiuſſ Cevallos qu.* 536. *n.* 48. proinde cum in dicto Teſtamento legatur liciraliter data facultas hæredi gravato alienandi pro propriis ipſius hæredis debitis, quæ ſolummodo proveniant a publicis Inſtrumentis, & ex Cauſa iuſta, ac neceſſaria cum aliis declarationibus ibidem exaratis, & dd. fratres Bellini docuerint emiſſe dicta bona ab ipſo hærede pro ſolvendis debitis ipſius Teſtatricis, ut legitur in tribus emptionum Inſtrumentis, quorum primum eſt de die 28. Decembris 1639. ſecundum de die 25. Octobris 1640. tertium de die 7. Decembris 1640 apud acta deductis, nullum videbatur remanere dubium, quod potuerint dicta bona alienari, adeoque dicta immiſſio denegari debuerit, cum nec Teſtatrix potuerit prohibere, ne alienaretur pro ſuis ſolvendis debitis, per late congeſtos apud *Fuſar. de ſubſtit qu* 541. *n.* 9 *& a n.* 1. *uſque ad n.* 11. *& apud Card. De Luc de fideic diſc.* 161. *fere per tot.* 2 3 4 5

Attamen dictus D. Advocatus adverſus huiuſmodi exceptionem oppoſuit de læſione dd. emptionum ſpecifice dicendo quod ſint factæ ex animo fideicommiſſi evertendi, atque fraudandi, dixit non conſtare legitime de dd. aſſertis Teſtatricis debitis, ſaltem de omnibus, ut infra, nec de eorum legitima ſolutione, ac quietantia aſſertorum creditorum, & in omnem caſum obtulit ſe paratum reſtituere dd. fratribus Bellini omnem illam ſummam, quæ doceatur legitime debita, ſimulque legitime ſoluta dd. aſſertis creditoribus cum opportunis cautelis &c. ultro addendo, quod dictas alienationes non potuerint fieri ſic ſponte, ut factæ leguntur, & non niſi urgentibus creditoribus cum Decreto Iudicis, æſtimatione præcedenti, aliiſque ſolemnitatibus, de quibus in *Leg. pater filium* 36. §. *item quæſit ff. de legat.* 3. *Leg. magis* 6

puto 5. §. *non paſſim & §. ſeqq ff. de reb. eorum qui ſub tutela ec.* cum concordantibus.

Diſcuſſionem harum replicationum Bellini ſuſpendentes opponebant adverſus Dominum Advocatum actionis carentiam, quia in dicto Teſtamento in caſu contraveniendi facultati a Teſtatrice conceſſæ alienandi, non ſit ſubſtitutus ipſe D. Advocatus, ſed Eccleſia Sanctæ Luciæ, eiuſque Rector in uſufructu bonorum pro uno anno, nec alienatio declaratur ibidem nulla, ſeu irrita, unde non niſi in reliquatu hæreditatis non alienato le-
7 gatur in dicto Teſtamento ſubſtitutus idem Dominus Advocatus per *Rot. dec* 39 *n.* 34. *&* 35. *par.* 13. *rec. Peregr. de fideic. art.* 4. *n.* 41. *Noguerol. alleg.* 14. *n.* 20. *& ſeqq.*

Putavimus tamen hunc carentiæ actionis excitatum articulum, ex ipſa Teſtamenti lectura pluſquam ſatis ſublatum, dum legitur a principio prohibitio detractionum cum cautela *Soccini*, & ſubſtitutione vocatorum ab inteſtato in tali caſu; legitur deinde permiſſio alienationis pro debitis hæredis gravati, quæ habeant qualitatem ibi enixe inculcatam nec aliter cum ſubſtitutione dictæ Eccleſiæ in uſufructu, ut ſupra, & poſtea legitur ſubſtitutio filiorum, ac deſcendentium gravati in infinitum, prius maſculorum, deinde fœminarum in reliquatu hæreditatis remanente poſt dd. factas alienationes habentes dd. volitas qualitates, adiecta expreſſa prohibitione alienationis tam neceſſariæ, quam voluntariæ, & ſubſtitutione in caſum delicti, ac Religionis, ut bona conſerventur in vocatis, ut fuſe legitur in dicto Teſtamento, propterea
8 Rotæ impar videbatur diſputare, an ex his omnibus reſultet fideicommiſſum reſtitutorium, relinquendo curioſitati ſatisfactionem apud late congeſtos per *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 296. *a n.* 58. *ad fin. latius a qu* 541. *ad qu* 546. *per tot. & qu* 558. *qu.* 611. *quæſt.* 673. *qu.* 688. *qu.* 717. *& ſeqq. cum Card. De Luc. de fideic. diſc.* 42. *diſc.* 54. aliiſque pluribus, & cum infinitis aliis, qui conſulto omittuntur; tanto magis quia licet reperiatur datus in caſum alienationis alius ſubſtitutus, ac diverſus ab illo, qui fuit datus
9 in caſum mortis, adhuc hic in caſum mortis ſubſtitutus agere poteſt, & prævalet illi, mortis advento caſu, ut late ratiocinatur *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 727. *per tot. & tangit qu.* 542. *n.* 10.

Poſito ergo, quod fideicommiſſum reſtitutorium ſit indubitatum, dictus articulus etiam ex facto evaneſcit, quia prædictæ tres alienationes in dd. tribus Inſtrumentis factæ a gravato aperte leguntur in omnibus Inſtrumentis præd. factæ non ex cauſa ſolvendi debita propria hæredis gravati habentia, vel non qualitates volitas a Teſtatore, quo caſu poſſet forſan, & non ſine aliis difficultatibus procedere articulus excitatus, ſed ex cauſa

ſol-

ſolvendi debita remanſa in hæreditate Teſtatricis, ut patet legenti, proinde admiſſo quod ex huiuſmodi cauſa valeant alienari bona prohibita per Teſtatricem, ad collectos per *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 541. *per tot.* non dicitur, nec oppoſuit Dominus Advocatus, quod non potuerint alienari, quod non ſine iuris fundamento poterat opponere, quia alienatio fuit, ut ſupra, expreſſe prohibita, etiam ex cauſa neceſſaria, *d Fuſar. qu.* 542. *n.* 5. *&* 6. ſed ſolummodo, quod alienationes ſunt læſivæ factæ animo evertendi fideicommiſſi, & prout dictum fuit ſupra in *verſ. attamen dictus D. Advocatus &c.* & in hoc caſu nec legitur ſubſtituta Eccleſia, nec ipſe vocatus ad id, quod ſupereſt, ſed ſolummodo in dicto caſu alienationis factæ pro debitis gravati habentibus, vel non qualitates a Teſtatrice ordinatas, ex qua ſpecificatione non bene infertur, ad non ſpecificata, *Rot. deciſ.* 187. *n.* 10 *par.* 7. *rec.* unde laudabilius proceſſit motivum Sententiæ per nos reviſæ, quod ſine verbo hunc articulum præteriit. 10 11 12

Nos itaque in examinandis prædictis Domini Advocati replicationibus inſinuatis ſupra in *d. verſ attamen dictus D. Advocatus*, poſthabitis iuris apicibus, atque rigoribus ſolemnitatum requiſitarum in ſimilibus alienationibus, quarum reſolutionem remittimus ad aliam opportunitatem magis urgentem, vidimus, & manibus palpavimus in dd. alienationibus læſionem fideicommiſſi, & ſic eius evertendi, ſeu perdendi animum; ambulando propterea pro nunc citra veri præiudicium, cum æquitate, ſeu potius benignitate inſinuata, atque adhortata a *Fuſar. de ſubſtit. prædemorata qu* 541. *a n.* 11. *fere uſque ad fin.* ſcilicet, quod non ſit curandum de ſolemnitatibus requiſitis in ſimilibus alienationibus, quoties conſtat, quod vere debitum, pro quo fuit alienatum extabat, & utilius, ac prudentius pro fideicommiſſo erat liberari ab uſuris, quibus debita ſubiacent, & vendere ad opportunitatem non expectata ſubhaſtatione &c. dummodo bona fuerint pro iuſto pretio diſtracta, & totum ſit ſequutum ſine fraudis ſuſpicione, licet *Fuſar.* reperiatur ſolus in hac opinione, & tamquam loquens contra communem opinionem volentem dd. ſolemnitates expreſſe ſit reprobatus a *Ciarlin. controv.* 43. *n.* 49. *lib.* 1. ubi communis opinionis deducit authoritates, atque fundamenta, & hanc communem opinionem frequenter in Romana Curia obſervati poſt *Dunoz. & Bich.* relatos teſtatur *Card De Luca de fideic diſc.* 161. *n* 5. *& diſc. præcedenti n.* 4. *verſ. ſi enim ec.* ubi id ſignanter procedit, quando creditores non poterant urgere, quia creditum non erat repetibile, prout eſt ſors principalis cenſuum, de quibus infra, citra (inquam) veri præiudicium huiuſ- 13 14 15

modi detecta læsio, atque animus evertendi fideicommissi fuit nostræ resolutionis cardo.

Læsionem enim atque animum evertendi fideicommissi deduximus manifeste ex mensura dictorum bonorum in dd. tribus venditionum instrumentis a Partibus expresse exarata per modum sextariorum seminis, & in secundo instrumento cum maiori declaratione per sextaria seminis, simul & sexrariora geometrica, quæ mensura in totum ascendit ad sexrariora geometrica 130. cum dimidio in circa, observando, quod unumquodque sexrarium se-
16 minis facit tria sextariora geometrica, ut demonstrat dicta expressio in dicto secundo instrumento, & fuit in processu probatum, nec inter Partes controvertebatur; adeoque appreciando unumquodque sextariorum geometricum secundum valorem ei datum ab ipsis testibus inductis pro parte dictorum fratrum Bellini, scuror. nempe 18. pro unoquoque sextario geometrico, valor dd. sexrarior. 130. secundum calculum aritmeticum ascendit ad scuta 2340. & pretium retractum ex dictis tribus venditionibus non superat scuta 1330. ut legitur in dictis instrumentis, adeoque fideicommissum per has venditiones est læsum in summa scutorum 1010. unde læsio est dimidio satis proxima, quando ad hunc effectum, immo fortius ad caducitatis effectum sufficit,
17 ut res non sit utiliter, & bona fide pro fideicommisso gesta, *Rot post Merlin. de legit. dec* 14 *num.* 17. cui cum aliis relatis adhærer *Card. De Luca de fideic. disc* 157. *n.* 8. quando ipse *Fusar. in d. qu.* 541. *n.* 11. pro fundamento dictæ suæ opinionis vult quod res sit facta prudenter, bona fide, & cum utilitate fidei-
18 commissi, cum principale nostrum fundamentum non radicetur in rescissione dd. contractuum ex remedio *Leg. secundæ C. de rescind. vend.* vel propter collusionem, simulationem &c. sed in eo quod ex quo desunt solemnitates ibidem requisitæ ut supra, quia res non reperitur utiliter, prudentialiter, ac bona fide gesta, non debet substineri ex defectu earumdem solemnitatum, innitendo dictæ opinioni *Fusar. d. qu.* 541. *n.* 11. quando breviorem capiendo viam, posset ambulando cum dicta communi opinione inniti in defectu dictarum solemnitatum per authoritates supra traditas in *vers. nos itaque &c.* unde superfluum redditur hic inquirere ad
19 quam taxam, seu quotam pretii debeat ascendere læsio, de qua apud *Cephal. cons.* 344. *n.* 23. & alibi relatum ab *eod. Fusar. dict. qu.* 541. *n.* 17. & uberius materiam examinat *Fontanell. a dec.* 63 *usque ad dec.* 68. *per tot. Rota dec.* 580. *per tot. par.* 5. *rec.*

Sed læsio ruit in peius, quia testes inducti a D. Actore deponunt, saltem peritiores, quod dicta bona de tempore dicta-

rum

rum venditionum, aſcendebant ad valorem ſcutorum 25. pro quolibet ſextarioro geometrico, licet aliqui ex eis deponant in plus alii in minus, adhuc non poteſt negari quod Iudicis prudentia capiendo depoſitiones omnium utriuſque Partis teſtium, non colligat ab omnibus in ſubſtantia, quod dictus valor ad minus aſcendat ad 20
ſcuta 20. pro quolibet dd. ſextariorum 130. adeoque valor bonorum aſcenderet ad ſcuta 2600. & læſio ad ſcuta 1270. cum diminutione tamen importantiæ dictionis *in circa* adiectæ prædictæ menſuræ in dd. inſtrumentis, quæ ſonat arbitrio prudentis Iudicis decimam, & etiam minorem partem tam in plus, quam in minus per collectos apud *Barboſ. de diction. diction.* 154. *a principio uſque ad n.* 5. & obſervabatur, quod hoc morbo laborant dictæ venditiones acceptæ tam coniunctim, quam ſeorſim, ut patebit calculanti valorem ſecundum hanc probationem, & comparanti cum pretio in unoquoque inſtrumento dictarum venditionum convento.

Sed graviter dubitavimus, quod dicta menſura aſcendat etiam ad maiorem numerum dd. ſextariorum 130. quia Rei poſtquam noverunt vim huius difficultatis per nos excitatæ, petierunt deveniri ad novam menſuram dictorum bonorum per ſcripturam de die 10. Iunii 1688. & quia inſtantia cauſæ erat prope finem, fuit de conſenſu Partium reſtaurata, ut Agrimenſores poſſent commode ad dictam menſuram procedere; menſurare autem, ac pro decreto deſuper inſtare dereliquerunt, ſeu omiſerunt, ac proinde hæc omiſſio inducit ſaltem conſenſum in menſuram præ- 21
dictam vigore tacitæ renunciationis procedentis a tali omiſſione, *Gallerat de renunciat. lib. 5. cap. 1. num. 62. cap. 13. per tot. & cap. 15. per tot.*

Obiiciebatur pro parte Reorum, quod aliqui ex teſtibus D. Actoris in interrogatorio 13. deponunt quod in dd. bonis feminabantur ſextaria circa triginta, quæ triplicata non faecrent amplius quam ſextariora 90. unde de dicta menſura ſextariorum 130. diminuerentur ſextariora 40. & cum diminutione minueretur conſiderabiliter læſio.

Replicabamus, quod potius ex hac Teſtium depoſitione menſura duplicatur, quia depoſitio videtur ſane capienda, quod quolibet anno ſererentur ſextaria 30. & cum regulariter agri non ſerantur, in ſingulos annos, ſed ſaltem per unum intermedium an- 22
num relinquantur inſati quoad ſemina terram defaticantia, ſequeretur d. duplicatio tam menſuræ, quam læſionis; Præterea multæ ſunt terræ partes quæ ſunt menſurandæ, licet non ſerantur ut foveæ, extremitates, occupationes vitium, aliarumque planarum ſeu arborum, terræ incultæ, ſeu nemora, de quibus

deponunt iidem teſtes ſub vocabulo *Ragnaia*. Ulterius ſi tam facile erat veritatem huius rei reperire procedendo ad dictam novam menſuram, ex eius omiſſione pluſquam ſufficiens eliicitur
23 omittentium Reorum conſenſus in dictam menſuram ſextariorum 130. cum prædicto dubio, ſeu præſumptione quod potius in facto menſura ſuperet dictum numerum ſextariorum ex dicto *Gallerat. de renunc. d. lib 5. cap. 1. n. 62. cap.* 13. 14. *&* 15. *per. tot.*

Nec eſt præterrundum quod dicta menſura ſextariorum 130. eſt confeſſata in dictis inſtrumentis ab authore nempe Patre ipſorum Reorum, ac proinde eis nocet, ſi non ut hæredibus, ſaltem
24 tanquam habentibus ab eo cauſam *Rot. dec.* 575. *n.* 4. *par.* 2 *rec. & cor. Ludoviſ. dec.* 172 *n.* 1. imo etiam citra productionem factam eorumdem inſtrumentorum ab ipſis, ultro Reis eſt confeſſata in facto a Patribus concordato, & per Proeuratores ſubſcripto die 10. Octobris 1672. fortius a Reis ipſis producto aquod acta de die 11. Novembris 1680. ubi expreſſe concordatur fuiſſe vendita dicta Bona aſcendentia ad dictam menſuram, eodem penitus mo-
25 do, quo legitur in præmemoratis venditionum inſtrumentis, & hæc confeſſio ſuperat quodcumque aliud probationis genus per teſtes &c. *Maſcard de probat qu* 7. *n* 3. & fere *per tot. Ludoviſ. dec.* 143. *n.* 3 *late Rota Noſtra lib. mot.* 110 *a* 263. licet pars eſſet, abſens quia eſt emiſſa in inſtrumentis quarantigiatis iuratis
26 *Rot. dec.* 158. *n.* 12. *par.* 1. *rec. Mareſcott. var. reſolut. cap.* 44. *n.* 4. *& ſeqq. lib.* 2. & hac de cauſa non eſt minus efficax quam
27 ſi eſſet facta in iudicio *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 1. *n* 85. fortius quia per tot annorum curſum tam ante quam poſt litem motam, & per tot annos continuatam nunquam docuerunt de hu-
28 ius confeſſionis errore, quem concludentiſſime probare tenebantur *Afflict. dec* 14. *n.* 23 *Onded. conſ.* 21. *n.* 41. *lib.* 2. *Maſcard. de probat. concl.* 644. *num.* 1. *Rot. Noſtr. Lib. Motiv.* 110 *a* 36. *lib.* 114. *a* 853. & alibi, imo docere de errore tentarunt per dictam petitam novam menſurationem, & poſtea omiſerunt, & ſic com-
29 probarunt dictæ confeſſionis veritatem per *Gallerat.* ut ſupra, & in eadem confeſſione perſeverarunt *Gloſſ. in cap. ex literis verbo admenita extra de divort.*

Utraque pars deduxit dd. teſtes ut probaret ultro fructus dictorum bonorum, & liquidaret eorumdem fructuum valorem de opportuno tempore, ut inde exurgere altera liquidatio valoris dictorum bonorum cum aliis deductis iuſtificationibus, ſed quia ſatis videtur concluſus bonorum valor ex prædictis, capiendo etiam dicta teſtium utriuſque Partis, viſum fuit ſuperfluum immorari in diſcuſſione huius probationis, tanto magis quia Teſtes Reorum, qui in hac parte ſunt admodum contrarii Teſtibus Actoris, fu-

erunt

erunt poſiti ad partes, & numquam facti de actis, ac proinde non ſunt attendendi, *Scace. de iudic. lib. 1. cap. 97. n. 202* cum aliis apud *Cyriac. contr. 89. n. 18.* & duo ex eis erant actualiter de tempore examinis mediarii, alter erat comparer Inducentium, adeoque minus idonei *Farinacc. de teſtib. quæſt. 54. n 200.* quoad compatres, *& qu. 57. n. 47.* quoad mediarios, ultra alias exceptiones a Dom. Actore datas; nec adſunt aliæ probationes, pro quibus roborandis, Iudicis arbitrium ab his valeret adminiculum ſumere ad ſenſum, *Gait. de credit. cap. 3. ſit. 1. num. 911.*

Imo ruit in multo peius dicta læſio, & efficaciter convincitur prædictus animus fideicommiſſi evertendi ex quo conſtat, quod in unaquaque dictarum venditionum pretium ſub aſcondito per apoeas privatas fuit non modice auctum ultra illud, quod legitur in inſtrumentis earundem venditionum conventum.

Per apocam privatam de die 29. Decembris 1639 quo tempore fuit celebrata prima dd venditionum legitur ſtabilitum inter olim D Equirem Ioannem Compagni venditorem, & Dominum Niccolaum della Luna intervenientem tanquam eius fideiuſſorem ex una, & olim D. Ioannem Baptiſtam Bellini Patrem, & Authorem dd. Reorum emptorem ex altera, quod ex pretio concluſo in ſumma ſcutorum 885. bonorum ibidem vendi conventorum in inſtrumento venditionis deſuper celebrandæ nulla fieret mentio de ſcutis 170. precedenter ab emptore venditori ſolutis, ſed pretium in inſtrumento apponeretur ſolummodo pro ſcutis 715. prout in facto fuit appoſitum cum conventione, quod hæc apoca Gabellæ Officio cælaretur &c. & quia emptor vidit, quod hoc erat ſibi periculoſum propter moleſtias, quæ poſſent contingere gabellas &c. ideo multas minuſque conſuetas exaravit ibidem cauthelas, & voluit in omni caſu fideiuſſorem dictum D. Niccolaum della Luna qui tamen in appendice declaravit nolle teneri niſi pro centum de dictis ſcutis 170.

Per ſimilem apocam de die 26. Octobris 1640. leguntur data ſub aſcondito dicto venditori ſcuta 30. in computum ſecundæ venditionis ſupradictæ ultra ſcuta 275. expreſſa in inſtrumento eiuſdem venditionis, & parirer cum iiſdem prædictis cauthelis favore emptoris, excepto fideiuſſore.

Et per aliam apocam de die 7. Decembris 1640. in computum pretii tertiæ venditionis, venditor ſimiliter ab emptore ſub aſcondito recepit ſcuta 50. & cum iiſdem prædictis cauthelis, ac declarationibus favore emptoris, quia exceptа mutandorum mutatione, iſtæ tres apocæ ſunt iiſdem verbis exaratæ, iuratæ, ſubſcriptæ, tribuſque teſtibus pariter ſubſcriptis munitæ.

Con-

Constat de his apocis ex earum exemplis a Domino Actore in hoc postremo Iudicio coram nobis productis, nec non ex testibus desuper ab eo iuductis, & formiter examinatis.

Primo loco D. Cammillus Linder die 28. Augusti 1683. commorans in Urbe, in calce uniuscuiusque dd. exemplorum recognovit, & confessus, est formiter illa fuisse sua propria manu scripta, & de anno 1673. quo tempore ipse erat Florentiæ Iuvenis olim D. Oliverii Landini (qui tunc erat Procurator dictorum reorum in hac causa) de ordine dicti D. Oliverii per eum copiata ab originalibus existentibus apud eundem D. Oliverium ad effectum tradendi tales copias, seu exempla d. D. Actori, & originalia remanserunt penes eundem Dominum Oliverium.

Secundo D. Franciscus Galeotti in Curia Florentina primi nominis causidicus, Testis inductus super solo decimo capitulo examinatus, cum ostensione dictorum exemplorum testatur illa esse scripta de manu Domini Cammilli Linder, cum bona scientiæ causa, quia ipse suscepit in proprii studii iuvenem d. Cammillum postquam de annis 1675. vel 1676. circiter discessit a studio dicti D. Oliverii, apud quem steterat per annos sex circiter, & dicit quod propter frequentem occasionem utendi illius caractere per plures annos, quibus eum retinuit in studio acquisivit talem cognitionem atque praxim dicti caracteris, quod potest indubitanter asserere prædicta exemplia esse de illius manu, ut melius declarat in responsionibus ad interrogatoria.

Tertio Clemens Gherardi sec. Testis super eodem Int. X. insubstantia deponit idem ac d. D. Galeotti, scientiæ causam adducens, quia dictis respective temporibus ipse erat coiuvenis cum D. Cammillo Linder in studio dicti D. Galeotti, & hac de causa accepit cognitionem, atque praxim Caracteris d. Cammilli, & ideo deponit dd. exempla esse eiusdem Cammilli manu scripta, & vidit, & scivit dd. respective temporibus illum fuisse Iuvenem d. Dom. Oliverii Landini.

Quarto D. Panerius Pandorzi patiter in Curia Florentina optimi nominis causidicus, alter testis inductus, qui in substantia super Interrogatorio 16. cap. 8. & 11. deponit, quod de tempore quo erat in hac causa Procurator d. Domini Actoris in contradictorio habito cum dd. Oliverio tunc Procuratore ex adverso coram Domino Relatore, partibus, prout recordatur, præsentibus, disputando super rescissione dictarum venditionum propter pretii iniustitiam, atque læsionem, audivit sibi oppositum quod ultra pretium, de quo in dictis instrumentis venditionum, fuerunt soluta sc. 250. in tribus apocis privatis, quas ipse D. Oliverius habebat in suo Processu allegatas in originali, prout ipse Testis vidit, & legit, & opposuit non esse de actis, & depreeatus ex

adver-

adverſo ut concordaretur tale factum, quia D. Actor iam habuerat exempla dictarum Apocarum, ipſe noluit concordare etiam invito ipſo ſuo Principali, propter quod diſceſſit a cauſæ patrocinio.

Quinto Niccolaus Mannucci teſtatur ſuper interrogatorio 18. & ſeqq. & ſuper capitulo 12 oſtenſa ei Apoca illa ex prædictis, quæ eſt de die 29. Decembris 1639. ſubſcripſiſſe tamquam teſtem cum aliis unam apocam inter dd. Partes.

Sexto D. Petrus Ioannes Moroni teſtatur ſe ſubſcripſiſſe tamquam teſtem unam apocam, quæ aſſeritur tertia de prædictis, & eſt de die 7 Decembris 1640. una cum aliis Teſtibus ibidem expreſſis ſuper interrog. 11. & ſuper recognitione fidei, & ſuper generalibus corrigit antecedentem depoſitionem, qua dixerat non cognoviſſe D Equitem Ioannem Compagni alterum ex contrahentibus in dicta apoca, de qua teſtatur. Quoad cæteros earumdem apocarum teſtes non controvertebatur, quod eſſent mortui.

Ex his ergo depoſitionibus, ſaltem ſimul iunctis, viſum fuit ſufficienter conſtare de veritate dictarum apocarum, tanto magis quia Rei tentarunt probare, quod de dictis temporibus inter dictos contrahentes fuerint initæ aliæ apocæ ſuper aliis diverſis negociis, & a tentativo deſtiterunt Unus enim originalia vidit, copiavit, & copias tradidit, & quod copiæ ſint de eius manu eſt concludenter probatum per dd DD. Galeotri, & Gherardi, ſicut quod fuerit iuvenis dicti D Oliverii; alter vidit, diſputavit ſuper eis, & audivit copias datas; alii fuerunt teſtes in apocis inter dictos contrahentes de dictis temporibus celebratis, nec aliæ ut ſupra fuerunt oſtenſæ apocæ; unde non videtur obſtare ſingularitas ratione temporis, & loci, de quibus ipſi deponunt; hæc enim non eſt ſingularitas obſtativa, ſed bene quidem adminiculativa, ſeu cumulativa, quæ non inducit factorum diverſitatem, ex diverſitate loci, temporis &c. ſed unum ſupponit factum, nempe una originalia a pluribus diverſo loco, ac tempore vel ſubſcripta, vel viſa, & lecta, vel ſimul copiata, & datis copiis, vel audito quod fuerunt datæ &c. ac proinde tales teſtes bene probant, ut pluribus congeſtis explicat *Farinacc.* 33
de teſtib. qu. 64. n. 5. 6. & 7. & n. 31. & ſeqq. ſaltem ad prudentis Iudicis arbitrium recte circumſtantias &c. ponderantis idem 34
Farinacc. ibid. n. 112. *&* 113. *& n.* 149. *&* 310. quia coniungi poſſunt ad unum quid commune probandum, cum diverſitas non ſit reſpectu ſubiecti, ſeu obiecti, *Farinac. ibid n.* 26 *&* 27. fortius quia verſamur in re, quæ eſt probatu difficilis, quia agitur de re exiſtente penes adverſarium, *Farinac cad. qu.* 64 *n.* 297. 35 36

Nec obſtat, quod dicti Domini Galeotti, & Pandorzi fuerint de præterito in hac cauſa Procuratores D. Actoris inducen-

tis,

tis, quia etiam Procurator præteritus probat deponens post fini-
37 tum officium, ubi nec commodum, nec honorem reportat (ut hic) *Farinacc. de testib. qu. 60. n. 202. ubi n. 241.* indubitanter firmat in Procuratore bonæ vitæ, & famæ, quam habemus in
38 prædictis optimam.

Minusque obstat, quod non fuerint citati Rei ad daudum interrogatoria &c. pro recognitione facta a d. Camillo Linder,
39 nam Scripturæ &c. recognitio non requirit Adversarii citationem prædictam ubi non fuit a principio protestatus, quod non procedatur &c. *Ridolphin. in prax. par. 1. cap 2. n. 31. & 32. Post. de manut. observ. 98. n. 6.* ubi late per totam observationem discutit materiam, & firmat, quod ubi (ut hic) hæc exceptio non fuit data in actis, & intra terminum, non est attendenda, & alia ad nostræ resolutionis in hac parte comprobationem firmat, ibidem brevitatis studio perquirenda.

Resultat ergo ex his nedum defectus bonæ fidei volitæ a
40 *Fusar d. qu. 541. n. 11.* etiam ubi versaremur in alienatione ob causam a Testatrice permissam per textum satis efficacem in *Leg. Titius 54. vers. quidquid &c. ff. ad S. C. Trebell.* etiamsi alienandi
41 facultas esset data libere &c. *Card. De Luca de fideic. disc. 58. n. 4. & 5.* sed & mala fides palpabilis, ob quam dictæ alienationes
42 nullatenus tenent *Rot. dec. 103. n 18. par. 8. rec. Scacc. de Sentent & re iudic. gloss. 14 qu. 23. n. 29.* cum aliis apud *Fusar. de substit. qu. 724. n. 4. Card. De Luca de fideic. disc. 170. n. 3. & seqq.* tanto magis quia hic non agitur ad effectum caducitatis a toto contra gravatum alienantem, sed ad solum effectum vindi-
43 candi rem alienatam a tertio, *Card. De Luca de fideic. disc. 157. n. 11. & disc. 158. n. 3. & seq.* ubi cum relatis *n. 5.* firmat, quod ad hunc nostrum rei vindicandæ effectum, sufficit, quod actus
44 non sit omnino licitus, & cadat sub prohibitione non tamquam delictum pro fideicommisso pœnali, sed tamquam conditio cum *Rot dec. 123. n. 11. par. 10. rec. & cor. Royas dec. 290 num. 17.* & aliis ibidem relatis.

Ponderabatur etiam in facto, quod creditores, pro quibus solvendis, fuit facta dicta prima alienatio de dicta die 28. Decembris 1639. non solum non urgebant, sed duo ex eis, qui absorbent supra duas tertias partes illius pretii nec poterant urgere, nempe RR. Patres Sanctissimæ Annunciatæ, & RR. Moniales Sancti Iuliani tamquam creditores ex causa censuum, tanto magis quia ipsa Testatrix vivens anno 1635. cum pretio retracto ab alia venditione per eam facta eidem emptori, extinserat dimidium d. census debiti dictis Patribus Sanctissimæ Annunciatæ,
45 non poterat inquam urgere quoad sortem, ut de indubitato post

re-

recollectos firmat *Card. De Luca de fideic. diſc.* 161. *n.* 5 *& per tot.* licet poruerint urgere quoad canones in modica ſumma decurſos Teſtatricis vivente, quia quoad decurſos poſt eius obitum in vita hæredis gravati, videtur potius deneganda actio ſimilibus creditoribus adverſus fideicommiſſi bona, cum exceptione negligentiæ in non exigendo ab hærede, vel excuſſionis adverſus illum, vel adverſus fideicommiſſi fructus, vel ad omne peius non eſſet ullatenus licitum hæredi culpoſo in ſolvendo dd. canones voluntarie, & ſine iudiciali coactione ad talium creditorum inſtantiam fideicommiſſi bona alienare, ut egregie cum congeſtis examinat arque exornat tamquam rem non admittentem controverſiam, idem *Card. De Luca de fideic. d. diſc.* 161. *a n. pr. uſque ad d. n.* 5. 46

Quoad ſecundam, & tertiam prædictarum venditionum vidimus præcedentes petitiones, & ſic urgentias D. Alexandri Adimari, & D Dominici Anſelmi Teſtatricis creditorum, quibus urgere erat licitum, ſed adhuc hoc ſublato defectu obſtant cæteri defectus hucuſque ſuperius inſinuati.

Tandem quoad omnes dictas venditiones, hoc uno concludimus, quod pro ſolvendis ſcutis 1157. ad quam ſummam aſcendunt hæreditaria Teſtatricis debita iuxta declarationem Sententiæ noſtræ, ut infra, & pro quorum ſolutione leguntur in dictis inſtrumentis factæ dictæ alienationes, quando ſoli cenſus non ſuperantes ſummam ſcutorum 450. circiter erant fructiferi, & a bono Patre familias commode, & paulatim cum fructibus dictorum bonorum, non modice ubertorum, totum non poterat dimitti debitum, vel ſaltem Iudex, non hæres declarare debebat an expediret vendere, vel ad intereſſe pecuniam quærere urgentibus creditoribus, clara *Leg. magis puto* 5. §. *non paſſim & ſeqq. ff de reb. eor. &c.* fideicommiſſum perdidit bona aſcendentia ad valorem ſcutorum 2600. iuxta demonſtrationem ſuperius traditam in *verſ. ſed læſio &c* iunctis verſiculis antecedenti, & ſubſequenti, unde etiam ſequendo prædictam benignam opinionem *Fuſar. de ſubſtit. d. qu.* 541. *n.* 11. debuit neceſſario D. Actori prædicta perita immiſſio concedi; prætermiſſo etiam maiori valore, quem inſinuare ſtuduit idem D. Actor cum depoſitione teſtium, aliiſque iuſtificationibus ſuper eorumdem bonorum fructibus, & fructuum valore de illis temporibus, ſuper quibus ſtantibus potiſſimum ſatis contrariis depoſitionibus teſtium a reis inductorum ſaltem pro adminiculando, ut ſupra inane putavimus immorari, cum ad victoriam ſuperabundent fundamenta hucuſque inſinuata. 47 48

Et ita utraque &c.

Aſcanius Venturinus Rotæ Audit.
Eneas Cavalcanti Rotæ Aud & Rel.
Sebaſtianus Marini Rotæ Audit.

DECISIO XXI.

EADEM FLORENTINA IMMISSIONIS.

13. *Auguſti* 1688. *ex L. M.* 132. *p.* 469 *cor. Aud.* ENEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

REtentio datur poſſeſſori pro creditis, & melioramentis. Fructus in reſtitutione fideicommiſſi veniunt a die Litis conteſtatæ. Reconventio coram Iudice appellationis, & reviſionis locum non habet, & quando ſecus. Cœtera patent ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Retentio conſtito de credito conceditur ad impediendam immiſſionem.*
2 *Amplia itiamſi proveniat a dimiſſione creditoris abſque ceſſione, & pacto de ſubintrando.*
3 *Item amplia etiamſi bona non ſint pro illo obligata. Item amplia ut hoc ius tranſeat in hæredes.* n. 7.
4 *Poſſidens rem alienam citra vitium non cogitur reſtituere, niſi ſit ſatisfactus.*
5 *Amplia etiamſi cum vitio ad eum pervenerit ex cauſa, pro qua vult retinere.*
6 *Item amplia etiamſi creditum ſit illiquidum.*
8 *Ad Accollatarium ſpectat omne debitum a die accollationis una cum fructibus.* n. 54.
9 *Emptor advenientibus moleſtiis poteſt differre ſolutionem fructuum debitorum vigore l. eg. curabit.*
10 *Vel ſaltem tenetur tantum ad intereſſe iuxta fructuum quantitatem.*
11 *Declara quod ut hoc locum habeat emptor debeat deponere pretium.*
12 *Secus autem non facto depoſito. Et auctoritates in contrarium reprobantur ibid.*
13 *Limita ſecuta evictione etiam reſpectu fructuum.*
14 *Actore non probante reus abſolvitur.*
15 *Pecunia regulariter præſumitur ſolventis.*
16 *Limita ſtantibus contrariis coniecturis.*
17 *Veluti quando ſolutio cantat nomine debitoris.*
18 *Vel ſolvens gerat vices portatoris.*
19 *Vel non fuerit expreſſum, quod pecunia eſſet ſolventis prout in aliis ſolutionibus.*
20 *Pecunia præſumitur ſolventis ſtantibus coniecturis etiamſi ſolum portatoris nomen fuerit expreſſum.* 21 Co-

21 *Coniecturæ capiendæ ſunt ad maiorem ſolventis utilitatem.*
22 *Una eſt coniectura, ſumma gravis, pro qua mandatum præſumitur.*
23 *Item timor moleſtiarum ſuper bonis præcedenter emptis.*
24 *Item vicinitas actus emptionis actui ſolutionis, quæ præſumitur facta ad illius obiectum.*
25 *Item emptio poſtmodum ſubſecuta.*
26 *Item conſuetudo deſcribendi alias ſolutiones cum eadem formula.*
27 *Item confeſſio venditoris, quod emptor fecerit de proprio tales ſolutiones.*
28 *Expreſſio eius, quod tacite ineſt dicitur abundans cautbela, maxime concurrentibus coniecturis.*
29 *Solvens ſine receputis, & cautbelis ſibi favorabilibus, quando ſibi non præiudicet.* & n. 77.
30 *Hæres non niſi de proprio poteſt augere legatum.*
31 *Pœna a Teſtatore adiecta in caſum non adimplementi ſolvenda eſt ab hærede de proprio, & de ratione.*
32 *Hæres gravari poteſt etiam in proprio in quantum fuit honoratus.*
33 *Quietantia generalis exigi non poteſt, ſecus particularis, & de ratione* n. 24
35 *Fideiuſſor ſolvens de proprio cogere poteſt creditorem ad ſibi cedendum iura etiam contra confideiuſſores.*
36 *Maxime ſi cedenti non noceat.*
37 *Et hoc caſu peti poteſt etiam ex intervallo.*
38 *Amplia etiamſi fideiuſſor eſſet principaliter obligatus. & de ratione.*
39 *Succeſſor ſingularis ad effectum retinendi repreſentat hæredem gravatum etiam ſine ceſſione.*
40 *Hæres gravatus non tenetur fideicommiſſum reſtituere niſi factis detractionibus, & præſertim melioramentorum.*
41 *Amplia hoc procedere etiam in ſingulari ſucceſſore, qui meliramenta cum fructibus non compenſat ſi titulum habeat, ſecus ſi ſolam bonam fidem*
42 *Limita ſtante expreſſo præcepto Teſtatoris, quod in conſilium reſolvi nequeat.*
43 *Fructus a poſſeſſore bona fide percepti non imputantur in eius creditum.*
44 *Retentio non datur ubi non intrat compenſatio cum fructibus, quæ reddit creditum illiquidum.*
45 *Poſſeſſori cui fuit data retentio pro melioramentis aſſignandus eſt terminus ad ea liquidanda, quo elapſo danda eſt actori immiſſio præſtita fideiuſſione.*
46 *Fructus a die motæ litis ſunt reſtituendi a quolibet poſſeſſore.*
47 *Ante vero motam litem percepti non reſtituuntur ubi non adſit poſitiva mala fides, ſed media.*
48 *Amplia ut ſufficiat error iuris.*

49 *Et qualis qualis possidendi occasio.*

50 *Præsertim quando fructus non petuntur principaliter sed accessorie.*

51 *Et non constat de illorum existentia, vel locupletatione.*

52 *Fructus restituendi a die motæ litis diminuuntur pro concurrenti quantitate creditorum, pro quibus datur possessori retentio. Et an talis diminutio fiat respectu creditorum fructiferorum, vel infructiferorum remissive.* n. 55.

53 *Pupillus obtinens nullitatem venditionis tenetur emptori restituere pretium cum usuris ubi illud versum sit in eius utilitatem.*

56 *Agens ad rei vindicationem, ac simul possidens bona alienantis sibi obligata pro evictione repellitur exceptione Leg. vindicantem.*

57 *Limita in tertio possessore sola reali non personali actione adstricto.*

58 *Reconventio potest intentari etiam coram Iudice delegato, & de ratione.*

59 *Amplia etiam post litis contestationem ad effectum prorogandæ iurisdictionis, licet non ad effectum simultanei processus.*

60 *Præsertim quando tendit ad perimendam conventionem, quo casu naturam exceptionis assumit.*

61 *Limita suprascripta in iudicio appellationis, seu revisionis.* n. 63. & 69. *Sublimita ut* n. 65. & seqq.

62 *Revisio pari passu ambulat cum appellatione exceptis quinque casibus, de quibus remissive.*

64 *Reconventioni non est locus post latam Sententiam.*

65 *Dummodo sit Sententia diffinitiva, & lata post litem contestatam.*

67 *Iudex appellationis gerit vices Iudicis a quo, si in causa non fuerit pronunciatum.*

68 *Litigantes non debent ad imparia iudicari.*

70 *Iudex non est dedignandus quem sibi quis elegit cæteris paribus, secus e contra.*

71 *Reconventioni ut sit locus duo copulative requiruntur, de quibus ibi* & num. 73.

72 *Reconventio non datur coram Iudice de consensu Partium electo.*

74 *De notoriis iudex potest capere informationem extraiudicialiter.*

REtentionem concessimus bonorum ipsis Reis pro partitis, ac summis in Sententia nostra declaratis ad impediendam prædictam Actoris Immissionem. Constito 1 enim de credito (ut infra) non potuit illa denegari *Card. De Luc. de fideicom. disc.* 197. *n.* 10. & alibi plures. *Ludovis. dec.* 206. *n.* 8. 11. *& fere per tot. Dunoz. dec.* 993 *fere per tot.* etiam absque cessione, & pacto de subintrando &c. *Amat. resol.* 7. *a n.* 42. *ad fin. Ostbobon. dec.* 2 242. *n.* 7. *& seqq. De Luc. ad Franc. dec.* 134 *n.* 1. cum aliis ec.

Tanto

Tanto magis quia bona ſunt pro dictis ſummis, ſeu partitis obligata, quando etiam res non obligata quæ ſine vitio pervenerit ad manus poſſeſſoris, occaſione illius crediti pro quo vult retinere, adhuc retineri permittitur *Neguſ. de pignorib. par. 5. membr 4. n. 4. Gratian. diſcept. 296. n. 14. & ſeqq. Rot. Noſtr. Lib. Motiv. 23. p. 1.* & qui rem alienam poſſidet etiam ex titulo inutili citra vitium non cogitur reſtituere, niſi ſatisfiat, *Leg. Paulus 14 ff. de dol. except. Leg. ſi non ſortem 26. § centum ff. de condit. indeb. Surd. dec. 46. per tot. ubi n. 12.* firmat etiamſi cum vitio ad cum pervenerit ex dicta cauſa pro qua vult retinere cum aliis *Rot. Noſtr. Lib. Motiv. 109. a 526. e a 527.* & etiamſi creditum ſit illiquidum, *Capyc. Latr. dec. 13. n. 11. lib. 1. & deciſ 137. num. 44. & 45. lib. 2* & hoc retinendi ius competit cuicumque ſucceſſori, & ſic dictis Reis tanquam Patris ſucceſſoribus in re empta &c. *Gratian diſcept 203. n. 29. & ſeqq. & diſcept. 269. num. 23. & ſeqq. & fere per tot. Mantic. de tacitis lib. 11. tit. 29. per tot. Rot Noſtra Lib. Mot. 106. a 170.* 3 4 5 6 7

Partitæ prima, & ſecunda per nos in ſententia declaratæ reſpectu ſcutorum 310. RR. Patribus Santiſſimæ Annunciatæ, & ſcutorum 201. RR. Monialibus S. Iuliani ſolvi accollatorum emptori in dicto primo inſtrumento de die 28. Decembris 1639. non controvertebatur a D. Actore, quod pro dictis tantummodo ſummis eſſent ipſis Reis ſolvendæ in actu, quo ſibi ab eis tradantur legitima documenta quietantiarum dd. & aliorum ut infra creditorum, quia vidit eorum crediti legitimitatem uſque ad dictas ſummas.

Rei autem pro prima partita prætendebant ſcuta 311. 4. 6. deducendo partitam libri dd. Patruum qua conſtat ſolutio in tanta ſumma; Sed quia hæc ſolutio legitur ibidem facta uno menſe poſt dictam accollationem, fuit dictum quod illa ſumma ſcuti 1. 4. 6. ſupra ſcuta 310. declarata in dicto inſtrumento, cedit in computum canonum decurſorum poſt accollationem pro rata dicti menſis, cum 2 die accollationis omne debitum ſit Accollatarii 8 *Gratian. diſcept. 376. n. 14. Rot. dec. 135. n. 22. & ſeqq. par. 6. rec.* cum aliis apud *Rotam Noſtram lib. Motiv. 106. a 131.*

Pro ſecunda partita prætendebant ſcuta 234. 2. 13. 4 oſtendendo iſtius ſummæ ſolutionem cum partitis exactis a libris dictarum Monialium. Sed quia hæc ſolutio legitur facta die 21. Iulii 1642. & ſic poſt biennium, & menſes fere ſeptem a die accollationis, intravie eadem ratio, quæ in præcedenti.

Reluctabant Rei prætendendo, quod immunes a fructuum ſolutione tam ex ratione, *Leg curabit Cod. de act. empt.* quam ex vi dictæ accollationis potuerint differre dictam ſolutionem quia in facto advenerant ſuper bonis emptis moleſtiæ Adimari, & Anſelmi, 9

mi, ut dicebatur ſupra in *verſ quoad ſecundam &c. afferendo authoritatem Rot. dec.* 19. *n.* 4. *par.* 3. *rec.* vel ſaltem quod non te-
10 nerentur ad canones cenſuum, ſed ad ſolum intereſſe iuxta fructuum quantitatem ex dicta *Leg. curabit* iuxta *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 165. *num.* 10.

Reſolvebatur autem primo in facto, quia moleſtiæ, ut dictum fuit ſupra advenerunt ante ſecundam, & tertiam venditionem; cum ergo per ſecundam Anſelmi moleſtans ſarisfactus remanſerit & per tertiam prætendant Rei ſolutum Adimari alterum moleſtantem, & non conſtat de aliis moleſtiis, utique ſaltem in actu tertiæ venditionis, & ſic die ſeptima Decembris 1640. non autem die 21. Iulii 1642. debebant dictum Cenſum Monialium extinguere. Secundo in iure, quia etiam in caſu imminentis evictionis, ut
11 ſe eximerent a Canone dicti Cenſus debebant pretium deponere, ut fuiſſe a S. C. decretatum, tradit idem *Hodiern ad Surd. d. dec.* 165. *n.* 5. *prope fin* & punctualius tradit poſt *Theſaur qu. for. lib.* 1. *qu.* 88. *n.* 4 *Cagnol.* & alios relatos *Leotard de uſur. qu.* 84. *n.* 24. ubi licet ei venditor minime caveat, & depoſito non facto etiam in dicto caſu imminentis evitionis, & non habitæ cautio-
12 nis, ubi rem emptam poſſidet, abſolute tenetur intereſſe conventum ſeu ſibi (ut in caſu noſtro) accollarum ſolvere, ut reprobato *Afflict. dec.* 20. *n.* 5. tradit cum relatis *Urſill. ibidem n.* 7. & 8. *Leotard. d. qu.* 84. *n* 25. & *qu.* 27. *n.* 28 late pluribus congeſtis male in contrarium *ab Hodiern.* ubi ſupra *n.* 10. citatus *Scace. de camb.* §. 1. *qu.* 7. *par.* 2 *ampl.* 8. *a n.* 160. *ad n.* 167. ubi fortiter ſubſtinet hanc opinionem, & pari modo in parte reſolutiva, *Facbin. contr. l.* 2. *cap.* 32. *verſ. contrariam ſententiam, & ſeqq.* qui ab eodem *Hodiern. d n.* 10. fuit citatus in *verſic. altera eſt controverſia*, ubi facit partem obiectivam, & per *Rot.* alioſque recenſitos tradit *Mangil. de eviction. quæſt.* 148 *num.* 41. Imo idem *Hodiern. ibid. num* 15. & 16. declarat ſuam prædictam opinionem procedere, quando Emptor fuit in facto ſpoliatus fundo empto, contra vero ante ſpoliationem, & lite pendente, quia hoc caſu interim tenetur canones ſolvere ex æquitate *d. Leg curabit, ut ibid. n.* 16. *cum Franch. dec.* 373. & *Giurb. dec.* 100. *per tot.* niſi deinde ipſe Emptor in evictione ſuccumbendo ſit condemnatus
13 evincenti etiam ad fructus &c. iuxta prædictos; & facit *Mangil. de evict quæſt.* 179. *num.* 32. & *alibi*.

Circa tertiam Partiram ſcut. 60. ſolutorum Officio Decimarum S. C. S. nulla fuit inter Partes difficultas, cum abunde fuerit doctum apud acta de iure dicti Officii Creditoris, & de ſolutione facta a Parte dictorum Reorum, unde intrat prædicta tetentio ex iuribus prædictis.

Con-

Conceſſimus in quarta Partita iiſdem Reis ſolummodo ſcuta 133. ex ſcutis 153. quæ in dicto primo Inſtrumento ſunt conventa inter Emptorem, & Venditorem ſolvi eidem Emptori in hac ſumma ſcut. 153. quia quoad ſcuta 6. quæ ibidem dicuntur ſoluta dicto Officio Decimarum, iam eis bonificavimus in præcedenti tertia Partira ſcuta 60. dicto Officio, quando in dicto Inſtrumento fuerant accollata ſolummodo ſcuta 50. pro ſolutione eiuſdem Officii, cum additione, vel id quod deberetur; unde cum in facto ſive ante, ſive poſt dictum Inſtrumentum non fuerit oſtenſa maior ſumma eidem Officio ſoluta, fuit cum ſumma iuſtitia conceſſum quantum fuit repertum ſolutum ac debitum. Reliquum vero quod in eodem inſtrumento fuit bonificatum Emptori pro expenſis factis contra dictam Teſtatricem eiuſque fideiuſſores, ac hæredes, cum nullatenus fuerit in proceſſu iuſtificatum, potius gravavit animum fideicommiſſi evertendi, ut ſupra recollectum, quam approbationem noſtram expoſceret ex trita regula, quod Actore non probante Reus abſolvitur, *Leg qui accuſare Cod. de ædend.* 14

Contendebat D. Actor eiſdem Reis etiam bonificationem dictorum ſcutorum 133. ex eo quod non conſtet emptorem de proprio ſoluiſſe RR. Monialibus Sancti Iuliani talem ſummam pro Canonibus dicti cenſus decurſis, ut in dicto inſtrumento aſſeritur, cum partitæ ſolutionum in libro oſtenſo dictarum Monialium non dicant de proprio, quia licet regulariter pecunia præſumatur ſolventis, *Rot. dec. 616 n. 3. par. 3. diverſ. Rota Noſtra lib. mot. 107. p. 321. Menoch præſ. 143. n. 12. lib. 3.* cum aliis apud *Tuſc. litt. S conel. 337. per tot.* fallit tamen ex coniecturis, quæ in contrarium afferantur, *Corn. conſ. 103. n. 2. verſ. ſin autem non apparet Roman. conſ. 3. n. 2. Cravett. conſ. 129. n. 2.* cum aliis apud *Tuſc* ubi ſupra, & ubi ſolutio cantat nomine debitoris, *Maur de ſolut cap 19. n. 15.* quia ſolvens gerat vicem portatoris, *Rot. dec. 296 n. 3. par. 8. rec. & cor. Seraphin. deciſ. 1378. n. 1.* ubi ſatis eſt rem non eſſe claram favore portatoris, & pro coniecturis deducebat defectum mandati, receputarum, imo & propriis libri ſolventis, quo ſit ſcriptus debitor ipſe Dom. Eques Ioannes Compagni, ſeu potius D. Teſtatrix pro quibus legitur facta ſolutio, & Io. Baptiſta Bellini nil eorum habebat in manibus cum de nullo ex eis fuerit doctum in proceſſu, & tandem quia alibi ſcivit exprimere de proprio, unde qui ſcivit exprimere in uno caſu, & non expreſſit in alio, cenſetur conſulto omiſiſſe, *Caſanatt. conſ. 45. n. 23. & ſeqq. & num 162. Mart. Med. examin. 31. num. 12. Rota deciſ. 81. num. 10. & 11. par. 17. recent.* 15 16 17 18 19

Sed quia in facto Ioannes Baptista Bellini in dictis partitis est nominatus in ultima earum, portator simul, ac solvens, & in præcedentibus solummodo solvens, vel non adiecto portatore, vel adiecto, sed alio, retorquentur doctrinæ superius in
20 hac parte relatæ in contrarium, imo adhuc solo portatoris expresso nomine ex coniecturis pecunia eius præsumitur, *Rota post Zacch. de oblig. camer. dec. 7. n. 2. in fin. & n. 3. Gratian discep. 113. n. 58. & discept. 950. n. 44.* & coniecturæ in hoc casu sunt
21 capiendæ secundum maiorem solventis utilitatem ad excludendum adventitium alterius lucrum, *Bald. in Leg. nesennius 36. post n. 9. ff. de negoc. gest.*

Coniecturæ sunt summa gravis, pro qua præsumitur man-
22 datum, *Maur. de salut. cap. 13. per tot.* timor molestiæ creditorum
23 & super bonis præcedenter anno 1635. a Testatore emptis, *Burat. dec. 482. n. 2. & 3.* vicinitas actus emptionis prædictæ subsequentis, quæ ostendit Ioannem Baptistam soluisse ex obiecto emen-
24 di, *Menoch de præsumpt. lib. 1, qu. 28. num. 20.* inde subsequuta
25 emptio declarat præcedentem solutionem dubiam per collectos apud *Barbos. axiom 12 n. 3.* consuetudo describendi cum eadem
26 formula etiam alias solutiones, quæ non controvertuntur factæ de proprio emptoris, *Ciarlin contr. 106. n. 90* confessio D. Equitis venditoris facta in dicto instrumento, quod emptor de pro-
27 prio fecerit dd. solutiones, quæ saltem præbet adminiculum, seu præsumptionem, *Rot. dec. 537. n. 4 par. 5. rec* nam non præsumitur voluisse evertere fideicommissum, ut alteri donaret, sed ut sibi prospiceret.

Quod emptor, seu solvens omiserit exprimere eas declara-
28 tiones sibi favorabiles, quas alias expressit, non nocet quando omissum tacite inest a Lege subintellectum, vigore dictæ regulæ, quæ stat pro eo, unde expressio remanet abundans, nec ullatenus necessaria cauthela, potissimum concurrentibus dictis coniecturis, *Casanatt. cons. 1. n. 55. & seqq. Mart. Med decis. 4. n. 19. & 20. dec. 10. n. 29. dec. 29. n. 15.* sic minus relevat obie-
29 ctata omissio receptarum, & aliarum cauthelarum, cum satis sibi prospexerit in dicto instrumento capiendo bona in solutum, ut ibidem legitur.

Partita quinta scutor. 230. in instrumento secundæ venditionis solutorum dicto Dominico Anselmi nullam passa est inter partes controversiam, adeoque facit cum aliis locum dictæ retentioni ex iuribus supra insinuatis.

In partita sexta dedimus Reis solummodo scuta 8. ex 12. quæ ostendebant soluta Franciscæ Gori vigore susceptæ accollationis

tionis in dicta ſecunda venditione in executionem legati a Teſtatrice facti ad favorem dictæ mulieris. Rario eſt quia in dicto legato ſolummodo ſcuta 8. leguntur ei relicta pro dote, unde ex proprio non ex fideicommiſſi ære hærrs potuit ei dictum legatum augere notis iuribus, & licet in caſu non implementi conditionis hæredi ibidem adiectæ puniatur pœna ſcutorum 50. ad favorem ciuſdem legatariæ, tamen in facto non fuit doctum de non implemrnto ſuper quo inter eam, & hæredem fuerit tranſactum, tanto magis quia pœnatum implemenrum legitur ibi utrique Parti impoſitum, & in omnem caſum de proprio hæres debuiſſet ſolvere dictam pœnam cum ſit adiecta ad finem eius coercendi, *Surd dec. 7. n. 9. & 15.* & ab hoc fine debeat regulari, *Surd d. dec. 7. n. 21* ne pœna rerorquearur in eius odium, ad cuius iniuriam vindicandam eſt ordinara, *Rot. dec. 449. n. 22. p. 5. rec.* cum Teſtator poſſit hæredem eriam in proprio punire, ſeu gravare, dummodo gravamen non ſuperet honorem, *Duran. deciſ. 93. num 2.* 30 31 32

Septima partita ſcutorum 215. quæ a Reis ſoluta diccbantur D. Alexandro Adimari virtute Decreti Magiſtratus Supremi de die 24. Iulii 1643. non habuit ex parte D. Actoris aliud obiectum quam quod intendit conſequi legitima documrnra quierantiæ, & liberationis, ſeu abſolurionis ad favorem dictæ hæreditatis, ſeu fideicommiſſi non ſolum ab hac partita, ſed etiam a prima, ſecunda, & quarta ſuperius ac in Sententia cum eodem ordine expreſſis, una cum iurium ceſſione facta a creditoribus reſpectu illarum ex dictis partiris, pro quibus dicta D. Teſtatrix fideiuſſorio nomine tenebatur, quia privati libri creditorum, quibus ſint deſcriptæ ſolutiones, vel ſolutiones præſumptæ, ſeu coniecturaræ multa poſſunt pati pericula, ac ferte litium ſaltem & expenſarum incommoda, quibus non poreſt, nec debet fideicommiſſum ſubiici; & fuit a nobis exaudiendus, ſimulque exauditus, ut in Senrentia legitur; nam quoad quierantiam licet regulariter quietantiam generalem quis exigere non poſſit, *Tuſc. litt. L. concl 327. per totum Theſaur. dec. 74. per tot* particularis tamen exigi poteſt etiam per inſtrumentum, *Theſaur. d dec. 74 n 2.* ne fortuitis caſibus copia probationis ſubtrahatur, *Tuſc. litt. I. concl. 258. n. 8 & 9. & litt. D. concl. 50. n. 1. 2. 3. & per tot.* & quoad ceſſionem nullum eſt dubium, quod fidriuſſor de proprio ſolvens creditori cogere potrſt ad cedendum ſibi iura etiam adverſus confideiuſſores, *Olea de ceſſ. iur. tit. 4. quæſt. 1. n 6. & tit. 5. quæſt. 1. n. 20.* ſignanter ubi cedenti non nocet, *ibid. n. 5.* & hoc caſu fieri valet etiam ex intervallo, *Rot. dec. 41. n. 3. 4. 12. & per tot. par. 6. rec.* etiamſi ipſe fideiuſſor eſſet principa- 33 34 35 36 37

liter

liter obligatus, quia talis obligatio respicit creditoris, non debitoris, aliorumve favorem *d. dec.* 4*n.* 11. o.

Octava partita respiciens melioramenta, quæ saltem in genere vidimus probata a Reis per alios Testes a prædictis diversos tanquam facta in prædictis bonis emptis non minori ratione, quam cæteræ prædictæ partitæ merebatur eamdem prædictam retentionem
39 eum Gravatus, quem dicti Rei, tanquam singulares successores eriam sine cessione ad hunc effectum retinendi pro melioramentis, representant *Surd. cons.* 183. *n.* 3. *Gratian. discept.* 269. *num.* 23. *Marescott. variar. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 7. *Rota Nostra Lib. Mot.*
40 111. *a* 14. non tenetur fideicommissum restituere, nisi factis detractionibus, & in specie melioramentorum per collectos apud
41 *Fusar. de substit. qu.* 672. *n.* 10. *& per tot.* imo & ipsis singularibus successoribus competit eadem retentio pro melioramentis per eos factis, ubi titulum validum habent, nec tenentur ea compensare cum fructibus, quidquid sit ubi eum sola bona fide absque tituli validitate meliorayerint *Marescott. d. cap.* 112. *n.* 39. *Peregrin de fideicomm. art.* 50. *n.* 65. & cum aliis ita distinguit *Rota Nostra Lib. Mot.* 108. *a* 75. *& 76.* imo *Card. De Luc de fideicom. in summa n.* 333 *&* 334. Testatur verius, & receptius esse hodie
42 quod deficiente expresso Testatoris præcepto faciendæ dictæ compensationis, non sit ei locus, & ubi de præcepto constat, debet esse tale quod non resolvatur in consilium. Et si tales fructus non compensantur cum melioramentis, multo minus cum prædictis
43 creditis, quia in his ultra tituli validitatem, quæ non ex æquitate, sed ex vigore iuris tribuit Possessori fructus, concurrit idem rigor crediti non ex æquitate, sed ex summo iure eidem debiti, ut post plurimos congestos late examinatur, atque concluditur apud *Rotam Nostram Lib. Motiv.* 118. *a* 210. ex quo cadit Actoris obiectum quod cesset retentio ubi intrat dicta compensatio, &
44 creditum ex fructibus perceptis est factum illiquidum ex *Rot. dec.* 223. *n.* 9 *dec.* 62. *n.* 6. *dec.* 298. *n.* 7. *par.* 8. *rec.* cum aliis &c. quæ minus applicantur, quia loquuntur in *Salviano* nimis a re nostra absono ut patet.

Proinde observando inveteratum Rotæ stylum, assignavimus dictis Reis condecentem terminum ad liquidanda, & liquidata habenda dicta melioramenta, simulque tradenda Actori dicta do-
45 cumenta quietantiarum, ac cessinnum ut supra, quo termino elapso, hisque non impletis concessimus D. Actori dictam immissionem præstita fideiussione, tunc cum liquidando contingat, & documenta tradantur respective, seu distributive in unoquoque casu solvendi iuxta *Rot. dec.* 48. *n.* 15. *par.* 7. *& dec.* 216. *per totum par.* 15. *rec. & apud Cavaler. dec.* 86. *n.* 5. aliosque plures.

Con-

Condemnavimus dictos Reos ad reſtitutionem fructuum perceptorum ſolummodo a die motæ litis, quia a tali die conſti- 46
tuuntur in mala fide, iuxta magiſtralem *Deciſ. apud Dunozz. dec* 672. *n.* 2. *& ſeqq.* cui & aliis relatis adhæret *Card. De Luca de fideic. diſc.* 185. *n.* 5. *& late per tot & diſc.* 186. *per tot. & diſc.* 151. *num.* 8. quia ad effectum excuſandi a reſtitutione cœterorum 47
fructuum ante litem motam perceptorum ſufficit bona fides media, nempe excluſio poſitivæ malæ fidei, *Leg. item veniunt* §. *præter hæc ff. de petit. hæredit.* §. *ſi quis a non Domino inſtitut. de rer. diviſ Leg. bonæ fidei ff. de acquir rer. domin.* cum aliis apud eumdem *Card. De Luc. d. dec.* 186 *num* 3 *&* 4. *& per tot. diſc.* 84 *num.* 9. *d. diſc.* 185. *num* 6 *& diſc.* 187. *num* 4. *&* 10. *Rot. Noſtr. lib. motiv.* 110. *pag.* 94 ubi excuſat error iuris, *& lib.* 108 48
pag. 200. & qualis qualis poſſidendo occaſio, *Surd. dec.* 25. *num* 49
6. *& dec* 211. *num.* 7. *Rot deciſ.* 665. *num.* 7. *par.* 2. *recent.* ſignanter quia non principaliter, ſed acceſſorie ad dicta bona 50
petita debentur, *Rot. dec.* 412 *num.* 12. *&* 13 *par.* 19. *dec.* 245 *num.* 35. *par.* 17 *recent.* cum aliis plurimis *in vot* 9. *num.* 3 *& per tot in collect votor poſt deciſ Rembold.* tanto magis quia non conſtitit de exiſtentia perceptorum, ſeu Reorum ex illis lotu- 51
pletatione ante litem motam, iuxta declarationem *Giurb. dec.* 89. *num.* 28. *Rot deciſ.* 42 *num.* 10 *par.* 12. *recent. & cor. Cavaler. dec.* 409. *num* 5. *&* 6. *& cor. Buratt deciſ.* 474. *num.* 6. *& ſeqq. & dec.* 843. *num.* 2. *&* 3. *& ibi Addent. Afflict. deciſ.* 240. *uſque ad n.* 6. *Card De Luca de hæred diſc.* 9. *&* 10. *per tot.*

Diximus hos fructus, quos a die motæ litis Actori conceſſimus, diminuendos eſſe pro concurrenti quantitate prædicta- 52
rum Partitarum (excepta octava) ut ſupra, ad Reorum favorem declaratarum, & a die realis ſolutionis uniuſcuiuſque Partitæ ex auctoritate *textus in Leg. ſi prædium* 16. *Leg. utere* 14. *Cod de præd. & al. reb. minor. &c.* quam ſequitur *Dec. conſ* 18. *num.* 3. *& conſ.* 586. *num.* 7. *Rot. Noſtr. lib. motiv.* 21. *pag* 294. *Gabr. conſ.* 33. *num.* 10. *lib.* 1. *Scacchn. deciſ. Bonon.* 43. *num.* 27. *Leo dec.* 182. *num.* 9. ubi deciditur, quod data nullitate venditionis factæ per Pupillum, ſeu Minorem ſine opportunis ſolemnitatibus, ſi conſtet pretium fuiſſe verſum in utilitatem Ven- 53
ditoris, debet hoc reſtitui Emptori cum uſuris in actu, quo Pupillus rem ab eo recuperat cum fructibus; & declarat in *ead. Leg. Alberic. in fin* ſcilicet cum uſuris, quas Minor &c. præſtaturus eſſet creditoribus ſuis, quibus ex illo pretio ſatisfecit, ſi non ſatisfeciſſet, quod videbatur valde æquum, cum & per nos ipſos iam fuerit ſupra firmatum, quod fructus, ſeu canones Partitarum fructiferarum, Emptori accollatarum a die accollationis 54

fint

sint ab eo solvendi de proprio, claro *text in Leg. si fundus* 13 §. *fin. ff de reb eor. &c. Ruin. cons.* 91. *num.* 2. *lib.* 5. & ex ratione *Leg. curabit Osasch. dec.* 160. *num.* 15. *&* 16. *Caball. cons.* 147. *num.* 24. *lib.* 1. At per *Addent. ad Bald. in d. Leg. si prædium lit. B.* cum authoritate *Cap. ad nostram* 11. *in fin. extr. de reb. Eccles. alien. vel non*, traditur quod Emptor debet esse contentus de fructibus perceptis, ut scilicet eos lucretur: Rei autem prætendebant diminutionem prædictam pro rata omnium Partitarum accollatarum tam fructiferarum, quam infructiferarum, & respectu
55 infructiferarum videbatur obstare prædicta doctrina *Alberic. in d. Leg. si prædium in fine cum d textu in d. Leg. si fundus* §. *fin. Ruin. &c* & his videtur contrariari altera prædicta doctrina *Addent. ad Bald. in ead. Leg. si prædium cum d. Cap. ad nostram*, ni intelligatur quod lucretur Emptor, & sit contentus de fructibus perceptis ante, non post motam litem ex ratione superius insinuata bonæ, & malæ fidei respective: Articulus fuit excitatus in calculo ferendæ sententiæ, ideo consultius satisfactioni Partium, & conscientiæ nostræ putavimus reservare, prout reservavimus nobis facultatem addendi, vel minuendi super prædicta ordinata fructuum diminutione, prout iuris esse dignoscetur in Iudicio liquidationis coram nobis faciendo.

Rei conventi ultro excipiebant, quod Actor ex Testium depositionibus probaretur si non hæres, saltem possessor bono-
56 rum Patris venditoris prædicti, & cum bona Venditoris teneantur eis de evictione, proinde inter regula *Leg. vendicantem ff. de eviction.* ut quem de evictione tenet actio eumdem agentem repellat exceptio, & de inani circuitu vitando, ad *Leg. Dominus testamento ff. de condit. indebit.* aliisque notis regulis.

Fuit per nos responsum posthabita discussione, an vere sit probata d. possessio bonorum Venditoris penes Actorem, quod d.
57 regula non afficit Tertium possessorem, sola reali, non personali actione adstrictum, ut ultra *Barbos. axiom.* 85. *num.* 3. late examinato articulo firmat *Rota Nostra lib. motiv.* 112. *pag.* 467. & iterum *pag.* 616. & alias fallentias late tradit *Tusch lit. E. concl.* 375. *per tot.*

Postremo iidem Rei a dubiis excitatis adacti, circa instantiæ finem porrexerunt coram nobis principalem reconventionis
58 libellum contra ipsum D. Actorem eodem prædicto fundamento innixi, ex ratione, quod reconventio possit intentari etiam coram Delegato, *Peguer. in prax. rub.* 11. *de lit. contest. & reconvent. num.* 18. *Tondut de prævent. par.* 2. *cap.* 58. *num.* 13. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 44. *a princ. usque ad num.* 10. ubi (ut in casu
59 nostro) non debet dedignari Actor illum habere Iudicem contra se,

ſe, quem ipſe impetravit, ſaltem ad effectum prorogandæ Iuriſdictionis, ſi non ad effectum ſimultanei proceſſus, quod eis non obſtat, quia ſatis habent proceſſum unitum, ex quo nituntur iiſdem Iuribus in reconventione, quibus & Actor nititur in conventione, & deducebant *Giurb dec. 2. & dec. 74. per tot* cum aliis, ubi diſcuritur hæc proceſſus unio in pluribus diverſis caſibus; tanto magis, quia ubi reconventio (ut hic) dirigitur ad perimendam conventionem, non dicitur Incidens, ſed anomala excep- 60
tionis naturam aſſumens *Giurb. d. dec. 2. num. 3. Caneer. variar. par. 2. cap. 13. num. 36. cum aliis.*

Viſum tamen fuit nobis totum inapplicabile cum authoritates, & rationes prædictæ non militent in Iudicio appellationis, ſeu reviſionis, in quo verſamur, ſed in ipſa Inſtantia, ſive in delegatione a principio litis, & voluntaria, non neceſſaria neceſſi- 61
tate ſaltem cauſativa (ut hic) pro revidenda ſententia, ut inferius declarabitur.

Reviſio enim pari paſſu ambulat cum appellatione, itaut diſpoſitum in una ſortiatur eumdem effectum, & in altera præter 62
quinque caſus expreſſe exceptos, quos ab aliis ſequutus dinumerat *Iaſon. in Leg. ſi quis adverſus num. 2 Cod. de precib. Imp. offer.* & hæc opinio ambulat ſine controverſia, ut videre eſt apud *Rol. conſ. 94. a num 9. ad 24. & per tot. lib 1. Seace. de appellat. quæſt. 19. remed. 3. num. 24. Cyriac. contr. 183. n. 5. & 6. Amat. reſol. 6. num. 22. & ſeqq. Muſcatel. prax. par. 3. gloſſ. provocare n. 59. Azeved in recompilat. ad Leg. 4 tit. 9. num. 8. lib. 4. Pereir. de reviſ cap. 9. num 1. cap. 17. num. 30. cap. 29. num. 19. cap. 36. num. 14 & cap. 85. num. 2. Bender. de reviſ. concl 10. n. 13. & 14. Capic dec. 28. num 11. Giurb. dec. 30. n. 70. & ſeq. Peregr. dec. 30. num. 3* cum aliorum caterva.

In Iudicio appellationis, quicquid aliqui minus rationabiliter, & ob id ab aliis reprobari dixerint, communiſſime re- 63
peritur receptum, quod reconventio admitti non poſſit, ut cum longa relatorum ſerie tradit *Carleval. de iudic lib. 1. tit. 2. diſp. 7. n* 8. ubi contrarios reprobat *Seace. de appellat. qu. 11. n. 31. Hodiern. ad Surd dec. 26. n. 26. Magon. dec. Lucen. 53. in adnot. lit. B. Tuſc. lit. R. concl 61. n. 20. Honded conſ. 21. n. 14. & 15. lib. 1. Fermoſin. in cap. 2. qu 2. per tot. Extr. de mut. petit.* quia poſt latam Sententiam non eſt amplius reconventioni locus, 64
idem *Seace. de Sent. & re indic. gloſſ. 7. qu. 4. ſpecul. 3. n. 136.* dummodo Sententia ſit definitiva, vel altera, quæ ſit lata poſt 65
litem conteſtatam, quia tunc Iudex non eſt voluntarius, ſed neceſſarius, & debet eſſe voluntarius, ut reconventioni fiat locus, ut infra, nam data appellatione a Sententia lata ante litis conteſta-

teſtationem, bene admitteretur reconventio coram Iudice appellationis, ſi appellationem admitteret, contra vero ſi appellatione reiecta remitteret cauſam ad Iudicem a quo ut punctualiter diſtinguit idem *Seace. de appell. d. qu* 11. *n* 31. *verſ reſtringe ſecundo*, & cum hac diſtinctione conciliat contrarios, *Honded. dict. conſ.* 21. *n.* 15. *lib.* 1. & cum ſimili conciliatione tranſeunt *Larat. conſ.* 92. *n.* 11. *verſ quarto Rota Noſtra lib. mot.* 117. *p.* 466
rationem quidem optimam eſt legere inter cæteros apud *Abb. Panorm. in cap.* 1. *n.* 31. *extr. de mut petit.* nempe quia ubi in
66 dicto caſu Iudex appellationis non remittit cauſam principalem ad Iudicem a quo, ipſe remanet in hac cauſa principali tamquam Iudex a quo, non tamquam appellationis, quia cauſa eſt celebs, ſeu intacta, cum non fuerit ſuper ea pronunciatum, ut ſubobſcure tradit etiam *Marant in ſuo Specul. par.* 4. *diſt.* 6. *num.* 26.
67 & cum hoc caſu Iudex appellationis gerat vices Iudicis a quo ſaltem ex dicta ratione, quia non fuit pronunciatum, ut bene advertit *Cancer. var. par* 2. *cap* 13. *de reconven. n.* 62. *verſic. ſi autem Iudex &c.* nullum eſt dubium, quod coram eo poterit fieri reconventio eodem modo, quo fieri poteſt coram vero Iudice a quo, quia par eſt ſtatus Cauſæ ex utraque Parte tam Actoris, quam Rei, tam conventionis, quam reconventionis; ubi vero ſtatus ſit impar, quia in conventione fuerit pronunciatum, reconventio debet remitti ad ſuum Iudicem ordinarium, ne litigantes
68 ad imparia iudicentur nota *Leg. cum pater* § *evictio ff. de leg.* 2. cum aliis apud *Barboſ axiom.* 16. *n.* 1. & 2. ubi in cunctis ſervanda eſt Actori, & Reo æqualitas, ſcilicet ne Actor in reconventione contra ſe intentata unicum habeat Iudicium unumque Iudicem, quia Sententia Iudicis appellationis ſit inappellabilis, vel ſaltem non admittat omnia ea remedia, quæ competunt adverſus Sententiam Iudicis a quo, quando ipſe Reus in conventione Actoris habuit ſua appellationum remedia prorſus intacta, & hæc prætermiſſis aliis rationibus, quas applicat *Carleval.* ubi ſupra per ſe ad aliam rem traditas, *lib.* 1. *tit* 1 *diſput.* 2. *num.* 1175. & *n* 1226.

Sicut ergo ex his non datur reconventio in Iudicio appellationis, ita nec in noſtro reviſionis ex lutibus in *verſ. viſum tamen &c.* ſuperius exaratis, tanto fortius quia in conventione Actoris triplicirer inocta Sententia noſtra fuit pronunciatum, & in
69 Reorum reconventione numquam, imo prope Inſtantiæ finem ut ſupra coram nobis fuit intentata. Unde non eſt dedignandus Iu-
70 dex quem ſibi quis elegit cæteris paribus, contra vero cæteris imparibus, *Barboſ. d. axiom.* 16. *n.* 1. & melius *axiom* 10. *a num.* 8. *ad fin.*

Imo

Imo quando reviſio non procederet cum iuribus appellationis (quod negatur ut ſupra) adhuc non eſſet locus reconventioni, quia ut reconventioni ſit locus duo copulative requiruntur; Primum quod ſolus Actor elegerit Iudicem, quia eſt communiter reprobata opinio, quod coram Iudice de conſenſu Partium electo detur reconventio, *Tondut. de præv. par. 2. dict. cap. 58. n 13. verſ. in hac quæſtione &c. Villalob. in verbo reconventiò, Rot. Noſtr. lib. mot. 64. p. 213.* ſecundum quod ſponte elegerit, & non ex neceſſitate ſaltem cauſativa propter iniuſtitiam, quam ſibi invito putet factam eſſe, ut punctualiter cum *Leg. cum Papinianus Cod de ſent. & interloc.* hæc ſic qualificata requiſita concurrere debere firmat *Fermoſin in cap. 2. ſeu fin. quæſt. 2. num. 8. extr. de mut petit.* & magis obſcure faciunt etiam nonnulli ex ſupetius laudatis. In præſenti autem caſu neutrum ex his requiſitis concutrit; non primum, quia licet Actor impetraverit reviſionem, Iudices tamen non fuerunt dati ad eius ſolam electionem, ſed de conſenſu Partium, ut eſt notorium, & de notoriis Iudex poteſt capere informationem etiam in Camera, *Dunoz. iun dec. 846. num. 8. Mantic. de tacitis lib. 16. tit 17. n 2. Gratian. diſcept. 442. num. 8. Beltram. ad Ludoviſ. dec. 224. num. 7. in fin. Surd conſ. 371. n. 45.* Non ſecundum, quia & ex ipſa impetratione, & ex ſerie facti hucuſque indicata pluſquam ſatis conſtat, quod impetravit reviſionem ex neceſſitate ſe ſe ſubtrahendi a præiudicio illius ſententiæ, quam revideri petiit.

Et ita utraque &c.

Aſcanius Venturinus Rotæ Audit.
Æneas Cavalcanti Rotæ Audit & Relat.
Sebaſtianus Marinus Rotæ Audit.

DECISIO XXII.

FLORENTINA SUCCESSIONIS.

12. *Septemb. 1692. ex L. M. 133 p. 586 cor. Aud.* SEBASTIANO MARINI.

ARGUMENTUM.

Liber dicitur ſuſpectus de falſo ex lituris, vel alterationibus numerorum, ex quibus illi fides denegatur. Fideicommiſſum caducatur ob præmorientiam ſubſtituti: Maſculi per duplex medium fœminium an & quando non veniant appellatione deſcendentium maſculorum.

SUMMARIUM.

1 *Superviventia illius perſonæ, a qua deſumitur purificatio vocationis eſt concludenter probanda.*

2 *Liber evadit ſuſpectus de falſo ex alterationibus, lituris ſuperinductionibus, & mutatione numerorum.*

3 *Maxime quando in loco raſuræ aliquid ſcriptum, vel litera accomodata fuerit.*

4 *Scripturæ adulteratæ in die non creditur nec in anno. Amplia etiamſi adulteratio appareat facta per errorem, quia ſicuti fuit erratum in die, ita potuit errari in anno.* n. 7.

5 *Suſpicio falſitatis in civilibus habetur pro falſitate.*

6 *Præſertim quando agitur de vitio viſibili.*

8 *Libris omnimoda fides denegatur, ubi de aliquo errore redarguitur.*

9 *Alteratio Scripturæ recenter facta tribuitur ei, in cuius commodum cedit.*

10 *Sacerdotis depoſitio ad concludendum tempus mortis habet vim duorum teſtium. Præſertim iuncta morte deponentis, vel aliis adminiculis ibidem.*

11 *Clauſula* mihi Notario cognitus *requiritur in recognitione fidei ex reformatione Pauli V.*

12 *Declara talem reformationem non extendi extra Diſtrictum Urbis. Item declara talem conſtitutionem non habere locum, quando de huiuſmodi notitia conſtat ex coniecturis.* n. 14. *Et quando ceſſat ſuſpicio ſuppoſitionis perſonæ, quæ eſt finalis diſpoſitionis.* n. 15. *Et dicitur ceſſare ſuſpicio ſtante primordio veritatis, quod ſcilicet perſona illa eſſet in loco.* n. 16. *Item ex quo agatur de Civitate non multum ampla, & civium numero repleta.* n. 17 *Item ex quo agatur de recognitione atteſtationis Religioſi Conventus in quo parvus numerus reperitur.* n. 18 *Item ex quo agatur de Religioſo aeferente Crucem ſatis amplam in veſte, & pallio* n. 19. *Item ex quo recognitio facta fuerit non in abſcondito, ſed in loco publico, & in officio Notarii.* n 20. *Item ex quo recognitioni interfuerunt teſtes nobiles.* n. 21. *Item ex quo poſtea in loco recognitionis deceſſerit teſtis cuius fides fuerit recognita.* n. 22.

13 *Notarius de iure communi non tenetur partes agnoſcere.*

23 *Negativa probanda eſt per concludentes probationes, itaut omnis poſſibilitas excludi debeat.*

24 *Demonſtratio falſa præſertim in cortice verborum non alterat diſpoſitionem. Cæmeterium in uno loco, alibi Campus Sanctus appellatur prout Romæ, Piſis, & Florentiæ ibidem.*

25 *Fideicommiſſum caducatur per præmorientiam ſubſtituti, & bona remanent libera penes gravatum.*

26 *Def-*

26 *Deſcendentium maſculorum appellatione quando agitur de cognatis veniunt maſculi etiam per duplex medium fœmininum. Et quando ſecus* n. ſeqq *& ſignanter* n. 42.

27 *Contemplatio agnationis militat etiam in fœminis reſpectu familiæ viri, & reſultat ex repetita maſculinitate.*

28 *Item ex parte conditionali, in qua contemplantur ſoli maſculi ex maſculis ibidem.*

29 *Non autem maſculi ex fœminis.*

30 *Amplia quod nec veniat fœmina immediate deſcendens ab ultimo maſculo.*

31 *Maſculus ex fœmina non venit appellatione deſcendentium maſculorum ſtante clauſula in ſtirpes, & non in capita, & de ratione.*

32 *Vocatio fœminarum, & deſcendentium ab eis in certo caſu arguit excluſionem in aliis.*

33 *Teſtator ubi in primis ſubſtitutionibus vocavit deſcendentes maſculos ex maſculis, ſi in ſequenti ſimpliciter vocaverit deſcendentes, adhuc intelligitur de maſculis.*

34 *Ratio eſt quia tunc non agitur de repetitione maſculinitatis, ſed de declaratione verbi* deſcendentes.

35 *Maſculinitatis repetitio inducitur ex coniecturis tam in familia propria Teſtatoris quam aliena.*

36 *Una eſt coniectura clauſula* come ſopra.

37 *Maxime iuncta alia* in omnibus, & per omnia.

38 *Qua ſtante vocati in inferiori ſubſtitutione cenſentur ſubrogati in locum primorum.*

39 *Et parificantur ſubiecta abſque ulla penitus differentia.*

40 *Item alia eſt coniectura repetitionis maſculinitatis omnimoda ſimilitudo, & convenientia verborum unius, & alterius ſubſtitutionis.*

41 *Item abſurdum quod melioris eſſent conditionis deſcendentes ex linea minus dilecta aliis deſcendentibus ex prædilecta.*

43 *Agnatio conſiderata in deſcendentibus maſculis non poteſt cenſeri repetita in ſubſtitutione deſcendentium maſculorum ex fœminis, ſed ſola prædilectio maſculinitatis.*

44 *Amplia non obſtantibus dictionibus relativis, quæ tunc repetunt ordinem ſuccedendi tantum, non etiam qualitates ſubſtitutorum.*

45 *Limita quando relatio fit ad præcedentia cum clauſula* in omnibus, & per omnia.

46 *Maior eſt ratio vocandi fœminas primorum inſtitutorum de linea prædilecta, quam aliarum de ordine inferiorum minus dilecto.*

47 *Fœmina vocata vita naturali durante tantum, excluduntur omnes eius deſcendentes.*

48 *Maſculus ex fœmina non admittitur etiam in defectum maſculi ex maſculo, & in concurſu extranei quando deficit illius vocatio.*

INdicto de menſe Auguſti 1649. concurſu creditorum Dom. Raphaelis de Bonmatteis, qui die 4. Septembris immediate ſequentis mortuus eſt, dum Cauſa poſt plurium annorum decurſum ad expeditionem properaret, comparuit ſub die 13. Maii 1652. Dominus Sixtus De Adelgais, uti Maritus, & legitimus Adminiſtrator D. Catharinæ Filiæ, & Donatariæ Univerſalis D. Michaelis Vieri, & prætendens per prædeceſſum D Raphaelis Bonmattei, ad eiuſdem Michaelis favorem fuiſſe purificatum fideicommiſſum a D. Maria de Bettis in eius ultimo Teſtamento ordinatum, petiit propterea excorporari bona, de quibus agitur, uti eidem fideicommiſſo ſuppoſita, & ad docendum de eius bono iure, ultra documenta vocationis, & identitatis bonorum, ut de purificatione quoque appareret, produxit fidem mortis Raphaelis Bonmattei ſequutæ, ut dictum eſt, 4. Septembris 1649. & atteſtationem Caroli Taracchiæ publici Notarii, & Cancellarii Hoſpitalis maioris Mantuæ aſſerentis, quod in libris primi Hoſpitalis apparebat ibi acceſſiſſe infirmum Michaelem de Vieriis Militem Cohortis D. Capitanei Gaſparis Borignani die 16. Decembris 1649. & die 24. eiuſdem menſis obiiſſe.

Sed Creditores admirantes fortaſſe huiuſmodi Inſtantiæ tarditatem, & propterea veritatem temporis mortis Michaelis Vieri ulterius inquirentes adinvenerunt anno præcedenti 1648. eius obitum adnotatum in libris prædictis, prout ex fide in Proceſſu fol. 57 & 59 qua propter aliam fidem ab eodem Taracchia reportarunt tenoris ſequentis. *Cum olim ex rogitu meo apparere teſtatus ſim ex libro Militum infirmorum penes me in Archivio Hoſpitalis Magni Mantuæ exiſtente ſub num. 122 acceſſiſſe infirmum ad prædictum Hoſpitale ſtrenuum Militem D. Michaelem Vierium ex Etruria natum ſub die 16. menſis Decembris 1649. die vero 24. eiuſdem menſis, & anni ex hac vita migraſſe. Nunc vero ſtante fide collateralis Viadoriæ Urbis prædictæ fidem facio, & atteſtor ſupradictum Dominum Vierium acceſſiſſe ad prædictum Xenodochium die 16 Decembris 1648. & die 24. eiuſdem menſis, & anni, hanc cum meliori vita commutaſſe, nam per dictam fidem D. Collateralis clare diſcernitur error ſcribendo ſuper librum antedictum introitum, ſeu annum per meum anteceſſorem, & ita &c.*

Quia patet in actis exhibita *Proc. fol* 61. Domina Catharina Actis illico agnoſcendo veritatem liti renunciavit, ut *in Proc. fol.* 67. notificando omnibus creditoribus renunciationem prædictam ut in Proc. fol. 60. & propterea Cauſa ulteriorem non habuit

buit progreſsum, ſed bona fuerunt aſſignata creditoribus ad ratam propri crediti iuxta illorum anterioritatem, & porioritatem.

Defunctis autem ram D. Sixro De Adelgais 9. Iulii 1667. quam D. Catharina 23. Martii 1681. coniugibus, D. Eques Perrus Franciſcus eorum filius irerum ſub die 2. Auguſti 1684. aleam rentavit coram Supremo Magiſtraru contra filios minores D. Philippi Caſtellani, & alios tertios Poſſeſſores ab illis cauſam habentes, & nulla facta mentione prioris Iudicii in Curia Mercatorum, cui per D. Catharinam fuerat renunciatum, narrando ob præmorientiam D. Raphaelis Bonmattei fideicommiſsum D. Mariæ de Bertis eſse purificatum in perſonam D. Michaelis Vierii eius avi Materni, ſibique proprerea deberi immiſſionem in bonis, de quibus agitur, tanquam hæredem D Catharinæ filiæ, & Donatariæ univerſalis dicti quondam Michaelis, ſub die 3. Iulii 1685. Sentrentiam immiſſionis reportavit, cum ſubſequuta poſſeſſione, iiſdem hæredibus de Caſtellannis condemnaris ad præſtandam evictionem bonorum tertiis Poſſeſſoribus in quos pridem ab eorum Authoribus fuerant alienata, *Proc. fol 69.*

Verum cum ad noritiam eorumdem DD. De Caſtellanis perveniſſet, quod Michael Vierius vere, & realiter prædeceſſiſſet Raphaeli Bonmarreo, recurſum habuerunt ad Sereniſſimum porrectoque ſupplici libello obtinuerunt ſub die 2. Decembris 1686. eidem Supremo Magiſtrarui Cauſæ reviſionem commirri, iuxta Vorum Rorale terminan.

Quapropter ſemel, atque irerum fuerunt datæ literæ remiſſoriales, ad effectum recognoſcendi per Periros unanimirer eligendos librum *Viadoriæ*, nec non libros Hoſpitalis maioris Mantuæ in quibus duplici in loco reperiebatur adnotata mors dicti Michaelis Vieri, utrobique in aliqua ſui parte viriata, & abraſa, cum alia literarum ſuperinductione, atque exhibitis proceſſibus remiſſorialibus, aliiſque iuribus ad fundandam eorum intentionem opportunis. Tandem D. Eques de Adelgais, muraro rirulo immiſſionis, qui uti Matris hæredem fovebar, iure proprio, urpore comprehenſus in fideicommiſſo prædicto pro maſculis ex fœminis inſtituto, eamdem immiſſionem prærendere cæpit. Sed re mature perpenſa unanimirer reſponſum fuit pro reintegratione DD. de Caſteilanis, & liris conſortium ad poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur.

Quod enim attinet ad primum cum D. Eques de Adelgais fundaret ſuam intentionem in ſupervivenria D. Michaelis Vierii, eo quod D. Raphael Bonmattei illi predeceſſiſſet ad effectum radicandæ vocationis in perſonam Dominæ Catharinæ Aviæ renebatur dictam ſupervivenriam plene, & concludenter probare, ut ex

Alex. conſ. 27. n. 7. circa med. lib. 7. Corn. conſ. 119. n. 2. lib. 2. reſpondit *Rot. cor. Gregor. dec. 228. n. 1.* quæ eſt 222. *poſt ſecundum volum. conſ. Farinacc Ubald. dec. 178 n. 5. & in recent. deciſ. 264 n. 50 par. 5. & dec. 199. n. 8. par. 17. Card. De Luc. de beneſic. diſc 22. n° 6. & de fideic. diſc. 11. n. 15. Anſald. de commerc. & merc. diſc. 4. n. 8.* quod nedum factum non fuiſſe, ſed ex morte Vierii ante Bonmarteum liquido apparebit.

Conſtat enim ex utroque Proceſſu remiſſoriali in Archivio dicti Magni Hoſpitalis Mantuæ duos libros reperiri alterum incipientem 2. Auguſti 1648. & finientem ſub die 13. Iulii 1649. alterum vero exordientem a die 16. Auguſti, & terminantem 28. Octobris 1652. utrumque intitulatum *Soldateſca inferma in primo lib. fol 41. t. ſub num* 195. apparet infraſcripta partita &c. adì 16. nempe Decembris 1648. *Michel' Vieri Soldato di Porto adì 24. Dicembre 1649. morſe debito* 3. 14. „ e contra vero legitur *adì 27. Febbraio 1649 il contraſcritto pagò l.* 3. 14.

Et quo ad hanc partitam notatur in Proceſſu remiſſoriali *fol. 49. che in vicinanza al 9. ultimo n. del 1649. vi era un' otto, quale è ſtato raſo, e che in quanto al debito di l. 3. 14 queſto n. 4. è ſtato aggiuſtato ſopra il num. 2. conoſcendoſi ciò dalla diverſità dell' inchioſtro* quod expreſſe convincitur quia introitus in Hoſpitali remanet in eodem libro in ſuo eſſe, minimeque alteratus ſub die 16 Decembris 1648. ac legitime, & ſecundum naturalem ordinem partitarum interpoſitus ſub ſuo legitimo numero 195. & ſolutio debiti apparet ſub die 27. Februarii ſequentis anni 1649.

Partita autem deſcripta in ſecundo libro anni 1649, cui nititur Actor, ſic reperitur concepta, *adì 16. detto 122. Michel' Vieri Soldato del Preſidio di Porto venne la mattina adì 20. detto morì*, & e contra adnotatum reperitur, *adì 22. Febbraio 1650. pagò il Sig. Capitano l. 3. 12.*

Quo ad hanc partitam notant Periti in Proceſſu remiſſoriali fol. 49 r. „ ibi „ in quantò all' altra annotazione cavata dal „ ſecondo libro immediatamente ſeguente a quella del numero „ 121. e la prima delle due ſegnate col num. 122. abbiamo pure veduto, & oſſervato, che nell' aggiunta ſotto di eſſa fatta „ in quanto al giorno della morte, e che ora ſi legge „ a dì „ 20. detto morì, ſi vede raſo il numero 4. che accompagnava il „ detto numero due, e che il zero poſto appreſſo il detto n. 2. „ è piccioliſſimo, e fatto con differente inchioſtro, e nella ſe„ guente forma fuori di riga il num. 20. per renderlo più chia„ ro è ſtato poſto nel primo margine della detta partita pure „ di differente inchioſtro, ed il num. di ſol. 12. debito oltre le

„ lire

„ lire tre, è tagliato per traverſo con un ſegno, come abbia-
„ mo poſto di ſopra. „

Quare cum ex dictis duobus libris appareat Victium bis fuiſſe mortuum, bis eadem die 16. Decembris infirmaſſe, & ad Xenodochium acceſſiſſe iunctis alterationibus, & lituris ſuper inductionibus, & mutatione numerorum, tamquam ſuſpecti de falſo, totum librum inficiuor nedum partitas prædictas, ut aperte ex *Text. in cap licet ad reprimin. verſ. quinta de crimin. falſ. cap. cum olim de privileg. & in cap cum venerabilis de religioſ. domib. & in cap. inter dilectos §. inſtrumentum de fid inſtrum.* firmat *Soccin. in cap ex conſcientia n.* 16. *& ſeqq. de crimin. falſ. Farinace. quæſt.* 150. *n.* 334 potiſſimum quando in loco raſuræ eſt aliquid ſcriptum, vel aliqua litera accomodata, ut conſuluit *Bertazzol. conſ. crim* 143. *num.* 7. *&* 8. 2 3

Nec dicatur, quod ſecunda Partita, in qua ſuam intentionem fundat Actor non ſit adulterata in anno, ſed tantum in die, nam ad hoc ut credatur ſcripturæ neceſſe eſt, quod ſit ſine aliqua ſuſpicione, ut in *Leg. fin. Cod. de Edict. D. Adrian. toll. & in Cap cum edeo, & Cap ad audientiam de reſcript.* Præterquamquod dicebant Informantes huiuſmodi ſecundam Partitam eſſe additam poſtea, ut deſumitur ex duplicato numero marginali, & ideo fuiſſe alteratum diem, ne appareret omnino ſimilis alteri deſcriptæ anno 1648. prout etiam alterati fuerunt numeri ſolidorum ad eumdem effectum; & ad tollendam fidem ſcripturæ in civilibus ſola ſuſpicio falſitatis haberur pro falſitate, *Surd. conſ.* 132. *n.* 61. *& ſeq. Cyriac. contr.* 410. *in fin. lib* 3. *Rot. cor. Gregor. dec.* 546. *n.* 11. & ibi *Add. num.* 17. *Ottobon. dec.* 29. *n.* 88. præſertim quando agitur de vitio viſibili, prout in caſu noſtro, *Cavaler. dec.* 205. *num.* 10. *Viu. dec.* 81. *num.* 3. *lib. pr.* quod procederet etiamſi dicta cancellatio, & ſuperinductio alterius caracteris fuiſſet facta per errorem, quia ſi in die fuit errarum, etiam in anno potuit errari, *Rot. cor Gregor. deciſ.* 70. *num.* 2. *& ibi Add. Celſ. dec.* 406. *num.* 7. *in recent. dec.* 436. *num* 15. *& dec.* 473. *num.* 18. *& ſeqq. par.* 9. *Add. ad dec.* 345. *n.* 87. *& par.* 9. *recent.* Et regulare eſt, quod quando liber de aliquo errore redarguitur, omnimoda fides illi denegatur, *Card. De Luc. de credit. dec.* 78. *n.* 15. *Rota cor. Dunozett. iun. dec.* 677. *num.* 3. *in recent. dec pr. num.* 9. *&* 10. *par.* 6 4 5 6 7 8

Nec dicatur, quod prima Partita anni 1648. reperiatur ſcripta ſuper alia Partita caſſa, & abtaſa, ut deponunt Periti d. fol. 49. „ ibi „ *che quella è ſcritta ſopra un' altra annotazione raſa, e caſſa inſieme con alcune lettere nel primo margine di eſſa, che per quanto abbiamo potuto comprendere, dicevano* „ *per errore* „ quia

10-

totum contrarium ſuadet id, quod ſi prima Partita erat caſſa, & pariter delecta erant verba illa *per errore*, ſignum eſt evidens, quod emendato errore, Partita, quæ legitur ibi mortis Michaelis Vierii debebat apponi.

Quod expreſſe convincitur ex Partita libri Viadoriæ, ubi adnotabatur mors eiusdem Vierii de anno 1648. & quæ oſtenſa Taraechiæ Notario, retractationi eius fidei, & in actis exhibita, renunciationi litis cauſam dedit, præſertim eum tunc temporis ageretur de facto recenti, & per triennium ante ſequuto, facillimum fuiſſet per Teſtes, & alia Documenta tempus mortis præciſum probare, ſed detecto errore, Actores acquieverunt, & Tarachias ſe retractavit conſcius facti, cuius notitia apud nos eſt in obſcuro.

Quinimo augetur ſuſpicio, ex quo de tempore præſenti eriam liber Viadotiæ adulteratus remanſit, ut deponunt Periti fol. 49. „ ibi „ ma abbiamo veduto, & oſſervato, che il nu„ mero ultimo di detto milleſimo è ſtato alterato, conoſcendoviſi „ il numero 8. imbrogliato, però con inchioſtro, e penna dif„ ferente, con aver tirato l' occhio ſuperiore del detto numero „ 8. e tiratovi ſotto due piccole linee, ſicchè a prima veduta „ pare piuttoſto un numero 5, tanto ſono piccole le code ri„ poſte al d. n. 8., oltrechè d numero quando foſſe ſtato fatto „ per un 9. non è mai uniforme a moltiſſimi altri che ſi vedono „ ſopra il detto libro, fatto di mano del prenominato Sig. Silva, „ cioè coll' occhio beniſſimo apparente, e coda lunga, come il „ ſeguente 9. „ Cuius alteratio cum reperiatur facta modernis temporibus, nam de tempore prioris Iudicii non aderat, præſu-
9 mitur facta ab eo in cuius commodum cædit, *Gratian. diſceptat. 262. num. 37 & ſeqq. & in addit. ad deciſ. March dec. 84. num. 3. Gait. de credit. cap. 2. tit. 8. num 3056 Surd. conſ. 512. num. 6. Conciol. alleg. 91. num 19. & reſol. criminal. verb. falſum reſol. 6. num. 1. & ſeqq. Sanz de re crimin. constr. 47. n. 13.*

Minuſque refragatur oppoſitio, quod iſte liber Viadoris non probet, ex quo multoties ex libro Maſſatolæ appareat tempus mortis militum variatus per aliquot dies ante, vel poſt, quia huic libro tantum detulit Taraechias, ut erroneam in eius concurſu reputaverit Partitam deſcriptam in libro Hoſpitalis, tamquam libro publico, & a publico Officiali retento: Et cum iſte liber retineatur ad effectum habendi nomina militum, quibus ſtipendia perſolvuntur, & in eo adnotetur ſolutio, parum intereſt, quod per duos, vel tres dies aberraret a vero tempore mortis, cum per menſem aberrare non poſſit, ex quo ſi Miles eſt mortuus, eiectus, vel fugam arripuit, ex eo apparet, quod illi amplius

non

non perſolvitur ſalarium, & Collateralis, cum erogantur ſtipendia, ſumit informationes quid evenerit de milite non comparente, & ſecundum Relationes habitas notat in libro, in quo numquam docebitur variatio per menſem integrum, nedum per annum, ut eſſet in caſu noſtro.

Non merebatur autem allegari, quod D. Silva Collateralis, ſeu Viador fuerit Vir malæ famæ, & proinde a ſervitio electus, quia præterquamquod contrarium probant atteſtationes in Actis exhibitæ, numquam fuit doctum, quod ipſe falſitates commiſerit, pro quibus fuerit ab officio remotus, & admiſſo etiam quod talis eſſet, hoc comprobaret intentionem DD. de Caſtellanis, quia adulteratio, & falſitas eſt commiſſa in dicto numero 8. illum in 9. vertendo, cum de cætero prima Partita careret omni ſuſpicione, ut deponunt Periti fol. 49. t. „ L' annotazioni poi fatte „ ſopra il libro ſopranominato tenuto dal Viadore Giovanni de „ Silva ſono ſcritte tutte da una ſteſſa mano, e carattere, & in „ conſeguenza anche la ſopra regiſtrata, levata ſotto il num. 117 „ coll' annotazione, che ſi legge nel ſecondo margine di eſſa, „ ove s' eſprime il giorno della morte „

Quinimo ſubdunt Periti „ Che con tutta diligenza abbiamo „ oſſervato tutte, e ciaſcuna delle Partite, o ſiano Annotazioni „ contenute in detti due libri dello Hoſpedale, e di non averne „ vedute alcuna di raſe, e caſſe, come queſta, ſopra la quale è „ ſtata ſcritta quella del libro primo al num 195., ma bensì alcune caſſate con un ſegno a traverſo, ma però talmente, che „ ſi poſſano chiaramente leggere „

Prædictis omnibus accedit atteſtatio Patris Ioannis Coſmæ Montelatici Clerici Regularis Miniſtrantium Infirmis deponentis „ Come Michele di Cammillo Vieri di Fitenze ſtato per ſoldato „ nella Fortezza di Porto di Mantova, e che paſsò a miglior „ vita nello Oſpedale generale di detta Città verſo la fine dell' „ anno 1648, e fu ſeppellito nel Campo Santo, come veddi „ cogl' occhi proprii, ritrovandomi in quel tempo in Mantova „ nel Convento di San Tommaſo della mia Religione, & aſſiſtente ordinariamente alla morte degl' Infermi di detto Oſpedale „ quæ depoſitio Religioſi Sacerdotis plurimum pollet ad concludendum tempus mortis, & habetur loco duorum Teſtium, iuxta *gloſſ. in Cap. Monachus 77. diſtinct. Rot. dec. 171 num. 17. par. 10 & dec. 101 num 16. par. 12. recent. Rocc. ſelect diſput. 117. num. 10. vol. 2.* præſertim iuncta morte eiuſdem Religioſi, *ad text. in Leg. fin. Cod. de teſt Rot. dec. 312. num. 8. par. 9. & dec. 224 num. 11. par. 17. recent.* atque aliis adminiculis, *Rota cor. Carill. dec. 68. num. 12.*

Quam

Quam debilitare non valent oppositiones in medium allatæ, quod
11 videlicet in eiusdem fidei recognitione facta in Civit. Viterbii, non appoſuerit clauſulam *mihi Notario cognitus*, omnino neceſſariam, iuxta Reformat. Tribunalium Urbis s. m. Pauli V. impreſſa poſt *Rudolp. in prax. fol. 689. n. 37. v. Notarii non audeant*, quia Reformatio præ-
12 dicta eſt localis, & non extenditur ad alias Civitates extra diſtrictum Urbis, *Ciroc. diſcept. 53. num. 30. verſic. & licet*, *Rota cor. Merlin. dec. 558. num. 2. & ſeqq.* repetita *in recent. dec. 149. par. 6.* cum alias de Iure Communi Notarius ob impracticabilita-
13 tem aliter contrahendi, & præſumptionem veritatis Partes contrahentes agnoſcere non teneatur, iuxta theoricam *Bald. in rubr. Cod. de fid. inſtrum. num. 21. & ſeqq.* quam late reaſſumit *Gratian. dec. March. 116. & diſcept. 497. num. 4. Dom. Anſald. de commer. diſc. 24. num. 10. & ſeqq. Rota dec. ſ. 62. num. 1. & ſeqq. par. 6. recent.* & in omnem caſum Conſtitutio prædicta non habet locum
14 quando ex coniecturis appareat Notarium habuiſſe illorum notitia, ut reſpondit *Rot. d. deciſ. 149. num. 1. par. 6. recent.* quia cum emanaverit ad obviandum fraudibus, quæ facillime in Urbe propter multitudinem forenſium committi poſſent, quoties de per-
15 ſonæ ſuppoſitione ceſſat ſuſpicio, ceſſat per conſequens cauſa finalis diſpoſitionis, adeout illa locum non habeat, ut habetur in *dicta dec. 149. num. 5. par. 6. recent.* alias *Merlin. 558. Ciroch. diſcept. 53. num. 30. verſ. & licet.*

16 Argumenta ex quibus ceſſat perſonæ ſuppoſitio ſunt, in primis, quod Pater Ioannes Coſma de tempore dictæ recognitionis reperiebatur Viterbii, ut ex Partitis extractis ex libris dicti Conventus, & ſic habemus primordium veritatis; ſecundo, quia
17 Civitas Viterbii non eſt adeo ampla, & Civium conferto numero repleta, quod facillime Notarii non poſſent cognoſcere
18 omnes habitantes in ea; tertio, quia in Conventu dictorum Religioſorum parvus numerus reperitur, adeout ſit facillimum illos
19 ſingillatim cognoſcere; quarto, quia iidem Religioſi ad differentiam cæterorum Regularium deferunt Crucem ſatis amplam in veſte,
20 & pallio, ex quo excluditur omnis prætenſa perſonæ ſuppoſitio, ſignanter, quia recognitio non fuit facta in abſcondito, ſed in loco publico, & in Officio Notarii, & propterea non eſt veriſimile, quod in habitu regulari, & ab aliis adeo contradiſ-
c tincto, perſona ſuppoſita auderet per Civitatem, & in locis pu-
21 blicis perrranſire; quinto, quia dictæ recognitioni fuerunt in Teſtes adhibiti D. Paulus Victorius Fanus Nobilis Viterbien. & D. Franciſcus Salendius Notarius publicus, quarum perſonarum
22 legalitas omnem fraudis ſuſpicionem aufert; ſexto, quia in eadem Civitate Viterbii ſequuta eſt mors dicti Patris Ioan. Coſmæ

de

de menſe Maii 1657. & ſic triennio poſt dictæ fidei recognitionem, quare impoſſibile prorſus erat, quod dictus Notarius eumdem pluries non viderit, & recognoverit, quæ ad abundantem fint dicta, cum de cætero ſufficiat Conſtitutionem eſſe localem, & Notarium de Iure Communi non teneri in rogitu Contrahentium cognitionem adnotare.

Nec minus altera relevat oppoſitio, quod videlicet Pater ſe aſſerat aſſiſtentem de tempore factæ atteſtationis ordinarie infirmis prædicti Hoſpitalis cum de cætero de menſe obitus dicti Michaelis talis non eſſet, quia omiſſo, quod vis, & ſubſtantia atteſtationis in eo conſiſtit, quod viderit illum mortuum ſepelire, quam non poſſunt infringere accidentalia; Reſpondetur pluribus modis; Primo quia iſti Patres tenentur ex eorum inſtituto infirmis, & moribundis aſſiſtere, & eis Sacramenta miniſtrare, & propterea denominantur Miniſtri Infirmorum, & licet ad pernoctandum in dicto Hoſpitali deputetur ſemper alternis menſibus Sacerdos prædictæ Religionis, non inde ſequitur, quod alii etiam non accedant ad exercenda opera pietatis, & propterea dictus Pater de Montelaticis non dicit quod permanebat in Hoſpitali, ſed in Cœnobio „ ibi „ ritrovandomi in quel tempo in Mantova nel Con„ vento di S Tommaſo della mia Religione, & aſſiſtente ordi„ nariamente alla morte degl' infermi di detto Hoſpedale „ notando dictionem illam „ *ordinariamente* „ quæ latine reddita importat *frequenter*, *vel ut plurimum*, & ſic, quod ipſe de illo tempore non erat addictus illi ſervitio, ſed quod frequenter morituris aſſiſtebat, diluitur etiam obiectum, eo quod Pater deputatus ad aſſiſtendum poteſt ſibi aſſumere cum licentia Superioris alterum ex dictis Religioſis ſibi bene viſum, qui non adnotatur in libro deputationis, ut ex atteſtationibus eorumdem Patruum fol. 170. Quare cum omnes iuxta Religionis Inſtitutum teneantur aſſiſtere infirmis, vel quia dictus Pater Io. Coſma potuit eſſe Socius, & Adiunctus Ordinario aſſiſtenti, huiuſmodi negativa non aſſiſtentiæ probari debuerat per plenas, & concludentes probationes, alias eadem invate non poteſt, *Card. De Luca de regal. diſc.* 14 *num* 3 *de regular. diſc.* 8. *n.* 4. *Rot. dec.* 158. *num* 6. *par.* 13. *dec.* 44. *num.* 4. *par.* 17. *recent.* ita & taliter, ut omnis poſſibilitas in contrarium excluderetur, *Card. de Luca de benef. diſc.* 94. *num.* 12. *de Iudic. diſc.* 32. *num.* 65. *Rota coram Gregor. dec.* 42. *num.* 4. *&* 5. *& dec.* 510. *num.* 1. 23

Contemnendum autem reddebatur aliud obiectum, quod videlicet dictus Pater Io Coſma depoſuerit vidiſſe ſepelire dictum Michaelem Vierium defunctum in Campo Sancto dicti Hoſpitalis, cum tamen ibi dictus Campus Sanctus non reperiatur, quia de-

no-

nominatio particularis, & falsa demonstratio, præsertim in cor-
24 tice verborum non alterat dispositionem, si enim non appellatur Campus Sanctus, appellabitur saltem Cœmeterium, vel quovis alio nomine, ubi mortui sepeliuntur, & sic a Patre usurpatur, quia Romæ, Pisis, hic Florentiæ, ubi Pater prædictus natus erat, & alibi ita denominatur.

Excluſa igitur purificatione fideicommiſſi in perſonam Michaelis Vierii, utpote Raphaeli Bonmatteo præmortuo, fruſtra modo nititur Dominus Eques Petrus Franciſcus de Adelgais conſequi Fideicommiſsum ex propria vocatione, tamquam maſculus ex fœmina, & quidem per duplex medium fœminiuum; Quia Domina Maria Teſtatrix inſtitutis ſibi hæredibus Angelo filio, & Raphaele ex Franciſco alterio filio nepore, iiſque ad invicem ſubſtitutis, caſu quo illorum alter decederet ſine filiis, & deſcendentibus maſculis, prohibuit omnem, & quamcumque alienationem, ut bona perpetuo conſervarentur in ſuis hæredibus inſtituris, & ſubſtitutis; Deficiente autem linea maſculina dicti Angeli, & Raphaelis, ultimo maſculo ex lineis prædictis ſubſtituit filias, & deſcendentes fœminas utriuſque lineæ in ſtirpes, & non in capita, cuiusliber ipſarum vita naturali tantum durante. Quibus omnibus defectis vocavit Catharinam propriam filiam ſi tunc temporis vitam duceret, ſin minus eius filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales „ *fra quali e ne quali* (ſunt verba præciſa Teſtamenti) *induſſe il fidecommiſſo, e proibizione d' alienazione di che ſopra in tutto, e per tutto*. Mortuis itaque primis hæredibus inſtitutis ſine filiis, prout etiam Catharina filia Teſtatricis, nec non Michaele eius filio, cum eadem Catharina ſubſtituta Raphaeli ultimo maſculo prædeceſſe-
25 rit, & Raphael ſupervixerit Michaeli filio dictæ Catharinæ, in quo extincta eſt eius linea maſculina, utique per prædeceſſum ſubſtituti caducatum eſt fideicommiſſum, & bona remanſerunt libera penes eumdem Raphaelem ultimum gravatum, quæ abſque vinculo fideicommiſſi tranſire potuerunt in quemcumque hæredem, vel ſucceſſorem, *Leg. cum pater* §. *libertis ff. de legat.* 2. *Bartol. in Leg. qui ſolidum* §. *fin. ff. eod. Rot. dec.* 203. *in princ. & in fin. par.* 2. *recent. cor. Triolo dec.* 604. *num.* 22. *& in Romana, ſeu Florentina Fideicommiſſi 6. Martii* 1684. §. *ſed bona, quæ prius coram Rondinino*.

Nec obſtat, quod in caſu, quo Catharina adhuc non viveret, vocati ſint eius filii, & deſcendentes maſculi, quorum favore ordinatum fuit perpetuum, & ſucceſſivum fideicommiſſum, quo caſu licet Michael filius Catharinæ mortuus fuerit ante Raphaelem, adhuc fideicommiſſum duret in perſonam Dom. Equitis

Petri

Petri Franciſci filii Catharinæ iunioris, quando enim agitur de cognatis appellatione deſcendentium maſculorum, veniunt etiam 26
maſculi ex fœmina, & quidem per duplex medium fœmininum, *Fulgoſ. in conſ.* 85. *Larrea dec.* 34. *n.* 70. *De Luca de fideic. diſc.* 28. *n.* 5. cum aliis allegati.

Quoniam indubitanter apparet Teſtatricem reſpectu Angeli, & Raphaelis invitaſſe filios, & deſcendentes maſculos ex maſculis in primo ordine ſubſtitutionum, quia inſtituendo filium maſculum, & nepotem ex filio maſculo, filioſque ac deſcendentes maſculos in infinitum ex eis, illorum agnationis conſervandæ votum habuiſſe cenſetur, ex quo matres quamvis fœminæ in maritorum familias translatæ tamquam proprias reſpiciendo earum- 27
dem conſervationem anhelant, adeout tantum maſculi ex maſculis invitati cenſeantur, *Decian. conſ.* 127. *n.* 25. *& per tot. lib.* 3. *Gabriel. conſ.* 116 *per tot. Caſtill. contr. iur. cap.* 29 *n.* 2. *lib.* 3. *& cap.* 133. *n.* 15 *lib.* 6. *Larrea dec. Granát.* 34. *n.* 50. *Card. De Luca de fideic. diſc.* 11. *n.* 6. *& diſc.* 26 *n.* 6. *& diſc.* 27. *n.* 5. *Rota Flor. lib. mot.* 113. *p* 4. § *ſeptimo loco*, & admittit ipſemet pro maſculis ex fœminis acerrimus propugnator, *Bellon. iun. conſ.* 73. *n.* 1. 2. 18.

Quod ad evidentiam colligitur ex parte conditionali, ubi conſideratur defectus lineæ maſculinæ, & rurſus fit ſubſtitutio fœminarum ab ultimo maſculo dictarum linearum, ex quibus optime declaratur, quod in præcedenti parte diſpoſitiva ſolummodo contemplati fuerant maſculi ex maſculis, in abſoluta appellatio- 28
ne lineæ maſculinæ comprehenſi, *Card. De Luca de fideic. diſc.* 28 *n.* 10. *& ſeqq. Palm. nep. alleg.* 92. *n.* 33. *& alleg.* 168. *num.* 18. *Venturin. conſ.* 25. *n.* 74. 97. *& ſeqq. Modern. Addent. ad Ramon. conſ.* 17. *n.* 14. *&* 15. *Rot. dec.* 369. *n.* 1. *par.* 15. *& deciſ.* 134. *n.* 19. *par.* 17. *rec.* nec verificati poterant in maſculis ex fœminis, tamquam de linea maſculina fœminæ, non autem de linea 29
maſculina hæredum inſtitutorum, *Menoch. conſ.* 205. *n.* 19 *Carol. Ant. De Luca de linea legali art.* 16. *n.* 47. *Rot. coram Bich deciſ.* 661. *n.* 12. *& dec.* 95. *n.* 6. *par.* 11. *& dec.* 402. *n.* 1. *&* 2 *par.* 12. *rec.* quinimo nec ipſemet fœminæ immediate deſcendentes ab 30
ultimo maſculo comprehenderentur ſub abſoluta vocatione lineæ maſculinæ, ut articulo plene diſcuſſo firmat *Dom. Ureeol. conſ.* 60 *per tot. Venturin. d. conſ* 25. *n.* 23. *& per tot. Rot. Flor. lib. mot.* 113. *p.* 1. *Card. De Luca de fideic. diſc.* 232. *n.* 3. *de teſtam.* 89. *n.* 17. *Rot. dec.* 269 *n.* 3. *par.* 15. *rec.*

Altera etiam accedente conſideratione deducta ex vocatione filiorum, & deſcendentium Teſtatricis in ſtirpes, & non in capita, ex qua clauſula aperte convincitur excluſio maſculi ex fœ- 31

mina, cum ex ea repreſentationem importante filius non poſſet repreſentare Patrem extraneum, & ex Teſtatricis Iudicio inſucceſſibilem, ut ad excludendum maſculum ex fœmina ponderat *Cephal. conſ.* 581. *n.* 17.

Et ulterius Teſtatrix, ut magis eius voluntas poneretur in claris circa vocationem maſculorum ex maſculis tantum, & reſpectivam excluſionem fœminarum, ac deſcendentium ab eis, defecta omnino linea filiorum, ac deſcendentium, permiſit eaſdem
32 temporaliter ſuccedere tantum quoad viverent, volens, ut in earum vita fideicommiſſi progreſſus ſuſpenderetur, ex qua quidem particulari, & taxativa diſpoſitione apparet, quod fœminæ, vel earum deſcendentes aliis in caſibus, & temporibus Iudicio Teſtatricis cenſerentur excluſæ, *Decian conſ.* 127. *num.* 25. *verſic. præterea vol.* 3. *Peregrin. de fideic art.* 26. *n.* 21. *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 312. *n.* 4. *Altograd. conſ.* 89 *n.* 7. *& n.* 28. *& ſeqq. lib.* 2. *Rota dec.* 203. *n* 5. *& dec.* 217. *n.* 2. *par.* 2. *& deciſ.* 135. *n.* 5. *par* 5. *& dec* 126. *n* 3 *par.* 7. *rec. & in d. Roman. ſeu Florent. Fideicomm.* 6. *Martii* 1684. § *alterum nec levius argumentum.*

Poſita autem vocatione maſculorum ex maſculis in priori
33 parte Teſtamenti, & ſubſtitutionum, Iure quidem infertur ad poſteriorem, in qua Teſtatrix illis defectis ſubrogavit, quatenus Catharina filia predeceſſiſſet, eius filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales „ fra quali, e nei quali induſſe il fide„ commiſſo, e proibizione di alienazione di che ſopra in tutto, „ e per tutto „ quippe cum proprie non agatur, de repetenda qualitate maſculinitatis ſuperius eſpreſſa, & inferius omiſsa, ſed de declaranda Teſtatricis voluntate, quod nempe appellatione deſcendentium maſculorum vocaverit tantum maſculos ex maſculis,
34 quæ declaratio facilius inducitur quam repetitio *Ancharan. regien. qu. familiar. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 14. *Ioſeph. de Roſa conſ.* 169. *num.* 183. *&* 185. *Camuncula dec.* 31. *n* 38 *Peregr. de fideic. art.* 26. *n.* 18 *Redenaſc. conſ.* 10. *n.* 54. *Altograd. iun. contr.* 94. *n.* 95.

Quæ quidem Teſtatricis voluntas circumſcripta etiam con-
35 templatione agnationis in priori habita ſubſtitutione, adhuc ex coniecturis elicitur, itaut maſculinitas ex maſculo nedum comprehenſa, ſed etiam repetita cenſeatur, ſive ſubſtituti ſint de propria, ſive de aliena familia *Cornea in Leg. pr. Cod. de condit. inſert. Caſtill contr. lib.* 3. *cap.* 29. *n.* 19. *circa fin. & n.* 24. *& lib* 6. *cap.* 133. *n.* 12. *verſ. ſic quoque Bellon. iun. conſ.* 73. *num.* 4 *Gabriel. conſ.* 116. *n.* 12. *vol.* 2. *Decian. conſ.* 127. *n.* 9. *lib* 3. *Rot. deciſ.* 237. *n.* 2. *par.* 5. *rec. Palm Nep. alleg.* 230. *num.* 12. *verſ. nec ad inducendam Peregr. de fideicom. art.* 26. *n.* 18. *Carena reſolut.* 237. *n.* 3. *add. ad Buratt. dec.* 272. *n.* 21. *Card. De Luca*

de

de fideicom. diſc. 27. n. 4. verſ. inſiſtebant, & diſc. 28. numer. 6.

Rem autem claram, & manifeſtam reddit clauſula illa „ in „ tutto, e per tutto, come ſopra„ cum ſola dictio *ut ſupra* re- 36
petat conditiones, & qualitates ſuperius expreſsas, ac ſi dictum fuiſset maſculis ex maſculis, vel per lineam maſculinam, exequationem, & parificationem terminorum importans *Leg. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. Iaſ. conſ. 108. n. 21. & 22. vol. 3. Honded. conſ. 78. n. 20 & 41. lib. pr. Gratian. diſcept. 575. n. 36. & ſeqq. Carena reſol. 237. n. 5. Burſatt. conſ. 227. n. 29. lib. 3. Surd. dec. 319. n. 8. Camuncul. dec. 31. n. 44. Menoch. conſ. 274. n. 18. & lib. 4. præſumpt. 84. n. 13. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 16. verſ. dictiones iſtæ & n. 108. verſ. & ex his infertur, & art. 29. n. 17. Altograd. Iun. contr. 94. n. 67. Rot. cor. Buratt. deciſ. 272. n. 6. ibique adden. n. 20. in rec. dec. 179. n. 12. par. 6. dec. 95. n. 25. par. 11. dec. 274. n. 8 par. 12. dec. 81. num 10. par. 16. Priol. deciſ. 314 n. 5. & 6. Rieb. dec. 252. n. 12. & dec. 307. n. 7. & in Romana, ſeu Florentin. Fideicommiſſi 6. Martii 1684. cor. Rondinino §. tum quia*, & bene in terminis quod ſtante dictione *ut ſupra* excludantur maſculi deſcendentes per duplex medium fœminarum, *Card. De Luca de fideicomm. diſc. 28. n. 12.*

Concurrente præcipue alia clauſula *in omnibus, & per omnia* 37
adeo operativa ut per illam cenſeantur repetitæ omnes, & quæcumque qualitates, & inductum idem fideicommiſsum, *Surd conſ. 412. n 29. Gratian. diſcept. 946. n. 1. Menoch. conſ 220. n. 94. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 5. n. 65.* adeout vocati in inferiori ſubſtitutione cenſeantur ſubrogati in locum priorum vocato- 38
rum *Grat. conſ. 6. n. 12. circa fin. & n. 13. in fin. lib. 2. Berrett. conſ. 74. n. 30. & 31.* effrenatio enim huius dictionis efficit, ut ea complectantur, quæ alias non comprehenderentur, ideoque poſita inter duo ſubiecta æque neceſsario repetit totam ſubſtantiam, 39
& qualitatem abſque ulla penitus differentia ad *Text. in Leg. 2. §. furioſus ubi Bald ff. de iur codicill. DD. in Leg. pr. ubi Iaſ. n. 20. Alex. n. 9. ff. de legat. 1. Mart. par. 1. clauſ. 61. num. 3. & per tot. Barboſ. clauſ. 67. n. 2. & 4. Rube. ſingul. tom. 2. par. 4. clauſ. 435. per tot. Cyriac. contr. 292. n. 47. Rot. cor. Coccin. dec. 1469. n. 7. & dec. 8. n. 7. par. 2. diverſ. deciſ. 429. n. 2. par. 2. & dec. 16. n 22. par. 17. rec.*

In id collimat patiter ſimilitudo, & convenientia verborum, 40
quibus Teſtatrix tam in prima, quam in poſterioti ſubſtitutione vocavit filios, & deſcendentes maſculos reſpective ſubſtitutorum, quamobrem firmato, ex prædictis, quod in præcedenti ordinatione fideicom. reſtringeretut ad maſculos ex maſculis, valida deſumi tur coniectura, quod illud idem voluerit in ſecunda arguendo ab una

ad aliam ſubſtitutionem quos ex clauſulis ſupra relatis voluit Teſtator patificari, & pro eiſdem omnimodo haberi, *ad Text. in Leg. qui filiabus* 17. *ff. de legat.* 1. *Redenaſc. conſ.* 10. *n.* 54. *Cephal. conſ.* 581. *n.* 13. *Peregr. de fideic. art.* 25. *n* 48. *verſ. qua ratione Altograd. iun. contr.* 94. *n* 94.

Atque in hanc Sententiam eo libentius deſcenſum fuit, quia dato contrario intellectu incluſiouis maſculorum ex fœminis in ſecunda ſubſtitutione, utique reſultare potuiſſet conſiderabile abſurdum, quod alias melioris eſſent conditionis deſcendentes ex filiabus fœminis Catharinæ minus dilectæ, quam Angeli, & Raphaelis prædilectorum, qui remanerent excluſi licet proximiores, & de meliori linea, illi vero invitati, quamvis de linea minus
41 dilecta, quapropter ea ſumenda venit interpretatio, quæ abſurdi remotionem importet, & menti Teſtatricis iurisque diſpoſitioni magis congruat, repetendo videlicet qualitatem maſculinitatis ex maſculis, ad *Text. in Leg. publius* §. *pr ff. de condit. & demonſtrat. Leg ſi viva mater C. de bon. matern. Bald. conſ.* 40. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 172. *n.* 29 *Curt. iun. conſ* 35. *n.* 2. *Cephal. conſ* 581. *n.* 32. *Caren reſol.* 237. *n.* 4 *Altoorad. ſen. conſ.* 80. *n.* 77. *lib.* 2. *Altograd. iun. contr.* 94. *n.* 79. *Rota in dicta Romana ſeu Florent. Fideicom.* 6. *Martii* 1684 *cor Rondinino* §. *alias reſultaret.*

Et his omnibus accedit ponderatio, quod admittendo maſ-
42 culos ex fœminis per duplex medium fœmininum voluntas Teſtatricis omnino in incertum, ac in ſtirpes, & perſonas prorſus incognitas deferretur, adeout in mente concipere non potuiſſet in quas ſtirpes ſeu lineas eius fideicommiſſum eſſet progreſſurum, quia ex pluribus fœminis in diverſas Familias inſertis, variis Viris nubentibus tractu temporis novi maſculi, & ſic deinceps ex aliis fœminis in aliam Familiam translatis, naſcerentur; Ex quo etiam ſucceſſivis
43 temporibus ad probandam deſcendentiam, & proximitatem undique inextricabilia orirentur litium diſſidia, quod profecto non evenit in maſculis ex maſculis immediate deſcendentibus a prima fœmina, qui ulterius propinquiora obtinent iura ſanguinis, ac magis participant de agnatione, & prædilectione Teſtatricis, ut ratiocinatur *Menoch conſ.* 878. *n.* 19. *&* 20 *Card. De Luca de fideicom. diſc* 28. *n.* 8. *Rota dec.* 218. *n.* 17. *par.* 11. *& dec.* 233. *n.* 13. *& ſeqq. par.* 14. *rec.*

44 Nec ullius momenti viſum eſt Motivum ex adverſo deductum a diſparitate rationis inter unam, & alteram ſubſtitutionem, arguendo quod licet in prima ſubſtitutione fuerit a Teſtatrice proſpecta agnatio in propriis filiis, ac deſcendentibus maſculis eorumdem, hæc tamen prorſus deficiat in ſecunda parte, in qua vocando filiam fœminam, & eius filios, ac deſcendentes maſculos,

los, per quos tamquam cognatos, & de extranea familia cum agnatio conſervari non potuerit, profecto dicatur volita tantum qualitas maſculinitatis, & habita prædilectio ſexus maſculini etiamſi maſculus ex fœmina deſcendat ex *Bellon. iun. conſ.* 72 & 73. & aliis &c. ex hoc etiam inferendo, quod clauſulæ relativæ ſuperius expreſſæ repetant quidem ordinem ſuccedendi, non autem priores qualitates in ſubſtitutis, *Priol dec.* 283. *n.* 2. & 5. 43 44

Quoniam omiſſo, quod ex coniecturata mente Teſtatricis contrarium ex ſupra deductis apparet, præſertim quia cum inferiores ſubſtitutiones eſſent omnimode regulandæ ad inſtar priorum, in quibus fuit proſpecta agnationis conſervatio, & ideo volita maſculinitas ex maſculo, ex eo etiam in ſubſequentibus dicerentur deſideratæ eædem qualitates, cum nulla intercedat aſperitas, quod etiam in vocatis de aliena Familia potuerint a Teſtatrice demandari, prout demandatæ videntur, referendo poſteriorem ad priorem ſubſtitutionem agnatitiam, ex cuius propria natura, ac ordine ſuccedendi tantum maſculi ex maſculis admittuntur, ut ponderat *Rot in d. Romana Fideicommiſſi* §. *& quatenus cor. b. m. Rondinino.* 45

Adhuc DD. viſum fuit inevitabile fundamentum, quod obiectum ad ſummum procedere poſſet, non exiſtentibus dictionibus relativis, vel illa tantum *ut ſupra*, *vel ordine ut ſupra*, in quibus terminis locum habent Doctores allegati. Secus vero in caſu noſtro, in quo Teſtatrix ne de cœtero ſuper repetitione prædicta dubitari contingeret, eius voluntatem expreſſit per illa prægnantiſſima verba *come ſopra in tutto*, *e per tutto*, quibus niſi vis inferatur, negari non poteſt, quod omnes, & quaſcumque qualitates reperant, atque enixam præbeant Teſtatricis voluntatem vocandi etiam in ſecundo ordine tantum maſculos ex maſculis, *Menoch. conſ.* 220. *n.* 94. *Surd. conſ.* 412. *n.* 29. cum cœteris ſupra laudatis.

Minuſque conſiderabilis apparuit altera reſponſio, quod ſicuti ultimus deſcendens maſculus ex lineis primorum inſtitutorum foret gravatus teſtituere fœminis ab eo, vel ex eis deſcendentibus, quoad viverent, ita eadem ſubſtitutio ex efficacia ipſarum clauſularum conferretur repetita in poſteriori fideicommiſſo inſtituto in deſcendentia Catharinæ filiæ Teſtatricis favore deſcendentium ex ultima fœmina: Tum quia maior adeſt ratio pro fœminis primorum inſtitutorum, quæ erant de linea prædilecta, & proximiores Teſtatrici, quam illorum de ordine inferiori minus dilecto, & quorum vocatio in remotiſſimum tempus eſſet collata, *Rota dec.* 49. *n.* 4. *par.* 13. *dec.* 296. *n.* 12. *par.* 17. *recen. & in d. Romana, ſeu Florentina Fideicommiſſi* §. *nec generalitas.* 46

Tum etiam quia quatenus etiam concederetur repetitio fideicommissi in fœminis ultimi masculi de linea inferiori, attamen longe a casu nostro res distaret, quia cum fœminæ in prima substitutione earum vita tantum naturali durante invitentur, nos vero versemur in masculo ex fœmina, qui etiam data restrictiva, & temporali admissione fœminæ eius auctricis, adhuc venire non posset, cum ea mortua fideicommissum amplius non progrederetur in masculum eius descendentem, ex quo in priori relata
47 substitutione isti excludantur, ut prosequitur *Rota in d. Romana, seu Florentina Fideicommissi* §. *ideo quatenus*.

Atque ex prædictis corruit etiam, quod masculi ex fœmina admissio facilior evadat, ex quo non habetur concursus cum masculo ex masculo, sed iis omnibus defectis agatur solummodo ad exclusionem extranei, & contra expirationem fideicommissi; præmissa namque forte procederent, si non constaret de positiva eorumdem exclusione ex recensita perpetua vocatione masculorum
48 ex masculis, & distincta, ac restricta fœminarum temporali substitutione quoniam tunc semper, & omni tempore ex Testatricis Iudicio etiam omnibus masculis defectis excluduntur, *ad Text. in Leg. cum ita* §. *in fideicommisso ff. de leg.* 2. *Venturin. in cons.* 25. *n.* 121. *& seqq. Rota cor. Buratt. dec.* 272. *n.* 15. *& seqq. & decis.* 454. *n.* 2. *& dec.* 203. *n.* 5. *& seqq. & n.* 8. *& dec.* 217. *n.* 3 *& seqq. par.* 2. *rec. & in dict. Romana Fideicommissi* §. *neque admissionem cor. Rondinino*.

Et ita utraque &c.

Ascanius Venturinus Rotæ Audit.
Sebastianus Marinus Rotæ Aud. & Relat.
Ioseph Urceolus Iudex Delegatus.

DECISIO XXIII.

FLORENTINA ANNUÆ PRÆSTATIONIS

29. *Iulii* 1695. *lib. mot.* 135. *p.* 11. *cor. Aud.* ALEXANDRO BELLUZI.

ARGUMENTUM.

ONus Legatario, seu Fideicommissario particulari in Testamento impositum repetitum censetur etiamsi postea in Codicillis in alium conferatur Legatum, seu particulare Fideicommissum.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Revocatio in Codicillis onerum appoſitorum in Teſtamento proban-da eſt concludenter .*
2 *Et revocatio facta cenſetur quoad ea , quæ exprimuntur , ita ut cætera firma maneant .*
3 *Verba generalia non revocant , quod de neceſſitate verborum non venit .*
4 *Ex revocatione particulari alia omnia cenſentur confirmata , & re-petita .* ut num. 7. 17.
5 *Ademptio ab uno non extenditur ad alium ei ſubſtitutum .*
6 *Teſtator legando in Codicillis non intelligitur in dubio receſſiſſe a priori voluntate .*
8 *Verba Codicilli referri debent ad aliam cauſam etiam dubiam , po-tius quam ad revocationem Teſtamenti .*
9 *Onus in Teſtamento appoſitum non dicitur revocatum per novam etiam diſpoſitionem in Codicillis , diſtingue , & declara* ut n. 10. 11.
12 *Retentum onus exiſtimatur etiam in relicto facto eidem perſonæ quo-ties reſultant coniecturæ ex verbis Diſponentis .*
13 *Onus non cenſetur revocatum ſi in eo adiiciendo quis uſus eſt verbis geminatis , & prægnantibus .*
14 *Diſpoſitio in Codicillis per verba relativa ad Teſtamentum repetunt conditiones adiectas in primo legato ad ſecundum eidem perſonæ relictum .*
15 *Dictio & de ſui natura ſtat ampliative , & augumentative .*
16 *Dictio ſolum appoſita variationi factæ in parte excludit variatio-nem in cæteris .*
17 *Quæ diſpoſita erant in Teſtamento expreſſe in Codicillis non mu-tata , cenſentur in iisdem repetita .*

Ominus qu. Alamannus ultimus ex maſculis Nobilis Familiæ de Romulis inſtitutis in Teſtamento hæredi-bus Dom. Portia, Eliſabeth, & Margharita neptibus ex fratre , inter cætera eiſdem neptibus reliquit Ius præſentandi ad Beneficia Iutiſpatronatus Familiæ, ad quod poſt eatum obitum invitavit cuiuslibet ea-rum lineam maſculinam , & dictis lineis defectis tres deſcenden-tias maſculinas, videlicet Dominorum Bandini , & Nicolai de Panciaticis, nec non Dom. qu. Senatoris Guglielmi de Altovitis ſub formis ibi deſignatis, præcipiendo in fine diſpoſitionis , quod aperto iure præſentandi ad favorem filiorum , & deſcendentium maſculorum dictarum eius Neptum , & poſtea ad favorem trium Familiarum iam recenſitarum, is, qui pro tempore iuxta ordinem præſcriptum poſſidebit Ius præſentandi ad dicta Beneficia teneatur

ſol-

ſolvere annuas præſtationes debitas Beneficiatis ad illa præſentaris „ *volendo* (ut ſunt verba Teſtamenti) *che ſiano queſti tenuti conſervare in tutto, e per tutto gli Eredi, e Poſſeſſori dei beni di detto Sig. Teſtatore che foſſero in quel tempo, e per i tempi avvenire, della ſoddisfazione, pagamento, & adempimento di tali obbligbi, e carichi ſopra detti Benefizi eſiſtenti, & aſpettanti al detto Signor Teſtatore, ſuoi Eredi, e Succeſſori* „

Consolidata ob ingreſſum in Religionem alterius ſororis hæreditate prædicta in Dom. Portia ſucceſſive nupta Dom. Marchioni de Rubeis, & in Dom. Margharita collocata Dom. March. Manfredi de Maleſpinis, & inter eas diviſa cum oneribus, eadem D. Marchioniſſa Portia in eius ultimo Elogio, inter cœtera inſtituit Fideicommiſſum particulare, ſignanter ſuper bonis Bacchereti hæreditariis dicti qu. Domini Alamanni, ad quod vocavit Marchioniſſam Margharitam ſororem, & poſt eam eius filios, & deſcendentes maſculos ordine primogenituræ, & dicta linea, & deſcendentia defecta, lineam maſculinam Dom. qu. Senatoris Franciſci de Altovitis, & illa extincta, Dom Alphonſum de Altovitis, eiuſque filios, & deſcendentes maſculos, ſervato in omnibus ordine Primogenituræ, & poſtremo contingente extinctione omnium dictarum linearum, ſubſtituit Cauſam Piam cum onere Miſſarum, & Orationum pro defunctis, & deinde per modum voluntatis, & regulæ generalis iniunxit omnibus vocatis præceptum infraſcriptum, videlicet „ *Et ordina, vuole, e comanda, che qualunque dei predetti Chiamati, che pro tempore terrà, e poſſederà li ſuddetti beni di Bacchereto ſia tenuto, e deva anno per anno pagare, e ſodisfare tutti gli aggravi, e carichi che vi ſono, e tra gli altri lire cinque di piccioli ogni anno all' Opera di S. Romolo di Fieſole, ſtaia ſei di grano, e barili tre di vino poſto in Firenze a quello, che pro tempore goderà il Canonicato del Duomo di Fieſole di Caſa Romoli &c.*

Poſtmodum tamen eadem Dom. Marchioniſſa Portia in Codicillis revocavit in omnibus, & per omnia diſpoſitionem factam ad favorem Sororis, & eius filiorum de Maleſpinis, & ſeparata a Fideicommiſſo particulari prædicto medietate Domus Florentinæ in eo præcedenter incluſa, illam reliquit filio minori dictæ March. Margharitæ, & bona Bacchereti reliquit ordine Primogenituræ in Teſtamento deſignato filiis, & deſcendentibus maſculis dicti quond. Dom. Senatoris Franciſci de Altovitis, nulla facta mentione oneris ſolvendi dictas præſtationes, de quibus in Teſtamento.

Unde aperto nuper per obitum dictarum Dominarum Sororum de Romulis Iure præſentandi ad Canonicatum Cathedralis Feſulanæ de patronatu Familiæ de Romulis, ad favorem Dominorum de Maleſpinis filiorum dictæ Marchioniſſæ Margharitæ, Dom. Senator

Simon

Simon de Altovitis, uti Tutor Dominis Equitis Guglielmi quond. Dom. Senatoris Franciſci fideicommiſſarii, poſſeſſoris dictorum bonorum Bacchereti petiit coram Supremo Magiſtratu declarari, onus annuatim ſolvendi dicto Canonico præſtationem debitam frumenti, & vini in totum ſpectare, & pertinere ad dictos de Maleſpinis poſſeſſoris Juris præſentandi, & ſucceſſive eos teneri ad relevandum dictum Dom. Equitem de Altovitis ab omni præterita & futura ſolutione dictæ præſtationis ad formam Teſtamenti iam inſinuati dicti Domini Alamanni de Romulis; Cauſaque nobis ad referendum commiſſa, poſt acrem diſcuſſionem concordi voto retulimus, dictos Dominos de Maleſpinis fuiſſe, & eſſe abſolvendos a petitis, prout latius in noſtra Relatione continetur.

Pro reſolvenda controverſia, plures fuerunt excitatæ inſpectiones; & primo, an onus ſolvendi annuatim ſtaia ſex frumenti, & cadox quatuor vini Canonico Feſulano pro tempore iniunctum a Domina Marchioniſſa Portia futuris pro tempore poſſeſſoribus bonorum Bacchereti in Teſtamento, cenſeatur necne non ademptum, ſeu repetitum in Codicillis, ubi dicta bona fuerunt relicta Dom. de Altovitis, nulla dicti oneris habita mentione, & fuit affirmative deciſum.

Quandoquidem revocatio in Codicillis onerum appoſitorum in Teſtamento eſt probanda a Dom. de Altovitis, & per probationes, quæ concludant de neceſſe, *Natt conſ.* 466. *num.* 7. *Rot. cor. Buratt. dec* 167 *num.* 6. *&* 7. quæ ſane concludens, & neceſſaria probatio non viſa fuit reſultare ex revocatione diſpoſitionis facta in Teſtamento, favore Dom. March. Margharitæ, & eius filiorum, quantumvis emiſſa in Codicillis per verba generalia, & prægnantia, cum ea reſtringantur ab adiunctis, nempe a perſona Dom. March. Sororis, & filiorum, itaut non intelligatur revocatum, niſi quod in eorum favorem erat diſpoſitum, *Altograd conſ.* 83. *num* 31. *lib* 1. *Caſtill. quotid. lib.* 4 *cap* 21. *num.* 51. *&* 73. *Ottobon dec.* 190 *num.* 3. & circumſcriptis auctoritatibus ſatis id convincit ocularis inſpectio verborum dictæ revocationis, quæ ideo trahi non poteſt ad ulteriorem revocationem præcepti generaliter facti in Teſtamento futuris poſſeſſoribus bonorum Bacchareti, ut ſolvant annuam præſtationem Canonico Feſulano, quod comprehendit non ſolum Dom. de Maleſpinis, ad quos eſt reſtricta revocatio facta in Codicillis, ſed cæteros vocatos in Teſtamento, & inter eos Dom. de Altovitis, ut de ſe patet, & facit, quod verba etiam generalia non revocant quod de neceſſitate verborum non venit, *eod. Rot. cor. Buratt. ibid n.* 5 *Rot. dec.* 347. *num.* 2. *par.* 14. *&* *dec.* 472. *num.* 5 *par.* 5. *rec.* ubi quod ex revocatione particulari potius alia omnia cenſeantur con-

1

2

3

4

confirmata, & repetita, & quod ademptio ab uno non extenda-
5 tur ad alium ei ſubſtitutum, *Peregrin. de fideicom. artic.* 18. *num.* 33. ubi dat exemplum *De Luc. de fideicomm. diſc.* 127. ubi fuerat revocata inſtitutio, & *num.* 10. concludit non cenſeri propterea revocatam ſubſtiturionem factam primo inſtituto, & *dict. deciſ.* 347. *par.* 14. *per tot.*

Et licet opponeretur etiam quoad Dominos de Altovitis cenſeri revocatam diſpoſitionem teſtamentariam, ex quo in Codicillis
6 Domina Marchioniſſa ex integro dicta bona eis legavit, tamen Teſtator etiam legando in Codicillis non intelligitur in dubio receſſiſſe a priori voluntate, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 12. *tit.* 1. *n.* 11. & fortius quia cum in fideicommiſſo inſtituto in Teſtamento contineretur etiam medietas Domus, quam deinceps ſeparare voluit, & relinquere liberam filio minori Domini Marchionis Manfredi de Maleſpinis, ad favorem illius, ac Dominorum de Altovitis, quibus bona Bachereti erant remanſura, declaravit in Codicillis ſuam voluntatem, ut unum relictum ab alio diſtingueret, atque omnem circa ea ambiguitatem removeret, non autem, ut diſpoſitionem teſtamentariam in cæteris favore Dominorum de Altovitis habetet pro revocata una cum diſpoſitione favore Dominorum de Maleſpinis, quod repugnat verbis eiuſdem
: revocationis limitatæ, imo videtur repugnare etiam verbis eiuſdem diſpoſitionis codicillaris collatæ in dictos de Altovitis „ ibi „ „ variandoſi ſolo le perſone, e levandoſi la detta metà di Caſa „ quæ potius confirmationem primæ diſpoſitionis, quam novam, &
7 independentem diſpoſitionem important *Cyriac. contr.* 168. *num.* 5. 6. 7. & 8. ſuffecit autem rem eſſe dubiam, & verba Codicilli
8 poſſe referri ad aliam cauſam, quam ad omnimodam revocationem
: teſtamenti, ut firmat *Buratt. in* *ſæpe repetita dec.* 167. *a num.* 23. *per totum* 25.

Verum quatenus etiam admitteretur diſpoſitionem explicitam in Codicillis favore Dominorum de Altovitis, fuiſſe novam diſ-
9 poſitionem, adhuc non diceretur ademptum, & revocatum onus annuæ præſtationis appoſitum in Teſtamento.

Primo quia quidquid ſit, an non ademptum regulariter cenſeatur, quando in Codicillis relinquitur eidem eadem res, ut vi-
10 detur velle *Peregr: art.* 16. *n.* 49. *verſ. credo ſic reſolvi poſſe*, quem refert, & ſequitur, & eius Sententiam comunem appellat *Caſtill. quotid. cap.* 117. *n.* 22. *verſ. pro concordia* tamen recepta eſt diſtinctio, quod aut ſecunda diſpoſitio eſt omnino ſuperflua, & nihil operatur, niſi onus cenſeatur ademptum, & tunc, ut aliquid operetur cenſetur ſublatum onus, aut vero eadem ſecunda
: diſpoſitio eſt in aliquo diverſa a primo, & aliquid ultra eam ope-

ratur

ratur, & ſic ceſſat ſuperfluitatis ratio, de qua ſupra, & tunc onus non intelligitur ademptum, ſed repetitum, ita communiter DD. per *Text. in Leg. alumna* 30. §. *qui filios ff. de alim. legat. Bartol. in Leg. in repetendis ff. de legat.* 3. *Trentacinq. de ſubſtit. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 20. *verſ. hæc opinio, & num* 23. *Peregrin. conſult.* 68. *num.* 7. *vol.* 3. ubi reprobat *Cephal.* & alios contrarium ſentientes *Roland. conſ.* 31. *num* 23. *& ſeqq. Bellon. iun. conſ.* 15. *n.* 30. *&* 42. *verſ. ſecundus*, ubi contraria reſolvit *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 451. *num.* 12. *verſ. contra*, *Peregrin. de fideicom. artic.* 16. *num.* 49. *& ſeqq. Belmont. dec* 112. *num.* 49. *& ſeqq* hic autem, diverſitas eſt patens, quia in ſecunda adimitur medietas Domus relicta in prima diſpoſitione, præterea in ſecunda D de Altovitis ſunt immediate primo loco vocati, cum in prima fuiſſent ſolum poſt Dom de Maleſpinis ſubſtituti, & ſic ſecunda operatur eorum præſentem admiſſionem ad dicta bona, ad quam ex prima adſpirare non poterant adeout ceſſante ſuperfluitate conſiderata a Scribentibus, bene applicetur hypoteſi ſecundum membrum dictæ diſtinctionis, & onus cenſeatur repetitum, ſeu non ademptum.

Secundo quia exiſtimatur ſemper retentum onus, etiam in re- 11
licto facto eidem perſonæ, quoties reſultant coniecturæ, & indicia ex verbis diſponentis, *Camerell. de legat. lib.* 4 *quæſt.* 4. *num.* 15. *Natt d conſ.* 476. *n.* 10. *& ſeq.* quæ coniecturæ hic non deſunt.

Tertio, quia Dom. Marchioniſſa Pottia conſideravit in Teſtamento onus prædictum tamquam reale „ ibi „ *peſi, e carichi che vi ſon, e tra gli altri ſtaia ſei di grano, e barili quattro di vino ec.* unde ratione huiuſmodi qualitatis non poteſt concipi, quod onus 12
ademerit in Codicillis, ſed potius habuerit pro repetito, cum qualitas inherens rei eam concomitetur in quemcumque tranſeat, ſicut umbra corpus, quamvis in translatione ipſius rei nihil ſit dictum, *Cyriac. controv.* 297. *num.* 13. *& num.* 20. 21. *&* 22. & ad hoc ſufficit, Teſtatorem ita fuiſſe opinatum, licet onus in ſe reale non eſſet, quia in hoc magis eius opinioni eſt deferendum, quam veritati, ut in ſimili dixit *Rot dec.* 472. *num.* 21. *par.* 5. quod tamen dicitur ex abundanti, quia pro realitate oneris ſatis eſt aſſertio Dom. Marchioniſſæ, quam Dom. de Altovitis ſucceſſores in dictis bonis non poſſunt impugnare, & elicitur etiam a diſpoſitione Dom. Alamanni, de qua in factiſpecie, dum mandat conſervari indemnes a tali onere hæredes, & poſſeſſores eius bonorum, & profitetur illud ſpectare ad ſuos hæredes, & ſucceſſores.

Rurſus dicta Domina Marchioniſſa adiiciendo onus uſa eſt verbis geminatis, & prægnantibus „ ibi „ ordina, vuole, e co-

„ man-

„ manda, che qualunque &c. „ & „ ibi „ ſia tenuto, e deva „ pagare, e ſodisfare tutti gli aggravi, e carichi, che vi ſono „ e tra gli altri &c. „ quæ geminatio non ſolum denotat magis enixam, & omnimodam voluntatem ſolutionis onerum, ſed etiam præbet indicium perſeverantiæ, continuationis, & firmitatis in eadem voluntate *Caſtill. quotid. lib.* 4. *cap.* 52. *n.* 2. 3. 4. *&* 5.

14 Tandem in Codicillis diſpoſuit per verba relativa ad teſtamentum „ ibi „ per ordine, e forma di primogenitura, e nel „ modo, e forma, che in detto teſtamento, ſi dice, ſolo varian„ doſi le perſone, che devono ſuccedere, e levandoſi la detta „ metà di Caſa „ verba autem illa *e a forma &c.* repetunt conditiones adiectas in primo legato ad ſecundum eidem perſonæ relictum, *Peregr. de Fideicom. art.* 16. *n.* 15. *&* 16. *verſ. ſecunda dictiones iſtæ* præſertim quia iam fuerat habita relatio deſuper ad

15 ordinem primogenituræ, ac inſuper inter dictum ordinem, & eadem verba interiicitur dictio *&*, quæ de ſui natura ſtat ampliative, & augumentative *Barboſ. dict.* 110. *n.* 35. ceſſante ulterius omni amaritudine ex verbis immediate ſequentibus, *ſolo variandoſi le*

11 *perſone &c.* quæ verba dilucide oſtendunt, his exceptis, in cœte-

16 ris omnibus, & ſic quoad onus fuiſſe habitam relationem ad Teſtamentum, cum dictio *ſolum* appoſita variationi factæ in parte, excludat variationem in cœteris, *Rot. d. dec.* 472. *num.* 5. *&* 6. & venit etiam circumſcriptis verbis relativis ex natura rei, ut

17 variata, & emendata aliqua parte diſpoſitionis factæ in Teſtamento, in cœteris partibus eadem diſpoſitio intelligitur confirmata, ut in individuo firmat *Caſtill. quotid lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 164. *&* 165. *Altograd conſ.* 79. *num.* 1. *lib.* 1. egregie *Cyriac. d. controv.* 168 *num.* 6. 7. 8. *&* 9.

Accedente inſuper in Codicillis expreſsa confirmatione Teſtamenti in reliquis, quæ operatur, quod omnia expreſse non mutata, cenſeantur in eiſdem Codicillis repetita, nec receſſum niſi in ſola parte alterata, *Rot. d. dec.* 472. *num.* 3. *&* 4. *par.* 5. *&* *dec.* 51. *num.* 2. *par.* 6. *De Luc. de fideicom. diſc.* 127. *num.* 12. *&* *dict. dec.* 347. *num.* 9. *par.* 14.

Firmato ex prædictis onus annuæ præſtationis adiectum in Codicillis, & ſic afficere D. de Altovitis ad effectum cognoſcendi an Domina Marchioniſſa Portia tale onus adiecerit favore Dominorum de Maleſpinis, qui uti poſſidentes ius præſentandi tenebantur ſolvere dictam præſtationem ex Teſtamento Domini Alamanni, & ad eos liberandum oportuit præmittere inſpectionem an conſtaret, Dominam Marchioniſſam Portiam habuiſſe poſitivam ſcientiam diſpoſitionis prædictæ Alemanni adſtringentis Præſen-

tantes

tantes ad Beneficia patronalia ad ſolutionem huiuſmodi præſtationis, & Domini cenſuerunt ſufficienter conſtare de huiuſmodi ſcientia.

Petrus Paeionus Rot. Audit.
Sebaſtianus de Marinis Rot. Audit.
Alexand. Bellutius Rot. Audit. & Relat.

DECISIO XXIV.

PETRÆSANCTÆ PRÆTENSÆ SUCCESSIONIS.

die 9. Septembris 1695 coram Aud. ASCANIO VENTURINI.

ARGUMENTUM.

IN bonis Matris ab inteſtato defunctæ filiæ, quæ æque ac filii ſuccederent de Iure comuni, per Statutum Petræ Sanctæ exiſtentibus maſculis ſi ſint dotatæ de bonis Patris nil ultra petere poſſunt, & ſi non eſſent dotatæ dotari ſolum debeant arbitrio trium ex melioribus propinquis. Quæ hoc caſu de inapplicabilitate Statuti dici poſſent mirifice enucleantur. Subſtitutis filiis, & deſcendentibus, per verba hæc, quæ ſui natura comprehenderent maſculos, & fœminas, vigore dicti Statuti fœminæ non cenſentur vocatæ niſi poſt maſculos.

SUMMARIUM.

1 *Filii æque, ac filiæ ſuccedunt in bonis matris ab inteſtato defunctæ.*
2 *Aliud per Statutum Petræ Sanctæ, quo filiæ dotatæ in bonis patris a matris ſucceſſione excluduntur*, n. 24. & 25. *ubi ampliatur licet filia fuerit dotata poſt mortem matris, dummodo antequam ipſa, vel eius hæredes petant admitti ad hæreditatem.*
3 *Statutum excludens fœminas dotatas, intelligi debet ſi ſint dotatæ de tempore apertæ ſucceſſionis, adeout non excludantur ſi poſtea dotentur, diſtingue ut* n. 20. 21.
4 *Hæc opinio non eſt tuta, & quare.*
5 *Deinde non habet locum dicta opinio, ubi Statutum determinet etiam caſum, quo filia tempore apertæ ſucceſſionis non fuerit dotata, arbitrio enim trium ex melioribus propinquis dotem eo caſu conſtitui iubet, ut* n. 17.
6 *Statuti verba interpretanda ſunt, ut non ſint ſuperflua, declara ut* n. 7. *ubi plures caſus diſtinguuntur.*

8 *Ultima voluntas tamquam genus comprehendit ſub ſe omnes ſpecies. ſive ſit Teſtamentum, ſive Legatum &c.*

9 *Poteſt quis ſive in vita, ſive in morte filias dotare, licet non faciat Teſtamentum, & ab inteſtato decedat.*

10 *Inteſtatus mori dicitur, qui nullum fecit Teſtamentum.*

11 *Verba dicti Statuti qualiter intelligantur.*

12 *Inteſtatus videtur non tantum, qui Teſtamentum non fecit, ſed & qui Teſtamento liberis ſuis tutores non dedit.*

13 *Subſtitutioni ſub conditione ſi hæres ſine filiis ab inteſtato deceſſerit locus erit tam ſi moriatur ab inteſtato, quam ſi fecerit Teſtamentum, & de illis bonis ſibi relictis ſpecifice non diſpoſuerit.*

14 *Diſpoſitio, quæ reſpectu certæ rei loquitur de inteſtato verificatur etiam ſi Teſtamento condito de ea re nil dictum ſit.*

15 *Inter plures caſus ubi non adeſt diverſitatis ratio uno tantum expreſſo venit, & alter.*

16 *Statuta excludentia fœminas cenſentur tantum eas excludere ab hæreditate dotantis declara ut* n 17 18. 19.

20 *Statutum excluſivum fœminarum intelligendum eſt de fœminis iam dotatis ante delatam ſucceſſionem ubi qualitas dotationis appoſita eſt in Statuto ad qualificandum ius ſuccedendi.*

21 *E contra ſi qualitas dotationis in Statuto ſtet ad qualificandum ius exercendi petitionem hæreditatis tunc ſufficit, quod fœminæ licet non dotatæ tempore mortis eius, de cuius ſucceſſione agitur dotatæ fuerint tempore, quo eius hæreditatem petunt.*

22 *Verba* ſuperſtitibus liberis *comprehendunt fœminas ſicut maſculos.*

23 *Ubi hæc verba leguntur in Statuto excludente fœminas in concurſu maſculorum, intelliguntur per prius de maſculis, per poſterius de fœminis.*

26 *Statutum reſervans filiis certam partem bonorum matris nulla facta diſtinctione maſculorum a fœminis intelligendum eſt ſalva prælatione maſculorum ſtante alio Statuto excluſivo fœminarum propter maſculos.*

27 *Vocatis filiis, & deſcendentibus per Statutum Petræ Sanctæ maſculi præferuntur fœminis, nec iſtæ locum habent niſi poſt maſculos.* n. 29. *declara ut* n. 30.

28 *In dubio cenſetur Teſtator ordinaſſe ſucceſſionem prout ſuccedituv ab inteſtato ex Statuto cum quo ſe conformaſſe præſumitur.* n. 31.

32 *Proximitas Teſtatoris non gravati attendi debet ubi inter vocatos quæſtio eſt de potioritate non propter gradum, ſed propter maſculinitatem, declara ut* n. 33.

34 *Affectio Teſtatoris conſideratur magis ad Statutum, quam ad ius commune.*

35 *Explicatur Peregrin. de fideic. art.* 20. *n.* 11.

36 *In*

36 *In materia ſucceſſoria gradus non conſideratur reſpectu ſanguinis, ſed reſpectu ſucceſſionis.*

37 *Declaratur doctrina Provenzal.*

38 *Extraneus dicitur, qui non eſt ex aſcendentibus maſculis.*

39 *A Teſtatore extraneo facta vocatione filiorum, recurrendum eſt ad interpretationem iuris communis, non municipalis, declara nt* n. 40.

41 *Vocatis deſcendentibus, vel aliis nomine collectivo, vocatio intelligitur facta ordine ſucceſſivo, ſive fideicommittens ſit agnatus ſive extraneus, iuxta theorica Cuman. in Leg. cum ita §. in fideicommiſſis ff. de legat. 2.*

42 *Fœmina ob Statutum ſemel a maſculo excluſa ſemper cenſetur excluſa.*

43 *Limita ut non cenſeatur abſolute excluſa ubi datur tantum maſculis prærogativa.*

44 *Præſumptio conformitatis voluntatis Teſtatoris eſt adeo debilis, ut ſi alia in contrarium urgeat evaneſcat.*

45 *Declara non quaslibet præſumptiones in contrarium ſufficere, ſed fortiores requiri, maxime ſi cum iſta coniectura per ſe efficaci aliæ concurrerent quamvis leves, & per ſe ineffecaces.* n. 46.

47 *Ordo ſucceſſivus in Fideicommiſſo intelligitur, & interpretatur iuxta ordinem ſuccedendi gravato.*

48 *Teſtator in inſtitutione præferens filios filiabus, ſic eos prætuliſſe cenſetur in ſubſtitutione cum præſumatur ſe velle conformare Statuto per quod maſculi præferuntur fœminis.*

Dominus Petrus de Nutis de Petra Santa anno 1631. condito per eum Teſtamento cum quo deceſſit inſtituit ſibi hæredem univerſalem ventrem pregnantem eius Uxoris, caſu quo pregnans naſcerretur filius maſculus, cum onere dotandi Felicem, & Mariam Claram filias Teſtaroris, quam dotem declaravit de ſcutis 1500. pro qualiber, & caſu quo naſceretur fœmina, eam inſtituit hæredem ſuam ſimul cum dictis aliis duabus ſuis filiabus, & quatenus non eſſet prægnans fecit ſuas hæredes dd. eius filias, illaſque gravavit onere fideicommiſſi per hæc verba „ con dichia-
„ razione, che morendo alcuna delle dette figliole, ſenza figlioli,
„ deſcendenti, ſucceda la ſopravivente, e ſuoi figlioli, e deſcen-
„ denti, & in caſo, che a Dio non piaccia, che moriſſero
„ dd. Felice, e detta Maria Clara, e loro Figliuoli, e deſcen-
„ denti, dimodochè ſi ſpegneſſe la loro linea in tal caſo vuole
„ che ſucceda l' Alfiere Duccio, e l' Eccellentiſſimo M. Ago-
„ ſtino ſuo Fratello, ed i loro figliuoli, e deſcendenti maſchi
„ per linea maſculina, & in difetto di eſſi maſchi, le loro fi-
„ gliole femmine, e loro deſcendenti. „

Post mortem Testatoris, & nullis ab eo susceptis nec relictis filiis masculis decessit innupta Dom. Maria Clara illius filia, itaut per eius obitum sine filiis purificata fuerit substitutio ad favorem dictæ Felicis filiæ d. Testatoris.

Decessit pariter postea prefata D. Felice relictis ex se, & Domino Ludovico De Masinis eius Viro D. Capitaneo Fiacrio, & D. Maria Clara, & ultimo tandem loco mortua est dicta Maria Clara, ortis ex ea, & D. Equite Laurentio de Lemmuceis de eodem loco Petræ Sanctæ, ac superstitibus DD. Achille, Ludovico, & Thoma, eius filiis, nec non superstite d. D. Capitaneo Fiacrio eorum avunculo.

Defuncta d. D. Felice, existente adhuc in pupillari ætate, & Maria Clara eius filia, fuit inde hæc nupta, & dotata a D. Ludovico eius Patre.

Mortua inde eadem Dom. Maria Clara insurrexerunt præfati eius filii, & agentes contra D. Capitaneum Fiacrium coram Supremo Magistratu huius inclitæ Civitatis petierunt ab eo ex persona d. eorum matris eorum tatam hæreditatis d. D. Felicis aviæ maternæ, ac medietatem dicti Fideicommissi, causaque nobis ad referendum commissa, duximus esse referendum eidem Supremo Magistratui super utraque prætensione pro absolutione Rei conventi.

Et moti sumus, quoad caput hæreditatis Felicis, quia etsi
1 inspecto iure communi in hæreditate matris ab intestato defunctæ succedere debuissent æqualiter tam dictus D. Capitaneus Fiacrius quam D. Maria Clara eius Soror per *Text. in Leg. maximum virium Cod. de liber. præter.* Attamen ob Statutum Petræ San-
2 ctæ per quod existentibus masculis fœminæ dotatæ de bonis patris, nil ultra petere possint ex bonis maternis, & ubi non essent dotatæ, dotari debeant, & nihil aliud consequi, ut in *rubr.* 12. *&* 30. *lib.* 3. cessat dispositio iuris communis, & successive in concursu filiarum defertur fratribus masculis *Rot. cor. Coccin. dec.* 2003. *n.* 7. *& in rec. dec.* 207. *n.* 6. *par.* 7. *late Michalor. de fratrib. par.* 3. *cap.* 11. *n.* 2. *& seqq. & cor. Seraph. dec.* 496. *n.* 5 *& cor. Royas dec.* 135. *n.* 10.

Nec obstat quod ante delatam successionem matris Maria Clara non esset adhuc nupta, neque dotata, & Statutum quod excludit filias dotatas ob existentiam masculi sit intelligendum
3 si filia fuerit dotata ante casum successionis, adeout non remaneat exclusa si postea dotetur, ut per *Bart. cons.* 31. & sequuntur *Alex. cons.* 48 *n.* 1. *cons.* 83. *n.* 10. *lib.* 3 *cons.* 211. *n.* 10. *lib.* 7. *Surd. cons.* 95. *n.* 33. *lib.* 1. *Gratian. disc.* 15. *num.* 25. *& disc.* 157. *n.* 17. *Michalor. de fratrib. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 139. *Rot post*

eum

cum dec. 21. *n.* 6. *Angel. de conſeſſ. lib.* 1. *qu.* 7. *effect.* 8. *n.* 12. & in terminis hæreditatis matris *Rot. cor. Dunozz. iun dec* 326. *n.* 6. *&* 7. *&* *dec.* 358. *per tot. par.* 14 *rec. &* *deciſ.* 691. *num.* 6. *par.* 18. *Card. De Luc. de hæred. diſc.* 41. *n.* 203. ubi ampliatur quamvis hæreditas delata ante nuptias non fuiſſet agnita ſe referens in ſuo *tract. de fideic. diſc.* 44. *n.* 15.

Nam fuit reſponſum primo quod hæc opinio non eſt tuta, cum *Bart. in d. conſ.* 31. quem alii ſequuntur reprobetur per *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 14. *n.* 3. ubi ait quod argu- 4
mentum *Bartoli* poſitum in eo quod qualitas dotationis adiecta verbo, non ſuccedat, debeat intelligi de tempore verbi, & ſic tempore ſucceſſionis per *Text. in Leg. in delictis* 55. §. *ſi extraneus ff. de noxal. act. pac.* tanti viri non urget, ſunt verba Merlini, etenim quoad excluſionem, idem eſt quod tempore mortis ſit dotata, aut alio tempore, par enim ratio militat.

Secundo quia Statutum ſub dicta rubr. 12. determinat etiam caſum quod tempore mortis matris, ſeu alterius ex aſcendentibus lineæ paternæ, ſeu, maternæ filiæ, ſeu nepotes non eſſent dotatæ, & vult quod ſtetur arbitrio trium ex melioribus propinquis, 5
& ſint contentæ, nec aliquo iure, vel cauſa poſſint plus petere, ut ibi io §. *& eodem modo*. Nec ſubſiſtit quod ibi Statutum debeat intelligi de eo defuncto qui fecerit teſtamentum, & nihil de dote diſpoſuerit, & nos ſimus in terminis quod mater deceſſit ab inteſtato, idque declaret Statutum per ea verba, *intelligendo inteſtatum quantum ad hoc illum qui de dote in ſcriptis nihil dixerit, vel diſpoſuerit*. quæ verba dicitur quod eſſent ſuperflua ſi Statutum intellexiſſet de eo qui ab inteſtato deceſſiſſet ex traditis per 6
Manſ. conſ. 446. *n.* 19.

Quoniam animadvertendum eſt quod in dicta rubrica in nigro recenſentur tres caſus, primus ſi mulieres reperirentur dotatæ, & tunc mandat, quod nihil plus petere poſſint, niſi pater, vel mater, vel alius aſcendens aliquid ultra illis donaſſet inter vivos, vel per ultimam voluntatem reliquiſſet, ut in §. *ſi qua mulier, uſque* 7
ad §. *eodem modo*. Secundus eſt caſus ſi tempore mortis non eſſent maritatæ, & ille aſcendens inter vivos, vel per ultimam voluntatem dotem ipſis reliquiſſet, & ſimiliter vult Statutum quod nihil ultra petere poſſint, *ut in* §. *eodem modo, uſque ad* §. *ſi quis vero*. Tertius tandem caſus eſt ubi non reperirentur maritatæ, & nihil diſpoſitum per defunctum de dote, & in hoc caſu ſuccedit arbitrium propinquiorum qui arbitrati fuerint iuxta voluntatem inteſtati, ut ſupra, *ut in* §. *ſi quis vero deceſſerit uſque ad* §. *ita quod*. In quibus omnibus caſibus nullum verbum legitur per quod appareat Statuentes ſe reſtrinxiſſe ad cauſam teſtati, ſed in primis duobus

generaliter, & indefinite loquitur ſi ille aſcendens aliquid reliquerit, aut de dote diſpoſuerit per donationem, vel ultimam voluntatem, quæ verba verificantur tam ſi dotem reliquerit ex teſtamento, quam ab inteſtato per legatum, vel aliam ultimam vo-
8 luntatem, cum ultima voluntas, tanquam genus, comprehendat ſub ſe omnes ſpecies ſive ſit teſtamentum, ſive ſit donatio cauſa mortis, ſive legatum, ſive codicillus *Leg. 1. §. actio, & ibi gloſſ. in verb. actio Cod. de donat. cauſ. mort.* & in fortioribus terminis *Menoch conſ. 334. num 7. & 8.* Poteſt ſiquidem quis, prout vult, eum bonis ſive in vita, ſive in morte filias, ſeu mulieres
9 dotare, licet non faciat teſtamentum, ſed ab inteſtato decedat, § *præterea inſtit. de fideicom. hæred. Leg. ab inteſtat. 16. ff de iur. codicill. d Leg. prim. & ibi gloſſ. d. verb. actio, & Leg. 2. Cod. de donat. cauſ. mort.* Eo minus in tertio caſu, ubi de dote nihil defunctus in ſcriptis reliquerit Statutum habet nullum verbum, per quod colligatur ſenſiſſe de eo qui deceſſerit cum teſtamento, ſed potius utitur verbis quibus ſignificatur proprie decedens ab inteſtato „ ibi „ *ſi quis vero deceſſerit inteſtatus ex prædictis aſcendentibus*, inteſtatus autem mori dicitur qui nullum fecit Teſtamentum,
10 ut ex *text. in § pr inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtat. deferunt.* & illa verba, quæ ſubſequuntur „ *intelligendo inteſtatum quantum ad hoc illum qui de dote in ſcriptis nihil dixerit* „ includunt quidem cauſam teſtati, de qua dubitari poterat propter dicta verba antecedentia, ſi quis deceſſerit inteſtatus, ſed non excludunt cauſam
11 ab inteſtato, de qua ex proprietate verbi dubitari non poterat ſi nihil de dote alio modo defunctus non diſpoſuerit, ut hoc ſatis probat *text in Leg. ab inteſtato 6. ff. de legitim. hæred.* ubi cum dubitari poſſet an eſſet locus legitimæ tutelæ Pater feciſſet teſtamentum, & de Tutoribus filiis non providiſſet; ſicut illa defertur legitimis Tutoribus, ubi pater ab inteſtato moritur, declarat ibi I. C. quod hoc reſpectu utroque in caſu ditiur pater inteſtatus
12 mori „ ibi „ *inteſtatus autem videtur non tantum qui teſtamentum non fecit, ſed & ſi quis teſtamento liberis ſuis Tutores non dedit* „ & per illam Legem *Soccin ſen. conſ 92. lib 3* ubi ait, quod ſi ſubſtitutio facta eſt ſub conditione, ſi hæres ſine filiis ab inteſtato
13 deceſſerit, erit locus ſubſtitutioni, tam ſi moritur ab inteſtato, quàm ſi fecerit teſtamentum, & de illis bonis ſibi relictis ſpecifice non diſpoſuerit; ac quoque *Surd. conſ. 395. num 6. & 50.* ubi quod diſpoſitio, quæ reſpectu certæ rei loquitur de inteſtato, ve-
14 rificatur etiam teſtamento condito ſi de illa re nihil ſit dictum. Statuentes igitur per illud verbum inteſtatus cum dicta declaratione ſatis ſignificarunt nedùm ſi defunctus deceſſiſſet ab inteſtato, quod erat indubitatum, ſed etiam ſi teſtatus nihil in ſcriptis de

dote

dote dixiſſet, quo in caſu dubitari poſſet an eſſet dos conſtituenda, ſicut ſi mortuus fuiſſet ab inteſtato, providetant enim in præcedentibus duobus caſibus, quod mulier nihil petere haberet ultra ei relictum, ſub cuius genere comprænditur, oportebat igitur, quod eodem modo providerent in tertio caſu, quo nihil fuiſſet illi mulieri pro dote relictum tam ſi ille aſcendens ab inteſtato, quam ſi cum teſtamento deceſſiſſet, iuxta allegata, ut recte legenti Statutum innoteſcit.

Accedit identitatis ratio cuius diverſitas nulla excogitari valet propter quam ſi quis deceſſerit teſtatus, & nihil de dote dixerit, dicendum ſit mulierem eſſe debere contentam de eo, quod 15
arbitrati fuerint illi tres propinqui, ab inteſtato autem ſi defunctus nihil reliquerit hæreditatem ſimul cum maſculis conſequi debeat. Ubi igitur nulla adeſt diverſitatis ratio potius in uno quam in alio caſu, licet unus tantum ſit expreſſus, venit & alter, qui ex mente legum ſub eadem ratione comprehenditur, iuxta tradita per *Caſtr. d. conſ.* 442. *n.* 6. *circa finem lib... & hæc Rot. Flor. ex impreſſis per D. Hieronym. Palm. iun. alleg.* 400. *n.* 62. *& ſeqq.* multo magis cum verbum inteſtatus ſe habeat ad unum, & alium caſum, *d. L. ab inteſtato ff de legit. hæred.* cum aliis ſupra allegat.

Nec obſtat, quod d. Statutum velit, quod ſaltem dotari debeant de bonis perſonæ defunctæ, & Maria Clara nullam unquam receperit dotem ex bonis maternis, nec ſufficiat, quod fuerit 16
dotata ex bonis patris, cum Statuta excludentia fœminas cenſeantur tantum eas excludere ab hæreditate dotantis, *Bald in Leg. pr. Cod. de legit. hæred. Brun. de ſtat. excluſ fœmin. art* 8 *num* 59. *Bece conſ.* 112. *n.* 217 *Menoch. conſ* 875. *ſub n.* 9. *Gratian. diſcept.* 15. *n.* 16. *Michalor. de duob. fratr. cap.* 11. *n.* 51. *Rota dec.* 213. *n.* 3. *par.* 4 *tom.* 3. *rec. & dec* 180. *num.* 2. *par.* 4. *& dec.* 329. *n.* 1. *par.* 6. *& dec.* 18. *n.* 12. *par.* 7 *rec. & coram Merlin. dec.* 390. *n.* 7. *&* 8.

Nam non propterea competiiſſet actio Mariæ Claræ, & multo minus eius hæredibus ad petendam ſucceſſionem maternam, 17
ſed tantum ad dotem iuxta arbitrium propinquorum, prout Statutum diſponit, ut cum ibi allegatis firmat idem *Michal. de duob. fratr. d. par.* 3. *cap.* 11. *n.* 141. ultra quod fœmina ex Statuto non dicitur excluſa niſi a ſucceſſione dotantis, vel ubi Statutum 18
ſimpliciter excludit dotatas, & ulterius non procedit, prout in iſtis terminis loquitur *Bald. in d. Leg. pr.* cum aliis ſupra in obiecto relatis, *& Merlin. de legit. lib.* 3. *tit. pr. par.* 17. *n.* 1. vel ubi enumerando perſonas a quarum ſucceſſione fœminas excludit procedit per dictiones alternativas tam in parte dotante, quam in parte excludente in quibus terminis loquuntur aliæ in con-

tra-

trarium allegatæ auctoritates, & dixit *d. dec. 329. n. 18. & seqq. par. 5. rec.* secus autem ubi, prout hic, Statutum procedit per dictiones alternativas dumtaxat in parte dotationis, in parte vero
19 excludente utitur verbis coniunctivis ibi, non possit dicta mulier petere in bonis eorum, vel alicuius eorum quidquam ultra dotem, nam tunc sufficere videtur unica dos, ut ab omnibus ex ascendentibus in Statuto expressis hæreditatibus dicatur exclusa, ut declarant idem *Bald. cons. 73. circa med. vers. nam respondetur, Menoch d. cons. 873. sub n. 12 vers. quintus est casus idem Becc. cons. 53. n. 3.* nam respondetur *Rota cor. Seraphin. decis. 1291. n. pr. & cor. Cerro ex impressis post Merlin. dec. 202. n. 9. vers. obiectum*, & iuxta hanc distinctionem crebriorem Doctorum Sententiam firmavit eadem *Rota dec. 329. num. 18. par. 6.* & cum aliis *Merlin. de legit. d. lib. 3. tit. pr. par. 17. n. 9.*

Tertio cessabat omnis penitus difficultas, quoniam quod Statutum non excludat nisi dotatas ante delatam successionem, se-
20 cus vero si postea dotentur, procedit ubi Statutum fœminas dotatas excludit a successione defuncti, eo enim in casu militat, quod dicit *Bart. in d. cons. 31.* quod illa qualitas scilicet dotis debet intelligi de tempore verbi, cui adiicitur, & sic quod interveniat tempore delatæ successionis, *per Text. in d. Leg. in delictis §. extraneus ff. de noxal. actionib.* verum non sic se habet Statutum Petræ Sanctæ sub *d. rub. 30. lib. 3.* quod sic disponit „ Fi-
„ lia, aut neptis ex filia, quæ fuerit a patre, & de bonis pa-
„ ternis dotata, non possit amplius in dote, aliisque bonis mater-
„ nis aliquid petere „ Cum enim Statutum loquitur per dicta ver-
21 ba *non possit amplius petere*, satis est eam fuisse dotatam tempore delatæ successionis, ut in puncto limitando illam opinionem *Bart. in d. cons. 31.* decidit *Soccin. sen. cons. 42. n. 4. lib. 4.* quam Decisionem sequitur, & comprobat *Ripa in Leg. ex facto n. 33. ff. de vulg. & pup.* ita asserens. Quæ Decisiones procedunt quando verbum dotata, vel nupta, qualificat verbum succedat, seu ius succedendi, secus si qualificaret ius exercendi petitionem hæreditatis, puta si Statutum diceret, quod fœmina dotata nihil possit petere de bonis paternis, nam tunc sufficeret esse dotatam tempore petitionis, licet tempore mortis non esset dotata. Et cum
22 prædictis etiam idem *Becc.* in allegato in contrarium *cons. 10. n. 9.* ubi ait quod quando Statutum non loquitur, quod filia dotata non succedat, sed quod fœmina dotata nihil ulterius petere possit, tunc verbum *dotata* refertur ad verbum *petere possit*, ideoque retorquendo fundamentum in contrarium, quod qualitas adiecta verbo debeat intelligi secundum tempus verbi, ait satis esse, quod reperiatur dotata tempore petitionis, ut ibi per eum,

se-

ſequitur aliis ibi relatis *Mart. de ſucceſſ. legal. par. pr. quæſt.* 13. *art.* 6. *n.* 23. optime *Ruin. conſ.* 65. *n.* 10. *vol.* 3. atque ita in propoſito Maria Clara eum nedum ante dotationem, ſed neque quouſque vixerit quidquam petierit de hæreditate matris, iamdiu ab ea conſequuta a patre ante petitionem,

Aliud vero Statutum ſub *rubr.* 25. *lib.* 3. per quod diſponitur, quod ſi mulier deceſſerit in matrimonio, Liberi ſuccedant in totum, & ſi tale ius ſucceſſionis Liberi non agnoverint, nec hæreditatem non apprehenderint lucretur Vir totam dotem, quod Statutum ſpecialiter loqueos de muliere mortua in matrimonio ſuperſtitibus liberis, dicebatur eſſe omnino attendendum, & per illud eſſe vocatos tam maſculos, quam fœminas in hæreditate matris, iuxta proprietatem illorum verborum, *liberi ſuccedant*, 22
quæ verba comprehendunt ita feminas ſicut maſculos, *L. eum unus & Leg. non eſt ſine liberis ff. de reg. iur. Fuſar. de ſubſtit. qu.* 326. *n.* 1. *Rota cor. Coccin. dec.* 111. *n.* 7. viſum fuit non facere ad caſum, & per illud eſſe ſolum reſervatum liberis ſuis ius ſuccedendi in hæreditate matris reſpectu viri, qui nihil debet conſequi de lucro dotis ipſis exiſtentibus, & tam ſi liberi ſint maſculi, quam fœminæ, ſed tamen ordine ſucceſſivo prout eſt diſpoſitum per dicta alia Statuta in concurſu maſculorum, & prout in iſtis terminis ubi per Statutum defertur ſucceſſio filiis, maxime ubi Statutum loquitur per verbum *ſuccedant* ſolum dicatur 23
reſervatum filiis ius ſuccedendi ipſis competens de iure communi, ſeu municipali, & propter lucrum mariti non pro incluſione filiorum dixit *Rota dec.* 653. *n.* 4. 6. 7. *par.* 2. *& dec.* 140. *n.* 4. *& 5. par.* 3. *rec.* ubi ponderat, quod Statutum, quo ad maritum utitur verbo lucretur, *& cor. Ludoviſ. dec.* 398. *n.* 3. ubi dicit, quod intentio Statuentium fuit diſponere de lucro dotis, & reſpective pro illius excluſione quatenus filii ſuccedant non autem pro incluſione eorum, & idem repetit *coram Ropas deciſ.* 15. *num.* 2. 3. *& 4.*

Ulterius dum Statutum non loquitur in caſu quo filia fuerit dotata a Patre, cum tunc ipſa ſit excluſa ſtantibus fratribus 24
etiam a ſucceſſione matris de cuius bonis nihil amplius petere poteſt, ut veluti expreſſim cavetur in *dict. rubr.* 30. *lib.* 3. licet fuerit dotata poſt mortem matris, ſed antequam filia, ſeu eius hæredes petiierint, ut ex *Sorcin. Ripa*, & aliis ſupra allegatis, 25
& in fortioribus terminis ubi Statutum denegat etiam facultatem matri diſponendi de certa parte ſuorum bonorum, & mandat, quod pro illa parte teneatur dotem, & eius bona reſervare filiis, nulla facta diſtinctione maſculorum a fœminis, in 26
quibus terminis loquens de Statuto Senenſi conſuluit *Caſtr. conſ.*

442.

442. *n. pr. & ſeqq. lib.* 2. adhuc idem Statutum ſit intelligendum ſalva prælatione maſculorum, iuxta aliud Statutum excluſivum fœminarum ob maſculos tradit idem *Caſtr. in d. conſ.* 442. *n.* 9. *uſque ad fin. & poſt eum Mart. Med. exam.* 29. *n.* 342.

Quo vero ad fideicommiſſum pro abſolutione rei conventi ducti ſumus, quia utcumque Teſtator poſt mortem filiarum ſubſtituerit earum filios, & deſcendentes, verba ſui natura comprehendunt fœminas, & maſculos, attamen attento, quod ex dicto 27 Statuto Petræ Sanctæ maſculi præferuntur fœminis, ut ſupra, non cenſentur ſub nomine filiorum, ac deſcendentium vocatæ fœminæ niſi poſt maſculos, cum in dubio cenſeatur teſtator ordinaſſe ſucceſſionem prout ſuccedit ab inteſtato ex Statuto, cum 28 quo ſe conformaſſe præſumitur, iuxta doctrinam *Bartol. in Leg. ut ins iurandi* 7. §. *ſi liberis, & in Leg. hærede n.* 5. *verſ. item prædicta verba ff. de oper. libert. & in Leg. hæredes mei* §. *eum ita ff. ad trebell. Soccin. iun. conſ.* 13. *n* 8. *lib.* 3. *Cappc. Latr. dec.* 3 *& ibi Gipſius in addit ad eamdem Fuſar. de ſubſtit. qu.* 311. *n.* 45 *&* 46. *Card. De Luca de fideic. diſc* 35. *n.* 3. *Peregrin. eodem tractat. art.* 19. *n* 27. ubi quod ſtante Statuto excludente ſi Teſtator reliquit fideicommiſſum liberis, & deſcendentibus per nomina inclu- 29 dentia maſculos, & fœminas intelliguntur ordine ſucceſſivo vocati per prius, & poſtea iſtis deficientibus ſuccedant fœminæ, quam opinionem veriorem, ac magis communem dicit *Rota deciſ.* 123 *n.* 21. *par.* 10. *rec. & cor. Otthobon. deciſ.* 111. *n.* 27. *&* 28. *& in rec. dec.* 133. *n* 9. *&* 16. *&* 17. *par.* 9. *rec.* quæ abſque ullo dubio procedit, ex quo Maria Clara in concurſu Fiacrii per Statutum Patræ Sanctæ apparet excluſa tam a ſucceſſione matris hæredis gravatæ, quam a ſucceſſione avi materni fideicommittentis, ut in *d. rubr.* 25. quo in caſu articulum eſſe indubitatum inquit cum ibi allegatis idem *Peregr. de fideic. art.* 25. *n.* 54 & etiam *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 311. *n.* 47. ubi quod omnes concedunt.

Verum ubi etiam admitteretur non extare aliud Statutum excluſivum quam illud ſub *rubr.* 30. *d. lib.* 3. per quod filia dotata 30 ex bonis patris propter fratres remanet excluſa etiam ex bonis matris, quæ fuit Felix hæres gravata, ſimiliter Maria Clara ob exiſtentiam fratris, neque ſuccedere potuit in fideicommiſſo cum voluntas Teſtatoris ſe conformandi cum iure municipali intelliga- 31 tur iuxta ordinem ſuccedendi ex eodem Statuto in hæreditate gravati, ut tradunt *Soccin. ſen. conſ.* 73. *num.* 14. *& ſeq. lib.* 2. *Giovagn. conſ.* 1. *num.* 17. *lib.* 2. *Farz. dec.* 11. *ſub num.* 7. *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 481. *num.* 10. *Peregrin. de fideicom art.* 25. *n.* 49. ubi plene *Rodulphin. alleg.* 204. *num.* 39. *Rot. cor. Ludoviſ. dec.* 514. *num.* 15. *& cor. Emerix. in una Bononien. fideicommiſſi die* 19.

Fe-

Februarii 1680. *confirm. car. eod. die* 9. *Iunii* 1681. *& impreſſ. per Rodulphin. in d. alleg.* 204. *num.* 38. 39. *& 42.*

Nec obſtat, quod ubi quæſtio eſt inter vocatos non reſpectu gradus, ſed ubi ex alia circumſtantia quis prætenderet ſe potiorem, ut hic, reſpectu qualitatis maſculiniratis tunc ſpecterur 32
proximitas Teſtatoris, non Hæredis gravati, ex quo Teſtator eſt, non Hæres qui diſponit, per *text. in Leg. ex facto* §. *ſi quis rogatus ff. ad Trebell.* tradunt congeſti per *Fuſar. conſ.* 12. *num.* 17. *& in tract. de ſubſtit. qu.* 484. *num.* 70. & per eum cum aliis ibi allegaris *Andreol. controv.* 248. *num.* 6. *ac Provenzal. inter allegat. Rodulph. allegat.* 105. *num.* 26. *& alleg.* 106. *num.* 14. *& ſeq.*

Etenim etſi in hoc obiecto maxime inſisterent Informantes pro actoribus, non merebantur allegari dd. Doctores, qui id firmant quando adeſt Statutum excluſivum ab hæreditate gravantis, & non excludit ab hæreditate gravati; Hoc etenim in caſu 33
volunt, quod attendatur potius proximitas gravantis, qui cenſetur magis affectus Legibus Patriæ quam Iuri Communi, per quod fœminæ non eſſent excluſæ, ſecus vero ubi extat Statutum excludens ſolum ab hæreditate gravati ex eadem rationem, quia affectio Teſtatoris, qui eſt, qui facit Teſtamentum conſideratur magis ad Statutum, quam ad Ius Commune, per quod non eſt femina excluſa, ut bene explicat *Peregrin.* iuxta quem intelligendi ſunt *Fuſar.* & alii ſupra citati, qui moventur ex 34
auctoritate eiuſdem *Peregrin.* Promovet enim *Peregrin. in ſuo tract. de fideicom. artic.* 20. *num.* 11. eamdem quæſtionem, & firmat ipſe quoque, quod ubi ea non verſatur reſpectu gradus, ſed reſpectu alterius circumſtantiæ, ſeu qualitatis eſt attendenda affectio Te- 35
ſtatoris, idcirco proximitas ipſius, non perſonæ gravatæ, nam Teſtator eſt qui diſponit *d. Leg. ex facto*, ſed poſtea *num.* 24. *&* 25. declarat, quod id eſt verum, ſi ex forma Statuti fœmina a ſucceſſione gravantis, quia Teſtator cenſetur magis affectus Statuto, per quem excluditur fœmina, quam Iuri Communi, *& num.* 26. e converſo ſubiicit hæc verba, *Idcirco vel reſpectu ſui, vel reſpectu gravati prædilexiſſe maſculos fœminis prout per Statutum diſponitur*; & idem tradit in *artic.* 25. *num.* 49. 55. *&* 56. & ad quem locum ibi ſe refert, ubi ſub *num.* 49. ait „ *ſicut ex communi pleniſſime probavi artic.* 20. quæ quidem proximitas quoad maſculos, & feminam eiuſdem gradus conſideratur reſpectu inteſtatæ ſucceſſionis, ut ſcilicet maſculus qui in ſucceſſione gravati prævaleat fœminæ videatur eſſe in primo gradu, femina autem in ſecundo, nec quidquam prodeſſet fœminæ, quod cum maſculo æqualiter Teſtatori ſucceſſiſſet, quia non Teſtatoris perſona intuenda eſt, ſed gravati, ut iam dixi, & latius dicam

nu-

num. 54. Nec quoque quod fœmina sit in eodem gradu, nam in
36 materia successoria gradus non considerarur respectu sanguinis, sed respectu successionis, adeout qui potior est in successione, dicatur esse in primo gradu, sicut plene dixi *articul.* 21. *num.* 9. & 10. & *eumd. Peregrin.* referens idem respondet *Rodulphin. in d. alleg.* 104. *ubi num* 26. facit idem obiectum, quod quando agitur de aliqua circumstantia, seu qualitate tribuente prælationem masculis debeat attendi affectio Testatoris, & sic proximitas gravantis, ut ibi per eum *num.* 25. *vers. non obstat*, & *num.* 28 respondet, quod non applicatur hæc traditio, quia intelligitur id quando adest Statutum de hæreditate gravantis, non
37 autem de hæreditate gravati, ut ibi per eum, nec contrarium sentit *Provenz.* ut supra in obiecto relatus, quia ipse scripsit in casu, ubi aderat duplex Statutum, unum excludens feminas ob masculos ab hæreditate gravantis, aliud vero præferens feminas agnatis ultra quartum gradum, in quo casu consuluit, quod esset attendendum magis Statutum excludens ab hæreditate gravantis, sed ubi Statutum licet non excludat ab hæreditate gravantis excludit ab hæreditate gravati per se similiter adhæret distintioni *Peregrini in d. art.* 20. *d. n.* 23 & *seq.* & *art.* 25. ut ibi per eum in *dict. alleg.* 105. *n.* 26. & 27. & *allegation.* 106. *n.* 13. & 14.

Quinimmo in d. suo casu non attenta duplicitate d. *Statuti Rot. Rom.* contra eius opinionem iudicavit sentiens attendendum esse Statuto loquens de hæreditate gravati, & ea nimirum regula quondam testator in successione fideicommissaria censeatur semper se magis conformasse cum Statuto loquente de hæreditate gravati quam gravantis, ut in dd. *duab. dec. cor. Emerix.* de anno 1680. & 1681. de quibus plene *Rodulph. in d. allegation.* 204 *num.* 38. 39. & 42.

Minus relevat quod cum simus in fideicommisso ordinato per extraneum, prout talis dicitur qui non est ex ascendentibus mas-
38 culis, *Leg.* 1. §. *extraneus Cod. de rei uxor. action. & notat Paris. d. cons.* 78. *n.* 19. *lib.* 2. tunc in vocatione filiorum sit recurren-
39 dum ad interpretationem iuris communis, non autem municipalis *Ancharan. in Leg. tres fratres Cod. de pact. Paris. d. cons.* 78. *d. n.* 19. *lib.* 2. *Sim. de Pret. de interpr. ult. volunt. fol.* 155. *n.* 304 *Covar. in cap. Raynaldus ante n.* 3. *de testam. Bardellon cons.* 81. *num.* 32. & *cum Andreol. contr.* 248. *n.* 7. & *addi potest Fusar. de substit. dicta qu.* 311. *n.* 50.

Quoniam primo hic non agitur de extraneo, quia Felix quæ fuit hæres instituta & dicto fideicommisso gravata non potest dici extranea tanquam filia Testatoris. Secundo opinio dd. Doctorum
40 procedit ubi ille extraneus non fuit vocatus nec fideicommisso

gra-

gravatus, ſed tantum vocantur filii, & deſcendentes d. extranei ſicuti in iſtis terminis loquitur *Anchoran. in d. Leg. tres fratres*, cum aliis in obiecto citatis, qui eum ſequuntur, ſecus vero, ubi Teſtator vocavit illum extraneum, & poſt eum eius filios, & deſcendentes, nam hoc in caſu quamvis ſint deſcendentes ab extraneo, fœminæ non concurrunt cum maſculo ſtante dicto Statuto, ſecundum quod, habita ratione ad perſonam gravati, ſucceſſio eſt deferenda ex mente Teſtatoris, ſicut eam opinionem *Anchoarani*, & ſequacium ſic declarant *Ruin. conſ.* 141. *num.* 5. *lib.* 2. & cum pluribus ibi relatis *Fuſar. conſ.* 73. *num.* 12. *&* 13. *ubi in fin.* teſtatur ita fuiſſe iudicatum, *& in tract. de fideicom. qu.* 402. *num.* 90. 91. 92. *&* 93. ubi refert *Bardellon. in dict. conſ.* 81. *num.* 32. *Pariſ. d. conſ.* 78. *num.* 19 *& Covar. in d. Cap. Raynald. ante n.* 3. quod ſimiliter pro ſua opinione refert *Andreol. d. controv.* 248. *d. num.* 7. & inde alios citat in contrarium, ut *num.* 93. concordat præfatas opiniones, ut prima *Anchoarani* procedat quando ſunt vocati liberi alicuius extranei, ſecunda vero quando diſpoſitive vocantur filii, vel deſcendentes extranei, qui iam ſucceſſit in bonis, & eſt gravatus ex tunc quod iuxta Statutum ſunt primo admittendi maſculi, & iſtis non extantibus fœminæ, ut ibi *num.* 92. quam opinionem late tuetur, & comprobat *Peregrin. de fideic. artic.* 25. *num.* 49. *et* 55. *ubi in fin.* ſubdit hæc verba „ *quam quidem concluſionem accipit qualecumque ſit fideicommiſſum illud ſucceſſivum, aſcendens, paternum, aut maternum, vel tranſverſale* „ *ad dicta ſupra num.* 49.

Ea nempe ratione non quia Statutum fundetur ſolum in conſervatione agnationis, qua ceſſante in extraneo, vult *Andreol.* 42
quodeſſet Statutum, ut in *d. conſ.* 248. *n.* 7. ſed quia cum vocantur deſcendentes, vel alii nomine collectivo, & ſic continentur plures perſonæ diverſorum graduum, tunc vocatio intelligitur facta ordine ſucceſſivo, ſive fideicommittens ſit agnatus, ſive ſit extraneus, *d. Leg. cum ita §. in fideicommiſſum ff. de legat.* 2. qui ordo ſucceſſivus in fideicommiſſo intelligitur ſecundum ordinem ſuccedendi ab inteſtato ad quem Teſtator reſpexit inſpecta perſona gravati, prout hanc rationem affert *Peregrin. d. artic.* 25. *n.* 9. ubi quod eſt concluſio ſuo iudicio vera, & neceſſaria, ac ſequitur *Fuſar. d. quæſt.* 402. *num.* 92. ubi quod eſt veriſſima opinio, *& in d. conſ.* 73. *num.* 13.

Nec curandum eſt de opinione *Andreoli*, tum quia uti conſulentis non tanti facienda eſt, ut recedatur in iudicando a declaratione prædicta, quam faciunt dd. alii DD. & quidem maioris auctoritatis, tum quia fundamentum *Andreoli* præcipue conſiſtebat quod ſuus caſus non erat comprehenſus in Statuto, ut ipſemet

respondet ibi *num.* 8. unde non mirum si consuluit pro ea parte, nam si Statutum ab intestato non excludit, neque Testator excludere censetur, nec voluntas ipsius, & in eo casu diceretur conformis ad Statutum, sed omnino difformis, sicut dicit *Cravett. cons.* 250. *num.* 4. Ac ulterius *Andreol.* scripsit in casu quo Testator recessserat a Statuto instituendo simul cum masculo etiam fœminam, idcirco dici non poterat se conformasse cum Statuto, quod non servaverat, ut ibi per *Andreol. num.* 70. & tradit quoque *Fusar. d. quæst.* 402. *num.* 94.

Ad absurdum per suppositum quod sic nunquam succederet fœmina, quæ ob Statutum semel a masculo excluſa semper remanet
42 excluſa, per *Bartol. in Leg. fin.* §. *pr. ff. ad Trebell. Mart. de succeſſ. leg. par. pr. quæst.* 13. *artic* 9. *num* 1. facilis est responsio; nam regula prædicta vera est, ubi fœmina ob masculos est absolute, ac simpliciter excluſa, sed per dictum fideicommissum sub nomine descendentium dicitur ab initio vocata non minus quam
43 masculus, servata tamen iuxta dispositionem Statuti sexus prærogativa, atque ita solum quamdiu masculus supereſt in eodem gradu, qui illam excludit, ideoque perpetuo excluſa dici non potest quamvis aliquando excluſa fuerit, *Mart. de succeſſ. legal. par. pr. quæst.* 13. *artic.* 9. *num* 12. *& seq.* & declarat *Peregrin. de fideic. d. artic.* 19. *num.* 26. *&* 27. *Caren. var. resolut. resol.* 118. *num.* 18 *vers. & si dicas, & resolut.* 237. *num.* 10. *Surd. dec.* 84. *num.* 9. *Fusar. de substit. dict. artic.* 311. *num.* 45. ubi limitat si vocarentur solum filii per vulgarem, nam tunc si in ingressu masculus existeret, & succederet, semper diceretur fœmina excluſa, & bona remanerent libera penes masculum.

Non officit tandem quod allegata præsumptio conformitatis voluntatis Testatoris cum Statuto sit ita debilis, ut si alia urgeat
44 in contrarium evanescat, *Bardellon. dict. cons.* 81. *num.* 29. *Magon. dec. Florent.* 16. *num.* 26. *Andreol. d. controv.* 248. *num.* 9 Nam
45 veritas est, quod non quælibet præsumptio in contrarium sufficit, ut recedatur a præsumpta Testatoris conformitate cum Statuto, sed requirerentur præsumptiones fortiores, ut illam excludant, ut per *Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 27. *Soccin. iun. cons.* 13. *n.* 35. *& cons.* 95. *num.* 36. *lib.* 1. ubi dixit hanc coniecturam procedere nisi alia potentior urgeat, *Soccin. sen. cons.* 90. *num.* 2. *vol. pr. & cons.* 249. *num.* 21. *vers. nono lib.* 2. dicens hanc esse fortem coniecturam, quam etiam optimam appellat *Paris. cons.* 48. *vol.* 2. *& cons.* 5. *num.* 27. *vol.* 3. Et nedum non habemus coniecturæ in contrarium eque fortes, sed potius aliæ sunt, quæ coadiuvant præsumptionem ex Statuto, *Alciat. cons.* 204. *num.* 3. *lib.*
46 9. ubi dicit istam coniecturam esse satis efficacem si maxime

altæ

aliæ quoque quamvis leves, & per ſe inſuffificientes concutrunt.

Concurrit namque quod Teſtator ſe expreſſe conformavit cum Statuto, dum inſtituit in Teſtamento prius filios maſculos, & filias dotavit, & non exiſtentibus maſculis fecit ſuos hæredes filios, prout diſponit dictum Statutum Petræ Sanctæ, unde ſicut iuxta Statutum maſculos prætulit fœminis in inſtitutione, ita ſub nomine deſcendentium vocaſſe cenſetur, & maſculos poſt feminas in ſubſtiturione, nam ordo inter primos nominatos ſervari debet etiam inter reliquos ſubſtitutos, ſicuti hoc argumento utitur *Andreol. controv.* 248. *num.* 11. *& Rot. Florent. cor. Magon. d. dec.* 16. *num.* 25. ubi quod ſubſtitutio declaratur ab inſtitutione, idem tradunt *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 311. *num.* 59. ac *Bellon. de iur. accreſcend. cap.* 5. *quæſt.* 50. *num.* 9.

Nec movent coniecturæ, quæ in oppoſitum conſiderantur, nam illa quod Teſtator non contemplaverit conſervationem agnationis non facit ad caſum, nam ſupra iam dictum fuit, quod præſumptio quod Teſtator ſe voluerit conformare cum Statuto non fundatur ſuper ratione conſervandæ agnationis, ſed ex quo vocando filios, ac deſcendentes nomine collectivo, vocatio intelligitur per neceſſe facta ordine ſucceſſivo, qui ordo ſucceſſivus in fideicommiſſo intelligitur, & interpretatur iuxta ordinem ſuecedendi 47
ab inteſtato, prout ex Statuto ſucceditur gravato, ut per *Peregrin. de fideicom. dict. artic.* 35. *num.* 49 *Fuſar. conſ.* 73. *num.* 13. *& dict. quæſt.* 402. *num.* 92. & magis in ſpecie *numer.* 73. ubi reſpondet, quod DD. utentes argumento, quod Teſtator voluerit ſe conformare cum Statuto loquuntur reſpectu ſucceſſionis, & volunt in fideicommiſſis bona deferri ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato, non autem ſe reſtringunt ad ſolam rationem agnationis.

Altera etiam deſumpta ex modo diſcretivo loquendi quia quando Teſtator voluit maſculos feminis præferri hoc expreſſit, & præſumptio reſpectu inſtitutionis prius factæ de filiis maſculis poſtea de feminis potius retorquetur in contrarium, nam ſicut in inſtitutione prætulit filios filiabus ſe conformando cum Statuto, per quod ita ab inteſtato ſuccedebatur eidem Teſtatori patri, ſic eos prætuliſſe cenſetur in ſubſtitutione ſe conformando cum Statuto, per quod ſic ſuccedebatur gravato, iuxta ſupra allegata. Alirer 48
etiam huic coniecturæ in individuo reſpondit *Fuſar. d. conſ.* 73. *n.* 22. *v. ad uitimum ſcilicet*, quod quamvis Teſtator expreſſe non dixerit in ſubſtitutione facta de poſteritate, ſeu deſcendentia feminis eſſe præferendos maſculos ſicut dixerat in inſtitutione, nihilominus eius voluntas talis colligitur cum præſumatur ſe velle conformare cum diſpoſitione Statuti, ut ibi per eum. Quo vero ad

ſubſtitutionem poſt finitam lineam filiarum Teſtatoris factam de eius fratre, & ubi prius ſubſtituit maſculos per lineam maſculinam, & in defectum maſculorum eorum filias feminas, & deſcendentes, datur quoque alia reſponſio, nam cum hæc ſit diverſa ſubſtitutio, & diverſa linea a prima de deſcendentibus a filiabus Teſtatoris, hoc argumentum diſcretivæ locutionis nihil operatur. *Ludoviſ. dec.* 301. *num.* 18. *prope fin Rot. dec.* 174. *num.* 2. *par.* 4. *dec* 345. *n.* 13. *par.* 16. *rec. cor. Celſo dec.* 229. *n.* 7.

Ex quibus &c.

Petrus Paconus Rot. Audit & Præt.
Aſcanius Venturinus Rot. Audit. & Relat.
Sebaſtianus de Marinis Rot. Audit.

DECISIO XXV.

FLORENTINA DONATIONIS.

24. *Maii* 1697. *ex L. M.* 135. *a* 527. *cor. Aud.* SEBASTIANO MARINI.

ARGUMENTUM.

DOlus, & circumventio in donante concludenter probari debet nec ſufficit ſola donantis aſſertio, & nonnullæ aliæ circumſtantiæ, quæ late perpenduntur. Ingratitudo donatarii ad revocandam donationem qualis eſſe debeat innuitur, ac ſimul traditur non poſſe ingratitudinem allegari per hæredem donantis, ſi hic vivens, eam opponere neglexerit. Diſpoſitiones ſenum, quando per reſtitutionem in integrum reſcindi mereantur, nec ne?

SUMMARIUM.

1 *Aſſertio Donatoris omni probationum genere deſtituta non meretur attendi.*

2 *Ubi præſertim poſt longum tempus reclamaverit a donatione, omnis enim præſumptio ſtat contra eum.*

3 *Fortius ubi concurrat maxima inverisimilitudo, & repugnantia.*

4 *Regula quod morti proximus non præſumatur mentiri quando locum habeat?*

5 *Clandeſtinitas, & occultatio fraudis ſuſpicionem induxit, quando id quod agitur libere, & palam fieri non poteſt, non vero quando actus libere geri poteſt.*

6 Præ-

6 *Præſertim ſi intervenerit Notarius, Teſtes, & celebratio publici Inſtrumeenti.*

7 *Maxime ſi Inſtrumentum fuerit denunciatum in Gabella.*

8 *Coniectura in dubio trahi debet ad actum licitum, & permiſſum ad fraudis excluſionem.*

9 *Fraudis præſumptiones contrariis præſumptionibus & coniecturis eliduntur.*

10 *Ex actibus incontinenti, & temporis brevitate geſtis doli ſuſpicionem deſumunt DD.*

11 *Mandatum, & affectus habent cauſam finalem, & ſatis veriſimilem ad tollendam fraudis ſuſpicionem.*

12 *Clauſulæ numquam dici poſſunt inſolitæ, niſi probetur eſſe contra naturam diſpoſitionis de qua agitur, & contra ſtilum, & conſuetudinem Notarii.*

13 *Contra naturam actus non ſunt clauſulæ tendentes ad irrevocabilitatem donationis, quæ de ſui natura eſt irrevocabilis.*

14 *Sed potius tendunt ad nimiam cautelam, quæ tamen eſt permiſſa, & redolet potius prudens conſilium, quam fraudem, & dolum.*

15 *Clauſulas eſſe contra conſuetudinem Notarii ab aſſerentibus eſt probandum.*

16 *Nemini prohibitum eſt, & blanditiis, & muneribus aliquem allicere ad diſponendum in ſui favorem.*

17 *Qui eſt in mora ad neceſſaria præſtanda alimenta, videtur quodammodo ea denegaſſe.*

18 *Actiones ad vindictam ad hæredes non tranſmittuntur.*

19 *Depoſitum pecuniæ in Iudicio habet vim ſolutionis ad purgandam moram.*

20 *Reſcindendæ donationi ex cauſa ingratitudinis videtur quis renunciaſſe recipiendo menſtruas penſiones.*

21 *Senectus liberam rerum ſuarum diſpoſitionem non adimit, ſed & teſtari, & donare decrepitis etiam eſt permiſſum.*

22 *Ideoque ex capite reſtitutionis in integrum eorum diſpoſitiones reſcindi nequeunt, niſi probetur infirmitas.*

23 *Perſeverantia ſanæ mentis etiam in decrepito præſumitur & contrarium alleganti incumbit onus probandi.*

24 *Imbecillitas non irritat actum, niſi probetur ſenem ad puerilem ſenſum reduxiſſe, nec ſatis eſt quod careat eo mentis vigore, quem etas poſtulat, id enim non ſufficit ut quis teſtari, & donare prohibeatur.* num. 25.

26 *Aliud eſt imbecillis, & hæbes ingenii, aliud demens qui licet non habeat mentis vigorem habet tamen Iudicium, & intelligit quod agit.*

27 *In iudicialibus tamen demens quoque indiget auxilio; ibi enim ex ſola negligentia, & taciturnitate maximum ſibi poteſt inferre præiudicium.*

28 *Contrariæ auctoritates de ſenibus qui reſtituuntur in integrum declarantur.*

29 *In decrepito non præſumitur imbecillitas, ſed potius maior prudentia, & calliditas propter longam rerum experientiam.*

30 *Admiſſio ad publica officia eſt valida coniectura pro ſanitate mentis.*

31 *Item acceſſio ad Sacramenta.*

32 *Notario ſtandum eſt, aſſerenti eum cuius inſtrumentum confecit ſanum eſſe mentis.*

33 *Unicuique etiam incognito, & extraneo licet donare.*

34 *Locare pro tenui affectu non probat imbecillitatem, & quare.*

35 *Illud ſolum donatum cenſetur quod ſupereſt ære alieno relicto.*

36 *Quinimo etiamſi aliquid creditoribus ſolutum ſit, poſſunt tam ipſe quam eius ſucceſſores, ſi quos haberet in quantitate reſervata a Donatario ſolutum repetere.*

DOmini Guido Baldovinettus ſub die 18. Febr. 1691. annos agens 78. & menſes circiter novem, donavit inter vivos omnia ſua bona D. Matthæo de Roſſellis, reſervato ſibi uſufructu, & facultate diſponendi de ſcut. mille, quæ Paulus eius Pater liberam ei facultatem deducendi reſervaverat, nec non de aliis ſc. 100. & de ſc. 10. ad effectum teſtandi. Sed mutata voluntate ſub die 24. Ianuarii 1694. petiit coram D. Iudice QQ. prædictæ donationis revocationem, a quo tamen cum contrariam Sententiam reportaſſet, D. Vincentius Baldovinettus ex perſona D. Guidi iam defuncti appellavit ad Rotam, & ex tripliei capite ſupradictam donationem impugnare conatus eſt. Primo tamquam doloſe, & malis artibus a ſene iam decrepito extortam; ſecundo ob Donatarii ingratitudinem; & in omnem caſum eidem uti ſeni, & decrepito reſtitutio in integrum concedi adverſus eumdem Inſtrumentum donationis tamquam enormiſſime læſo, quorum neutrum attendendum eſſe, & propterea pro confirmatione Sententiæ, hodie reſpondit Rota.

Et quoad prætenſum dolum, & circumventionem, nil aliud apparebat in actis, niſi quædam iurata proteſtatio D. Baldovinetti emiſſa die 7. Auguſti 1694. quod videlicet fuiſſet circumventus a Roſſellio, cum quo convenerat, quod in Inſtrumento donationis, ſe obligaret ad extinguenda omnia eius debita, & quod ultra uſumfructum omnium bonorum, & detractionem ſcut. 1110.

a bo-

a bonis fideicommiſſi ex paterna permiſſione excorporanda eſſet,
quoque idem libere reſervatum prædium delle Caſelle, quæ do- 1
naroris aſſertio omni probationum genere deſtituta, non merebatur attendi, ne fieret reſtis in cauſa propria, *Leg. omnibus 9 Cod. de teſtib. Farinace. de teſtib qu. 60. per tot.* præcipue, quia quid quid ſit, ſi ſtatim poſt donationem conquæſtus eſſet, in quibus terminis loquitur *Decian. reſponſ.* 32. cum aliis in contrarium allegaris; cum poſt longum, tempus fere trium annorum reclamaverit, omnis præſumptio ſtat contra eum, qui tandiu Ius ſuum 2
diſtulit in Iudicium deducere, *Bald. conſ.* 37. *num. 6. lib.* 1. *Cravett conſ* 75. *num.* 9. *Surd. conſ.* 32. *num.* 10. *Menoch lib.* 5. *præſumpt* 3. *num.* 105.

Concurrente præſertim nimia inveriſimilitudine, & repugnantia cum D. Baldovinettus ad has querimonias non devenerit, niſi poſtquam Roſſellus propriis ſumptibus, iisque non modicis 3
obtinuit detractionum liquidationem ſuper bonis fideicommiſſi in ſumma ſcut. 4469, prout in Sententia Supremi Magiſtratus ſub die 8. Ian. 1692, quæ alias erat omnino incertæ, & illiquidæ, & maximis litibus obnoxiæ, ut patet ex actis; unde oritur vehemens ſuſpirio, & præſumptio contra proteſtationem prædictam.

Fortius etiam, quia Dominus Baldovinettus non poterat ſibi poſt mortem reſervare Prædium *delle Caſelle*, quod erat ſubiectum Fideicommiſſo Paterno, ut conſtat ex Inſtrumento adeptæ Poſſeſſionis prædicti Prædii a Domino Vincentio Baldovinetto ſub die 27. Februarii 1694. rog. Ser Iuliani Peri, & de quo diſponere non poterat; ſed erat certum, quod debebat devenire ad cæteros vocatos in fideicommiſſo unde fuiſſet inanis huiuſmodi reſervario, præſertim quia detractiones erant dubiæ & incertæ, & poterant aſſignari ſuper aliis bonis, ut de facto ſub die 10. Aprilis 1693 fuerunt aſſignatæ non quidem ſuper Prædio *delle Caſelle*, ſed ſuper Prædio *di Monte*, ex quo reſultat vehemens præſumptio, quod Dom. Baldovinettus non convenerit cum Roſſellio de reſervando ſibi Prædium, quod ſciebat eſſe Fideicommiſſo ſubiectum.

Animadvertendo inſuper, quod ſi prædicta omnia promiſiſſet Roſſellius, nullum commodum ſentiſſet ex donatione prædicta: Quinimmo ipſe potius donaſſet Baldovinetto, detractis enim ſcut. 110. reſervatis in Donatione; & extinctis eiuſdem Baldovinetti debitis aſcendentibus ad ſummam ſcut. 2000. ut fatentur Adverſarii, & attento valore dicti Prædii *delle Caſelle*, & computaris expenſis litis, & laboribus per Roſſellium factis in duabus inſtantiis pro liquidatione detractionum, & excorporatione bonorum; certum eſt, quod onere, & gravamina Donationis excede-

cederent valorem rei donatæ, & Donatarius aliquid de proprio
1 erogasset in favorem Donatoris.

Nihilque prorsus est deferendum Testibus pro Baldovinetto examinatis deponentibus de conquæstibus eiusdem post Donationem, cum nemo illorum auferit asserere illas fuisse immediate secutas, ut asseruit Baldovinettus in memorata eius protestatione, sed post trimestre, vel post quadrimestre. Cum immo immediate post Donationem quintus Testis super 6. Interrogatorio
2 dicat „ *continuò ad esser suo amico, e si lodava d' aver fatta la Donazione* „ Et sextus Testis super eodem Interrogatorio „ *si lodava d' aver fatta la Donazione* „ & primus Testis pariter super eodem Interrogatorio „ *seguitò alcuni mesi dopo a praticare detto Rosselli, & andare a bottega sua* „

Et omisso, quod primus Testis, & secundus sunt famuli,
3 & salariati habitantes in Domo Baldovinetti, & tertius, & quartus sunt coloni omnesque viles convincuntur expresse de mendacio, dum Baldovinettus sub die 14. Iunii 1693. rog. Ser Virgilii Boncristiani eumdem Rossellum donatarium sibi scripsit hæredem, quod si cognovisset ab eo fuisse circumvenrum, & ut dicunt Testes „ *che l' avesse messo in mezzo* „ illum utique non instituisser hæredem.

Et licet dolus nec articulatus, nec probatus non resultat ab actis Informantes, nihilominus satagebant ex quibusdam coniecturis levibus quidem, & generalibus illum deducere; quarum prima desumpta, ex quo supradictæ reclamationes, & quærimoniæ fuerint repetitæ a Dom. Baldovinetto in Codicillis confectis tempore morti proximo non relevat quia ea conclusio, quod morti proximus non præsumatur mentiri, habet locum in iis dumtaxat, quæ morientis, suique hæredis damnum respiciunt, non vero in causa propria, & contra eum qui confessioni non
4 consensit; per *Text apertis. in Leg. cum quis* 37. §. *Titia ff. de leg.* 3. *Ramon. cons.* 100. *num.* 539. *Surd. cons.* 388. *num.* 62. *Rot. decis.* 535. *num.* 24. *& seqq. par.* 14. præsertim, quia de eo tempore D. Baldovinettus Iudicium intentaverat pro rescissione Donationis, illudque acriter prosequebatur; quapropter huiusmodi assertionis factæ pendente lite nulla prorsus ratio habenda est.

Nec pariter subsistit secunda coniectura deprompta, ex quo prædicta donario fuerit extra Domum Donatarii clam in Conventu S. Augustini confecta ex relatis per *Andreol. contr.* 14. *n.*
4 quia tunc demum clandestinitas, & occultatio aliquam fraudis suspicionem inducit, cum id quod agitur libere, & palam
5 fieri non potest, ut quando contrahitur matrimonium clandesti-

num

num, vel donatio in fraudem Fiſci, vel contractus Fœneratitius non autem quando actus libere geri poteſt, ut pura donatio quæ eſt in libertate cuiuslibet, *Menoch. conſ.* 685. *n.* 31. *Surd dec* 21. *n.* 5. *Bellon. iun. conſ.* 18. *n.* 56. præſertim cum interventus Notarii, & Teſtium, & celebratio publici inſtrumenti operetur publicitatem 6
actus, adeout donatio publice, & palam facta dicatur *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 142. *Decian. conſ.* 2. *n* 95. *lib.* 1. *Farinacc. qu.* 89. *n.* 139. eoque magis quia prædictum Inſtrumentum deinde apparet denunciatum in gabella, quæ publicatio deſtruit quam- 7
libet ſuſpicionem provenientem ex occultatione. *Menoch. d caſ.* 194 *n.* 19. *& lib.* 3. *præſumpt.* 124. *num.* 45. *Farinacc. qu.* 89. *num.* 13. *verſ hoc tamen.*

minuſque relevat tertia coniectura elicita ex frequentia actuum Roſſellio favorabilium, ut eſt Teſtamentum eadem die donationis confectum, in quo fuit inſtitutus filius prædicti Donatarii, & ex ampliſſimo mandato procuræ, & bonorum affictu, ab eodem ſucceſſive ſuſceptis ex quibus deſumitur nimia affectatio, & cupiditas adminiſtrandi bona Donatoris, quæ doli præſumptionem inducit, quia ut bene reſpondetur in motivo Dom. Iudicis a quo in §. quarta coniectura &c. hæc omnia procedere potuerunt a mera voluntate, & liberalitate Donatoris abſque dolo Donatarii; unde intrat nota concluſio quod coniectura in dubio trahi debet ad actum licitum, & permiſſum ad fraudis exclusionem *Farinacc qu.* 167. *n.* 69. *Peregr. de iur. fiſc lib.* 2. *tit.* 8
6. *n* 29. *Surd dec.* 216 *n.* 46. *Giurb. dec* 58. *n.* 8. *Merlin. dec.* 194. *n.* 22. *& bene in term Menoch. conſ.* 685 *n* 34. *& ſeqq.* ubi quod ex diſpoſitione omnium bonorum in aliquem collata non arguitur dolus, quando diſponens poteſt de rebus ſuis libere diſponere. Et omnem fraudis ſuſpicionem removet prædictum Teſtamentum cooditum quatuor fere menſes poſt donationem rog. Ser Virgilii Boocriſtiani in quo D. Baldovinectus ſcripſit hæredem Matthæum de Roſſellis, appellando illum ſuum donatarium, ut ſupra diximus, qui actus cum ſit receptus a diverſo Notario, & ſine interventu Roſſellii tem claram, & indubitatam reddit adverſus quamcumque doli coniecturam, cum fraudis præſumptiones contrariis præſumptionibus, & coniecturis elidan- 9
tur ex relatis per *Rot dec.* 2242. *n.* 8. *cor. Coccin.* Præterea ſupradicti actus non fuerunt geſti incontinenti, & cum ea temporis brevitate, ex qua DD. deſumunt aliquam doli ſuſpicionem, ſed ex intervallo plurium dierum ac menſium a die ce- 10
lebratæ donationis *Bardellon. conſ.* 34. *num.* 31. *cum aliis relatis a Senatu Mantuano apud Palm. alleg.* 74. *num.* 44. Præſertim quia 11
mandatum, & affictus habent cauſam finalem ſatis veriſimilem

ad

ad tollendam fraudis præſumptionem „ ibi „ per non potere „ attendere a ſuoi intereſſi, ed alla cura, e cuſtodia dei ſuoi be- „ ni „ ur advertit *De Luc. de dot. diſc.* 34. *n.* 4.

Quartæ coniecturæ deſumptæ ex clauſulis inſolitis de non revocanda donatione etiam ob ingratitudinem, nec petendi abſolutionem a iuramento, eaque oblata non utendi, reſpondetur quod clauſulæ nunquam dici poſſunt inſolitæ, niſi probetur eſſe contra naturam diſpoſitionis de qua agitur, & contra ſtylum, & conſue-
12 tudinem notarii, qui Inſtrumentum recepit, & conſcripſit *Alex. conſ.* 28. *n.* 9. *lib.* 5. *Menoch. conſ.* 1. *n.* 338. ad quod idem ſe remittit *lib.* 5. *præſumpt.* 3. *n.* 103. *in contrariam allegat. & conſ.* 685. *n.* 28. *Maſcard de prob. concl.* 299. *n.* 3. 4. quod autem non ſint contra naturam actus patet, quia omnes tendunt ad irrevocabilitatem donationis, quæ de ſui natura eſt irrevocabilis *Leg. Ari-*
13 *ſto ff. de donat. Leg. perfecta Cod. de donat. quæ ſub modo Antun. de donat. reg lib. prim. prælud.* 2. *num.* 7. & in terminis ponderat *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 35. *n* 13. *Farinac. qu.* 89. *n.* 60. *in fin.* & ad ſummum poſſet dici, quod tendant ad nimiam cautelam quæ tamen eſt permiſsa, & potius redolet prudens conſilium quam
14 fraudem, & dolum *Manzaned. dec.* 308. *n.* 6. *Zarat. dec.* 58. *num.* 8. *Celſ. dec.* 123. *in fin. Merlin. dec.* 6 *n.* 14. *Bich dec.* 568 *num.* 12. *& ſeqq.* quod vero ſint contra ſtylum, & conſuetudinem Notarii erat ab aſserentibus clare probandum *arg. Leg. de preſcriptio-*
15 *ne ibiq. Gloſſ. Cod. ſi contr. ius, vel utilit. publ. Maſcard. d concl.* 299. *n.* 11. *Menoch conſ.* 422. *n.* 14. *Farinacc. qu.* 89. *n.* 60. & tantum abeſt quod ſint inſolitæ quia potius in Formulario Florentino, & quodam alio Io. de Madiis inſertæ ſunt, & paſſim a noſtris Notariis in contractibus donationum, & renunciationum uſurpari ſolent.

Quinta tandem coniectura deſumpta a blanditiis, & muneribus quibus D. Roſſellus alliciebat D. Baldovinettum ad ſibi donandum, ceſſat, cum nemini prohibitum ſit, & blanditiis, & muneribus aliquem allicere ad diſponendum in ſui favorem, *Leg.*
16 *fin. ibiq. DD. ff ſi quis aliq. teſt. prohib. Leg fin. Cod. eod. Peregr. de iur. fiſc. lib.* 2 *tit.* 6. *n.* 26. *Cor. conſ.* 209. *n.* 27. *lib.* 2. *Socin. iun. conſ.* 113. *num.* 13. *lib.* 3. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 395. *n.* 4. *Farinacc. qu.* 161. *n.* 49.

Secundum caput annullandæ donationis deducere prætendebant Informantes ex motivo ingratitudinis ex duplici quidem capite reſultans, primum ex quo Roſſellus contra pactum expreſſum in locatione devenerit ad inciſionem 30. quercuum in bonis conductis, & ſic quod ex iſto damno illato in bonis donatoris reſultet ingratitudo, *Gomez var. tom.* 2. *cap.* 4. *n.* 14.

Al-

Alterum ex quo idem Roſſellus fuit in mora ſolvendæ penſionis conventæ in locatione, quæ erant neceſſaria pro alimentis cum aliud non haberet unde ſe aleret, & ſic videatur quod ammodo denegaſſe alimenta donatori, *Gomez ubi ſup. n.* 14. *Surd. de aliment. qu.* 48. *n.* 6. 17

Sed neutra ex dictis cauſis ingratitudinis attendi debet, nam quo ad primam omiſſo an ex eo actu dicatur illata atrox iniuria Donatori prout requirit, *Text. in Leg. ult. Cod. de revoc. donat* certum eſt, quod licet vigore locationis non poſſet D. Roſſellus ſylvam incidere ob expreſſam reſervationem, poterat tamen id facere vigore mandati, quod idem Roſſellus habebat ampliſſimum, præſertim quia eaſdem arbores inciſas implicavit in cultura bonorum donatoris, & ad fulciendas, & ad ſubſtentandas vires prædii delle Caſelle, ut patet ex Sententia Criminali in actis exhibita; unde ceſſat quilibet dolus ad inducendam ingratitudinem. Quinimo eadem Sententia Criminalis corruit ex facto. Fundatur enim in præſumptione, quod Roſſellus voluerit expenſis D. Baldovinetti excolere prædium prædictum in quo vigore donationis erat brevi ſucceſſurus, ut patet ex Motivo eiuſdem Sententiæ „ ibi „ e bensì al contrario verisimile che il Roſ„ ſelli voleſſe a ſpeſe del Baldovinetti ridurre in aſſai buona cul„ tura, e per molti anni li beni li quali credè dover ſuccedere „ in virtù della già detta Donazione, e però malizioſamente, e „ con troppa aſtuzia ec. „ quod tamen eſt falſum, quia in donatione non continebatur ſupradictum prædium delle Caſelle, ſed ſolum dubie, & illiquide detrationes, quæ erat incertum ſuper quibus bonis aſſignarentur, ut ſupra etiam dictum fuit. Unde redditur inſuſſistens, quod Roſſellus curaverit ſumptibus Donatoris reſtaurare Prædium delle Caſelle ſub ſpe in eo ſuccedendi, quæ erat dubia, incerta, & remotiſſima.

Sed quod tollit omnem difficultatem illud eſt, quod Dom. Baldovinettus dum vixit numquam petiit revocari donationem ex capite ingratitudinis, & proinde non poſſunt eius ſucceſſores ingratitudinem allegare, etiam ſi conſtaret de voluntate Donatoris revocandi donationem niſi id iudicialiter petierit, ea notiſſima ratione, quod actiones ad vindictam ad hæredes non tranſmittuntur, *Leg. iniuriarum actio ff. de iniur.* §. *non tamen inſtit. de perpetuis, & tempor. act. Leg. unic. Cod. ex delict. defunct.* late in terminis *Bardellon. conſ.* 57. *n.* 27. 28. *& ſeqq. Magon. deciſ. Florent.* 76. *n.* 26. *Ludoviſ. dec. Peruſin.* 93. *n.* 40. *Rota deciſ.* 361. *num.* 39 *par.* 11. *rec.* 18

Eademque ratione tollitur altera cauſa ingratitudinis, quia nempe D. Baldovinettus numquam petiit revocare donationem ob

non

non ſoluram menſtruam penſionem locationis; unde fruſtra nunc idem prætendunt eius ſucceſſores ex ſupradictis; Et inſuper negatur in caſu noſtro interveniſſe, quia ſtatim, ac D. Roſſellus fuit iudicialiter interpellatus depoſuit pecunias in Curia Mercantiæ, ut patet ex actis, quod depoſitum habet vim ſolutionis ad
19 purgandam moram, ut in terminis *Rot. cor. Celſ. deciſ.* 231. *n.* 7. 8. *dec.* 44. *n.* 7. *par.* 17. *rec.*

Et additur ex abundanti, quod quatenus interveniſſet ingratitudo, attamen tantum abeſt Baldovinettum potuiſſe hac de cauſa reſcindere donationem, quod imo recipiendo menſtruas pen-
20 ſiones videtur huiuſmodi actioni renunciaſſe, & ingratitudinem remiſiſſe, ut exemplo emphyreutæ in terminis reſpondit *Burſatt. conſ.* 253. *n.* 25. *tom.* 3. *Celſ. d. dec.* 231. *n.* 9. *dec.* 361. *n.* 36. *& ſeqq. par.* 11. *rec.*

Firmata igitur validitate donationis fruſtra convolabant Informantes ad remedium reſtitutionis in integrum, quæ ſene decrepito competere dicebatur. Nam ſola ſenectus liberam rerum ſuarum diſpoſitionem non adimit, ſed & donare, & teſtari ſenibus, quamvis decrepitis permiſſum eſt, *Leg. Senectus ibiq. Gloſſ.*
21 *lit. E.* & DD. præſertim *Bald in Cod. de donat. L. Senium ubi parit. DD. C. qui teſtam. fac. poſſ.* unde ex capite reſtitutionis in integrum eorum diſpoſitiones reſcindi non poſſunt, niſi probetur mentis infirmitas, & imbecillitas, late *Merlin. Pignat. controv.* 52. *per tot.*
22 *ibiq. Scoppa num.* 2. *cent.* 2. bene *Pacion conſ.* 134. *num.* 35. *& ſeqq. & num.* 53. ubi ſolvit contraria, *& num.* 62. *& ſeqq. Donat. de renunc. cap.* 24. *num.* 13. *Franc. deciſ.* 608. *per tot. de Marinis allegat.* 135. *num.* 3.

Perſeverantia enim ſanæ mentis etiam in decrepito præſumitur, ita ut contrarium alleganti incumbat onus probandi evidenter
23 mentis imbecillitatem, & repueraſcentiam, *Bald in d. Leg. Senectus in princ. & in d Leg. Senium*, ubi quod perſeverantia ſanæ mentis etiam in ſeniſſimo præſumitur, quem ſequitur *Salycet. in princ. ex originali doctrina Odofred. in d. Leg. Senectus, vbi de ſene centenario Rubeus de Teſtam. cap.* 13. *n.* 91. *&* 92. *Burat dec.* 256 *n.* 2. *verſ. quæ præſumptio, Fontanell. dec.* 83. *num.* 14. *Rot. deciſ.* 384. *n.* 5. *par.* 1. *rec. Rembold. dec.* 203. *n.* 5. & in noſtris præ-
81 ciſis terminis *Dunozet. ſen. dec.* 191. *n.* 1. ubi de ſene 93. annorum *Dunozet. inn. dec.* 701. *n.* 13. ubi quod hæc præſumptio militat etiam in ſene 100. annorum.

Quinimo ſola mentis imbecillitas quatenus probaretur ad irritandum actum non ſufficit, ſed talis imbecillitas probanda
24 eſt, quæ ſenem ad puerilem ſenſum ad inſtar pupillorum reduxerit, ut ſentit *Angel. in d. Leg. Senectus* „ ibi „ ſola ſenectus

non

„ non irritat donationem, niſi reduxerit ſenem ad puerilem ſen-
„ ſum „ & ibidem *Bald.* ubi & hoc eſt verum, niſi ſenectus du-
xerit ad puerilem ætatem. Er bene *De Marin. d. alleg.* 135 *n.* 3. 25
imbecillis enim, & integro mentis vigore carens non prohi-
betur contrahere, & donare, ut reſpondit *Rot. deciſ.* 384. *num.* 5.
par. 1. *rec.* aliud enim eſt, quod quis ſit indiſcretus, imbecillis,
& hebes ingenii, aliud quod ſit demens, & ita debilis intel-
lectus, ut puero æquiparetur, quia imbecillis, licet non habeat 26
mentis, & intellectus vigorem, habet tamen iudicium, & intel-
ligit, quod agit, & poteſt matrimonium contrahere, & donare,
& alia huiuſmodi, quidquid ſit in iudicialibus, in quibus aliquo
indiget auxilio ad integrandum eius intellectum, quia in iudicio 27
ex ſola negligentia, & taciturnitate maximum ſibi poteſt inferre
præiudicium, quod ſecus eſt quando ſponte, & ex mera volun-
tate movetur ad contrahendum, ut optime diſtinguit *Rot. dec.* 577.
n. 1. *par.* 1. *diverſ.*

Quare non obſtant in contrarium adducti *Odd. enim de reſtit.* 28
in integr. par. 1. *art* 3. *qu.* 3. præterquod expreſſe reprobarur a
Donad. de renunciat. dict. cap. 24. *n.* 13. *& Merlin. in d contr.* 52
loquitur in ſene qui cæpit iam repueraſcere, ut patet ex eius lectura.

Et in his terminis pariter loquitur *Narbon. de ætat ann.* 80.
qu. 3. *ut patet ex n.* 6. „ ibi „ niſi etiam ea ætate ita valde ſa-
gax, & ſapiens exiſtat, ut „ non ſolum aliter, ac cæteri cor-
dati viri res ſuas adminiſtret, & ita deciſum, refert *Franc. deciſ.*
608. præterea admittit reſtitutionem eſſe concedendam ſenibus
octuagenariis dumtaxat, & non ante, *ut ibidem n.* 5. quia non an-
te incipiunt repueraſcere, ut ex regio Propheta firmat idem *Nar-*
bon. ubi ſupra qu. 2. *n.* 5. *circa medium Scopp. ad Merlin. Pignatt.*
d. contr. 52. *n.* 2. at in caſu noſtro D. Guido non adhuc pervc-
nerat ad annum octuageſimum, ut ſupra diximus.

De Luc. ad Franc. d. dec. 608. *n.* 8. loquitur contra eumdem
Franciſcum quem ſequuti fuerunt *De Marin.* ac cæteri ſuperius
allegati, quorum longe maior eſt auctoritas, & inſuper DD. quos
allegat agunt de reſtitutione in integrum ſenibus concedenda
propter corporis imbecillitatem, in qua infirmis, & miſerabi-
libus perſonis æquiparantur, ut nempe non citentur ad compa-
rendum perſonaliter, non carcerentur, non cogantur ſubire pu-
blica officia, & alia huiuſmodi, in quibus terminis loquuntur
Alvarez de privil. miſ. perſon. par. 2. *qu.* 18. *n.* 60. *Baron. de ci-*
tat. q. 38. *n.* 4. *Gratian diſcept. for* 128. *n.* 15. cæterique in con-
trarium allegati, quod tamen non procedit in imbecillitate men-
tis, quæ in decrepito non præſumitur, ut ſupra probavimus,
ſed potius maior prudentia, & calliditas propter longam rerum 29

experientiam, & ita bene distinguit *Text. in l.eg. 2. §. quem ita senio ff. de vacat. & excus. muner.*

Nec desunt coniecturæ suadentes in D. Baldovinetto fuisse de tempore donationis optimum iudicium, & prudentiam, ut patet ex ipso Instrumento donationis; reservavit enim sibi integrum usumfructum omnium bonorum, & insuper sc. 100. cum aliis sc. 10. ad effectum testandi, & quod plus est sc. mille, quæ ei Pater libera a fideicommissi nexu reliquerat, quæ omnia summam Donaroris prudentiam redolent, *Paris. cons.* 88. *num.* 14. *Odd cons.* 93. *n.* 37. *&* 38. quod etiam clarius pater atrentis facti circumstantiis; nam D. Baldovinettus erat tunc temporis multo ære alieno gravatus, & quotidie a creditoribus vexabatur eiusque bona erant paterno fideicommisso subiecta exceptis sc. mille, de quibus Pater facultatem disponendi eidem fuerat impertitus, quæ simul cum usufructu sibi reservavit, unde nihil in donatione præter turbidas, & illiquidas detractiones continebatur, quas D. Rossellus contradicentibus DD. Adversariis post longam causæ discussionem, propriis sumptibus, & expensis obtinuit excorporari, ut patet ex actis, econtra D. Rossellus antequam donatio posset effectum sortiri vivente scilicet D. Baldovinetto eius creditores sedavit, & in notabili quantitate eius debita persolvit, ut constat ex receputis in actis exhibitis, ex quibus apparet D. Baldovinettum multa sagacitate, & providentia de rebus suis disposuisse, dum quod erat certum sibi reservando, & quod erat incertum, & multis litibus obnoxium post mortem donando, invenit qui proprio ære creditores vel compescuit, vel dimisit.

His additur, quod prædictus Donator fuit admissus ad publica
30 officia, & in specie exercuit Magistratum vulgo l' Arte del Cambio, quæ est valida coniectura pro sanitate mentis, *Mastrill. de magistr. lib. 2. cap. 2. n. 29. & seqq. & cap. 4. n. 36.* & satis frequenter accedebat ad Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, ut
31 viri Religiosi testantur, quod pro sanitate mentis considerat *Rota dec. 256. n. 17. cor. Buratt. & dec. 34. n. 4. par. 1. rec. & coram Rembold. dec. 203. n. 8.* & bene etiam animadvertit D. Iudex primæ Instantiæ §. *consimil. in fin.*

Tandem idem suadent duo Testamenta ab eodem Baldovinetto diverso tempore, & diverso Notario confecta, quorum primum eadem die cum donatione in quo asseritur „ sano di mente, „ vista, udito, intelletto „ secundum vero diei 28 Iulii 1693. „ ibi „ sano di mente, vista, udito, intelletto, e di corpo an„ cora „ quorum attestationi hac in re standum est *Corn. cons.* 216. *n.* 14. *lib.* 3. *Honded. cons.* 78. *n.* 58. *lib.* 2. *cum aliis late*
32 *relatis per Buratt. d. dec.* 256. *num.* 3. *in term. Dunoz. d. decis.* 197. *num.* 13. *& seqq.*

Ne-

Neque his adverſantur coniecturæ pro inducenda in dicto Baldovinetto mentis imbecillitate in contrarium ponderatæ; nam quod poſthabitis coniunctis donaverit perſonæ omnino extraneæ non poteſt inducere præſumprionem parum ſanæ mentis, cum li- 33
ceat uniruique etiam inrogniro, & extraneo ad libitum donare, *ut in term. reſp. Rot. in d dec. 191. n. 5. cor. Dunoz. ſen.* præſertim in caſu noſtro, in quo Baldovinettus erat arctiſſimæ amiciriæ vinrulo obſtrictus Roſſellio, prout deponunt plures Teſtrs ab Advetſariis inducti; quintus enim teſtis ſuper 20. interrog. „ ibi „ ſo che il Sig. Guido Baldovinetti, innanzi rhe faceſſe „ la donazione erano amici „ & ſextus ſuper 9. interrog. „ ibi „ „ è vero, che il Sig. Baldovinetti era amiro confidentiſſimo del „ Sig. Matteo Roſſelli, *& inferius* erano amici confidentiſſi- „ mi „ & ſuper 20. interrog. „ avanti, che il Sig. Guido fa- „ ceſſe la donazione al detto Roſſelli era ſuo amico ſviſrerato, „ e durò ad eſſere ſuo amico anco tre meſi dopo „ & fatetur idem Baldovinettus in ſuo Teſtamento ſub die 13. Decembris 1691. in quo defecta linea coniunctorum ſubſtituit filium prædicti Roſſelli „ dirhiarando d. Teſtatore di aver fatto o fare detta „ ſoſtituzione di Paolo Aleſſio ſtante l'afferto, che detto Matteo „ Roſſelli, Padre di Paolo Aleſſio ha ſempre dimoſtrato verſo la „ Perſona di detto Teſtatore, ed eſſerſi moſſo ancora detto Te- „ ſtatore a fare tal ſoſtituzione perchè detto Matteo Roſſelli, po- „ ſe il nome di Paolo Aleſſio a detto ſuo Figliuolo, ſtante che „ ſimil nome teneva il Figliuolo unico defunto di detto Teſtato- „ re, e per queſta memoria dire, e diſſe eſſerſi moſſo a far „ quanto ſopra. „

Quod vero idem Donator ſub die 12. Maii 1692. locavetit Roſſellio tria prædia pro tenui affictu habito reſpectu ad eorum redditum non videtur probare mentis imbecillitatem nam præ- ter quod hæc tenuitas non eſt ſuffirienter probata, ut requiritur 34
ad hoc ut ex ea inferatur læſio *Rot. deciſ 139. n. 7 par. 18. rec.* cum fructus, & redditus prædiorum ex temporum varietatibus, & ex anni ubertate vel ſterilitate poſſint diminui vel augeri, hinc læſio conſiderari non poteſt nam lucrum æque ac damnum contingere poteſt, *Rot. dec. 408. n. 7. & ſeqq. par. 16. rec.* & bene obſervat D. Iudex primæ Inſtantiæ dicto §. ronſimiliter; præſertim quia agrorum rultura notabiles exigit impenſas quibus detractis, non erit forraſſe tenuis affictus, & etiam requirit ſumæam diligentiam, & ſollicitudinem; unde fortaſſis expediebat ſeni decrepito cum aliqua diminutione prædia lorare, & frui otio, & quiete, ut deponit quartus Teſtis pro adverſariis examinatus „ ibi „ mi diſse che aveva daro al Sig. Matteo Roſselli tutti i

„ ſuoi Beni in affitto, che io però riconoſceſſi lui per Padrone, „ e gli faceſse carezze, e lo trattaſſi bene, perchè ſon vecchio „ e non poſso far da me, ho fatto queſt' affitto per non c' ave- „ re a penſare „ præterea conceſsa, etiam citra veri præiudicium tenuitate affictus, non perinde infertur mentis imbecillitas, cum aliæ quamplurimæ poſſint adduci cauſæ, & rationes, inter quas ea ſatis veriſimilis, quod voluerit fortaſse pro viliori penſione locare Roſsellio ſua bona ut illi gratiorem rem faceret, cum iam proprio ære eius debita perſolvere cæpiſset, ut apparet ex receptis exhibitis, & propter arctiſſimam amicitiam, & alias rationes quas adduxit in ſupradicto teſtamento, & cum iam in eum per viam donationis omnia ſua bona contuliſset, & ſibi tantum dumtaxat teſervandum cenſuit, quantum ad vitam ſubſtinendam ſufficeret, unde potius contraria elicitur coniectura, & animus valde propenſus ad gratificandum Donatarium prædictum.

Tandem nihil relevat quod omnia ſua bona donaverit Roſsellio abſque ullo onere ſolvendi eius debita cum continuo creditores urgerent, & mandata executiva imminerent, quod hominem non ſanæ mentis redolet, quia ſatis fuit reſponſum ſupra in §. *nec deſunt*, quod ſcilicet D. Baldovinettus donavit ſolum, quod erat illiquidum, & litigioſum, & uſumfructum ſibi reſervavit, & tamen Roſsellius in ſumma notabili creditores dimiſit; unde paret, quod eius conditio per donationem longe melior effecta eſt deinde D. Donator poſseſſionem bonorum non tradidit, & ſic
35 poterat ad libitum alienare, ac diſtrahere ut ſe a creditoribus eximeret, non ſecus ac ſi nullam donationem feciſset, cum illud ſolummodo donatum cenſeatur, quod ſupereſt ære alieno deducto; Quinimmo etiamſi aliquid creditoribus ſolviſset, poſ-
36 ſunt tam ipſi, quam eius ſucceſsores ſi quos haberet in quantitate reſervata a donatario ſolutum repetere bene *Cancer. lib. 1. cap. 8. n. 69. arg. Leg. mulier bona ff. de iure dot. Amat. reſol. 58. per tot. Ciroch. diſcept. 45. n. 78.* & ſic cum potius utilitas, vel ſaltem nullum præiudicium reſultavetit D. Baldovinetto ex prædicta donatione, nullum poteſt deduci argumentum mentis non ſanæ &c.

Et ita utraque &c.

Petrus Pacionus Rot. Aud.
Aſcanius Venturinus Rot. Audit.
Sebaſtianus de Marinis Rot. Audit. & Relat.

DE-

DECISIO XXVI.

FLORENTINA INTERESSE seu PECUNIARIA

3. *Aprilis* 1699. *ex lib. mot.* 136. *p.* 231. *cor. Aud.* ZACCARIA SERATTI.

ARGUMENTUM.

EMptor ob pretium non ſolutum, & quod inveſtire tenebatur in Locis Montis Pietatis an teneatur Venditori ad fructus recompenſativos iuxta diſpoſitionem *Leg. curabit Cod. de act. empt.* vel potius ad fructus reſtaurativos, & intereſſe lucri ceſſantis. Damnum contingens in redditibus Locorum Montis diminutis poſt moram Emptoris in deponendo an ſpectet ad Emptorem, vel ad Venditorem. Plura de mora Debitoris, & quomodo, & quando in mora conſtitutus dicatur. Promiſſio incerta quoad quantitatem quomodo certificetur, & probetur. Producens ſcripturam an poſſit eam in parte approbare, & in parte impugnare. Taxatio intereſſe ad rationem quinque pro centenario an ſit valida, moderata, & veriſimilis. Repetitioni indebiti, vel imputationi an, & quando locus ſit. Initium, & origo, vel potius eventus attendi debet in contractibus ad illorum validitatem, vel invaliditatem agnoſcendam.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Secuta deliberatione Bonorum ſub haſta plus offerenti dicitur perfecta venditio.*

3 *Venditio Rei Eccleſiæ &c. ſub haſta debet fieri præſente pecunia per Emptorem ſolvenda.*

4 *Emptor ob pretium non ſolutum ad nihil aliud tenetur erga Venditorem, quam ad fructus recompenſativos regulandos iuxta veram quantitatem ex bonis venditis quotannis perceptam. Sed contra* num. 11. & 14.

5 *Solutum ultra quantitatem fructuum impuſatur in ſortem non obſtante quacumque præcedenti conventione, ſed contra* num. 27. & ſeqq. & num. 34. & 38.

6 *Sorte extincta ſi quid ſuperſolutum eſt reſtitui debet.*

7 *Liber adminiſtrationis plene probat quantitatem fructuum perceptorum ex re empta.*

8 *Intereſſe ubi non eſſet regulandum a fructibus bonorum venditorum regulari debet ab eo, quod percipi poterat ex deſtinato inveſtimento in Locis Montis.*

9 *Redditibus Locorum Montis diminutis, eodem modo minuendum est intereſſe pretii, cuius inveſtimentum in Locis Montium fuerat deſtinatum, ſed contra* num. 46. 61. & ſeqq.

10 *Exponitur tenor reſolutionis Cauſæ.*

11 *Emptor moroſus in reinveſtiendo precio tenetur Venditori ad fructus reſtaurativos, & intereſſe lucri ceſſantis, ex non facto inveſtimento in cauſam deſtinatam, & promptam, non autem ad fructus recompenſativos ex Leg. curabit Cod. de act. empt.*

12 *Emptor, qui iuxta conventa non deponit precium, eo ipſo dicitur conſtitutus in mora.*

13 *Interpellatio etiam per epiſtolam moram inducit.*

14 *Concluſio ſuperius firmata* num. 11. *eo fortius procedit quando Emptor iterum conſtitutus in mora petiit dilationem ad deponendum, & promiſit expreſſe interim ſolvere fructus.*

15 *Promiſſio incerta quoad quantitatem certificatur, & probatur ex annotatione facta in libris Sacræ Religionis etiam favore eiuſdem.* & num. 19.

16 *Obſervantia longiſſima valde inſervit ad declarandum animum Contrahentium.*

17 *Omnis actus a ſua cauſa regulatur, & declaratur.*

18 *Conventio præcedens incerta verificatur ex coniecturis.*

19 *Libri S. Religionis plene probant etiam favore Religionis* & n. 15.

20 *Producens partitas libri ad probandas ſolutiones non poteſt ab eis ſeparare qualitatem connexam.*

21 *Nec effectum probationis etiam ad favorem Adverſarii.*

22 *Et aſſignatur ratio, quia ubi agitur de connexis, & individuis liber, vel ſcriptura non poteſt in parte approbari, & in parte non.*

23 *Etiamſi productio facta eſſet cum clauſula* in parte, & partibus &c.

24 *Taxatio intereſſe ad rationem quinque pro centenario eſt valida, moderata, & veriſimilis.*

25 *Taxatio intereſſe ad rationem quinque pro centenario licita reputatur ratione lucri ceſſantis etiam in puro mutuo.*

26 *Data conventione certi intereſſe a principio, illiuſque validitate, quæ licita reputatur ratione lucri ceſſantis etiam in puro mutuo fortius licita eſſe debet in contractu, in quo magis abeſt uſura ex eo quia non intervenit mutuum verum, ſed fictum, & interpretativum.*

27 *Repetitioni indebiti, vel imputationi loeum non eſt niſi ubi Lex conventis poſitive reſiſtit, & contractum uſurarium declarat. Et traduntur exempla veluti.*

28 *Quando conventio certi intereſſe ſit ſuper re infructifera.*

29 *Ubi deficiunt neceſſaria requiſita ad obtinendum intereſſe ratione damni paſſi, ſive lucri amiſſi, aut, ubi conventio ipſa eſt exceſſiva* n. 30

31 *Conventio intereſſe exceſſivus uti laborans uſuraria pravitate in eo, quod*

quod excedit legittimum modum, in eo etiam moderari debet.

32 *Petens intereſſe lucri ceſſantis, de ſtylo Sacræ Rotæ Romanæ uſque in hæc tempora ſervato, tenebatur probare occaſionem prompti, & deſtinati inveſtimenti de tempore initæ conventionis, iuxta ſententiam Caſtrenſis in Leg. 3. ff. de eo quod certo loco.*
Sed modo Sacra Rota ab eo ſtylo receſſit, ut num. ſeq.

33 *Ad effectum conſequendi, & multo magis retinendi conventum intereſſe, iuxta modernum ſtylum Sacræ Rotæ Romanæ ſufficit veriſimilis, & generalis iuſtificatio promptæ occaſionis inveſtiendi deſumptæ ex qualitate Creditoris, & loci.* & num. 52.

34 *Ad aſſequendam imputationem, vel reſtitutionem eius, quod indebite fuiſſet ſolutum ſemper inſpiciendum eſt initium contractus, an ſcilicet a principio in eo irrepſiſſet uſura, vel in parte, vel in toto.* & num. 38.

35 *Concluſio proxime ſuperius firmata procedit etiam in terminis taxationis fructuum recompenſativorum.*

36 *Taxationis fructuum recompenſativorum, conventiones pro modico exceſſu non ſunt de facili retractandæ.*

37 *Concluſio ſuperius firmata* num. 34. *procedit etiam in terminis certi intereſſe conventi ratione lucri ceſſantis.*

38 *Initium, & origo, non autem eventus attenditur in omnibus contractibus ad illorum validitatem, vel invaliditatem agnoſcendam.*

39 *Ampliatur concluſio quamvis ab eventu incidat enormiſſima læſio. Et ratio aſſignatur* num. ſeq.

40 *Tempus contractus attenditur in ſtipulationibus.*

41 *Deficientia bonorum Viri ad elidendam obligationem mulieris pro eo factam coarctatur ad tempus contractæ obligationis, & non ſufficit ſupervenieus ex poſt.*

42 *Læſio ad reſcindendam venditionem probari debet de tempore celebrati contractus.*

43 *In taxando intereſſe reſtaurativo attenditur tempus, quo fieri debebat inveſtimentum abſque animadverſione ad id, quod exinde evenerit, & variatum fuerit.*

44 *Equalitas inter Partes in omnibus contractibus principaliter ſervari debet.*

45 *A diverſis non fit illatio.*

46 *Damnum contingens poſt moram ſpectat ad debitorem moroſum.* & n. 61.

47 *Non agens id, ad quod ſcit ſe obligatum, culpa imo aliquali dolo non caret.*

48 *Commodum ex contractu reportare non debet qui contractum non adimplevit.*

49 *Perpenditur differentia inter intereſſe ad normam conventionis iam ſolutum, & intereſſe adhuc ſolvendum illiuſque effectus.*

50 *Concurrentibus titulo valido, & bona fide recipientis numquam da-*

tur

tur intereſſe iam ſoluti repetitio, iuxta praxim in Supremis Tribunalibus Italiæ ſervatum. Et ratio aſſignatur, ut num. ſeq.

51 *Ex ſolutione intereſſe per multos annos continuata inſurgit bona fides in exigente, & transfertur in debitorem onus probandi nullam adfuiſſe implicandi occaſionem talem præcipue, quæ redderet quinque pro centenario.*

52 *Deficiente probatione, quod ſolutum undequaque fuerit indebitum, ſola poſſibilitas inveſtiendi excuſat a reſtitutione.* & num. 32.

53 *Defectus facultatis exigendi ſortem in Procuratore deputato ad recipiendum fructus tantum, & ſolutiones minutatim factæ, quæ contra Decretum Superioris, contra naturam bonorum alienari prohibitorum, & contra conventa inter partes, capitale deſtruerent conſiderantur ad imputationem denegandum, ubi alias eidem locus eſſe poſſet.*

54 *Deferuntur caſus inducentes conſuetudinem ita iudicandi in Supremo Magiſtratu Civitatis Florentiæ contra Debitorem moroſum in deponendo ſuper Monte Pietatis etiam poſt illius diminutionem.*

55 *Obſervantia obtenta in contradictorio Iudicio venit attendenda.*

56 *Duæ ſententiæ inducunt obſervantiam ita iudicandi.*

57 *Obſervantia ita iudicandi in caſu dubio inducitur per unicam ſententiam, imo & per unicum actum.*

58 *Ampliatur concluſio quamvis contraria opinio de iure verior eſſet.*

59 *Inteceſſe nondum ſolutum reducitur ad tres pro centenario, iuxta diſtinctionem de qua* num. 49.

60 *Taxatio fructuum recompenſativorum ad ratione quinque pro centenario utpote legalis, & veriſimilis ſervanda eſt tamquam ſpecies Tranſactionis ad evitandum dubium litis eventum quoad illorum liquidationem ſaltem donec contrarium concludentiſſime probetur.*

61 *Ampliatur concluſio firmata ſuperius* num. 46. *quamvis damnum ſequi potuiſſet penes Creditorem. Et aſſignatur ratio* ut num. ſeq.

62 *Venditor bonorum poterat damnum ſuper Locis Montium poſt illorum emptionem ubi empta fuiſſent evitare illa iterum vendendo, & pretium in alios effectus implicando.*

63 *Deciſio 16. poſt Torr. de paſt. futur. ſucceſſ. declaratur, ut procedat in intereſſe ſolvendo, non autem in ſoluto.*

1 EXpoſitis ad haſtam publicam per Illuſtriſſimam, & Sacram Religionem Divi Stephani nonnullis bonis appellatis *il Podere di Tavalla*, eiſque deliberatis cuidam Reverendo Melandro ſubmiſſæ perſonæ D. Petri Strozzi ſeniotis, uti plus offerenti, & ſic perfecto hoc modo Contractum emptionis, & venditionis cum pactis, & conditionibus appoſitis per exponentem in actu haſtæ,

ut

ut late habetur per *Rota in Romana Domus* 19. *Decembris* 1631. *eor. Card. Veroſpio iun. poſt tract. Poſt. de ſubhaſt. dec.* 89. *num.* 2. 2
& ſeqq. Gannaver. dec. 19. *num.* 12. *per Text. in Leg. pen & Leg. fin. Cod. de fin. inſt & iur. haſt. fiſc. lib.* 10. nactus fuit idem Dominus de Strozzis bonorum venditorum prout, & beſtiaminum ſuper eis tunc exiſtentium poſſeſſionem in qua cum perſeveraſſet per annum, & ultra, non ſoluto, nec depoſitato pretio ſcutor. 2713. in totum, ut tenebatur nedum ex pacto, ſed ex natura ipſa con- 3
tractus, per *Text. in Leg. a Divo Pio* § *ſed ſi emptor ff. de rei iuticat. & in Authen. hoc ius porrectum Cod. de Sacr. Eccleſ. Rota Romana ubi ſupra num* 5. *&* 6. *cum allis ibi adduct.* fuit ab eadem Sacra Religione per litteras illius DD. XII Conſiliariorum diei 8. Iunii 1621. interpellatus ad deponendum dictum pretium ſuper Monte Pietatis huius Urbis pro emendis tot Locis eiuſdem, iuxta conventa recepturus, & ipſe debitum venditionis Inſtrumentum, ut iuris erat; ſed ille cum promptam non haberet pecuniam, tempus petiit ad ſolvendum, ſive deponendum, cum promiſſione ſolvendi interim intereſſe, ut ex eius epiſtola reſponſiva diei 18. Iunii prædicti in actis producta; unde Sacra Religio, ut ei rem gratam faceret, petitis annuit, inſſitque, quod in eius libris deſcriberetur debitor tam dicti capitalis, quam intereſſe ad rationem quinque pro centenario, quæ ex ipſius Locis dicti Montis erat præceptura, prout his conceptis verbis deſcriptus fuit „ *Sig. Piero Strozzi Fiorentino in conto di capitale deve dare adì* 2. *Giugno* 1621. *ſcudi* 2558. *ſono per il prezzo di un Podere di Tavalla, e Beni vendutili all' incanto li* 4. *Aprile* 1620. *quali doveva depoſitare in ſul Monte di Pietà di Firenze per conſeguire gl' utili a ſcudi cinque per cento l' anno, e per non gli avere depoſitati ſi farà debitore di detti utili a detta ragione „

Et poſt conſimilem annotationem reſpectu pretii beſtiaminum ſcut. 155. 5. ſic in dictis libris proſequitur deſcriptio „ *Sig. Piero Strozzi Fiorentino deve dare adì* 2. *Giugno ſcudi* 127. 6. 6. *ſono per gl' utili di ſc.* 2558. *che deve detto Sig. Strozzi per la compra fatta del Podere di Tavalla a ragione di ſcudi cinque per cento, e ſono per un anno fino a' 4. di Aprile paſſato* 1621. „ Rurſus „ *E adì detto ſcudi* 7. 5. 12. *ſono per gl' utili di ſcudi* 155. 5. - *che deve per li beſtiami, & altri avuti nel Podere di Tavalla a ragione di ſcudi cinque per cento* „

Quæ duæ parcellæ utilium exinde unitæ fuerunt, & ſic deſcriptum idem Dominus de Strozzis debitor quolibet anno de ſcut. 135. 4. 18.

E contra vero annotatæ fuerunt ſummæ omnes per ipſum eiuſque D. Filium, & hæredem de tempore in tempus ſolutæ cum

ex-

expreſſione pluribus in locis eas eſſe pro fructibus dicti capitalis ad rationem quinque pro centenario.

Poſt ſex, & ſeptuaginta annos a die dictæ ſubhaſtationis, ac deliberationis inſurrexit anno elapſo Dominus Petrus de Strozzis iunior, & petiit coram Illuſtriſſimo Magiſtratu Supremo taxari, ac liquidari fructus recompenſativos dicti Prædii, ſucceſſiveque iniri computa, & condemnari Sacram Religionem venditricem ad reſtituendum id, quod indebite exegiſſet, conſtructoque Proceſſu, & Cauſa nobis ad referendum commiſſa dubitatum fuit, an locus eſſet petitis.

Dicebat enim Dominus Actor de Strozzis ad nihil aliud adſtringi poſſe erga Sacram Religionem venditricem ob pretium non
4 ſolutum quam ad fructus recompenſativos, ad ſenſum *Leg. eurabit Cod. de actionibus Empt. & vendit.* regulandos iuxta veram quantitatem ex dicto Prædio quotannis perceptam, iuxta communiſſimam ſententiam de qua paſſim Doctores, & præcipue omiſſis antiquioribus *Leotard de uſur. quæſt.* 27 *num.* 2. *& ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap* 416. *num* 1. *& ſeqq. ibique modern. Adden. De Luc. n. pr. Hermoſill. ad Gregor. Lopez Gloſſ* 2. *leg.* 28. *tit.* 5. *par.* 5. *num.* 25. *& ſeqq. ſol. mihi* 557. *Card. de Luca de uſur. diſc.* 46. *num* 7. *Gall. de fructib. diſput* 23. *artic* 2. *num.* 8. *verſ. alia eſt opinio, Sperell. dec.* 118. *num* 78. *& paſſim per tot. Rot. Rom cor. Seraphin dec.* 40. *num.* 4. *cor Zarat. dec.* 103. *num* 35. *& in rec. deciſ.* 169. *num.* 34 *par.* 12.

Itaut ſi quid ultra dictam quantitatem ſolutum fuiſſet illud eorum in ſortem eſſet imputandum non obſtante quacumque præcedenti
5 conventione, ut per *Rota dict. dec.* 103. *cor. Zarat. n.* 33. *& ſeq. cor. Santiſſ. Alex. VIII. deciſ.* 2. *num.* 3. 4. *& ſeqq. & deciſ.* 453. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 1. *recent.* ac alibi, & ſorte extincta
6 ſi quid ſuperfuiſſet, reſtituendum foret ſolventi, iuxta *Text. in Leg. indebitas Cod. de uſuris, Rota dec.* 676. *num.* 5. *& ſeqq. par.* 18. *tom* 2. *recent.*

Fructuum autem perceptorum ex dicto Prædio quantitatem ſatis iuſtificari prætendebat ex producto extractu librorum eius adminiſtratoris in hac materia, in qua leviores probationes ſufficiunt
7 plene probantium *Rota cor. Celſo deciſ.* 177. *num.* 2. *cor. Zaratt. dec.* 56. *n.* 3. *& 4 cor. Auguſt. dec.* 113. *num* 6. *par.* 8.

Subdebat inſuper, quod uti intereſſe, iſtud non eſset regulandum a fructibus bonorum venditorum, iuxta terminos *d. Leg. eurabit*, ſed ab eo quod percipi poterat ex deſtinato inveſtimento in Locis dicti Montis, iuxta communiter receptam ſententiam, de qua late *Card. De Luca de uſur. diſc.* 12. *num.* 35. *verſ. ideoque, & diſc.* 32. *num.* 3. Attamen cum dictorum Locorum

rum redditus a multis annis citra decreverint, eodem modo diminuendum eſset dictum intereſse per ea, quæ in puncto tradit *Rota decis. 16. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. n. 32.* & eidem inhærendo dicit *R. P. D. Anſaldus de commerc. & mercatur. diſc. 62. num. 61. & diſc. 65. num. 40.* ac innuere videtur *De Luc. de uſur. diſc. 18. num. 13. verſ. aut demum.* 9

Ideoque concludebat nullo pacto denegari poſse petitam taxationem dictorum fructuum, & ſucceſſivam imputationem in capitale, ac repetitionem, ſive dicti fructus conſiderentur uti recompenſativi ſecundum *dict. Leg. curabit*, ſive uti reſtaurativi lucri ceſſantis ob non factum inveſtimentum in dicto Monte.

Re tamen mature diſcuſsa diximus: Summas hucuſque per Sacram Religionem bona fide exactas imputandas eſse in cauſam fructuum dicti pretii ad rationem quinque pro centenario, & anno. Pro eo autem, quod ſolvendum remanet tam annorum præteritorum, quam futurorum uſque ad effectivam ſortis extinctionem intereſse reducendum eſse ad rationem trium pro centenario ſingulo anno. 10

Motique fuimus ad ita referendum; ſiquidem pro indubitato habuimus hic non agi de fructibus recompenſativis ad ſenſum *d. Leg curabit*, & ſic extranea omnino eſſe a præſenti hypoteſi, quæ in his terminis adducebantur, ſed de fructibus reſtaurativis, & intereſse lucri, quod ceſsabat Sacræ Religioni ex non facto inveſtimento pretii prædictorum bonorum in cauſam deſtinatam, & promptam, ob moram debitoris in ſolvendo, qui propterea ad hoc intereſse omnino tenebatur, & non amplius ad fructus recompenſativos per *d Leg. curabit*, ut paſſim admittunt Doctores, præcipue *Decius in cap. venerabilis num. 14. de except. idem conſ 111. num. 14 & per tot. Merlin. Pignattell. controv. 50. num. 21. & ſeqq.* ibique modernus additionator *Scoppæ n. 8. & ſeqq.* ubi infinitos alios adducit *Staiban. de intereſſe lib. 2. ſit 9. num. 122. & ſeqq De Marin. reſol. 20. num. 5. lib. 2. Leotard. de uſur. qu. 27. num 22. 61. & ſeqq. De Luca dict. diſc. 18. num. 8. & diſc. 19. n. pariter 18. Rota cor. Biebio dec. 369. n. 5. & in recent. dec. 668. n. 4. par. 4. tom. 2. dec. 103. num. 27. par. 5. dec. 26. n 31. par. 10: optime dec. 227. n. 8. & ſeq. par. 17.* 11

Eo magis, quia Dominus Emptor quamvis iam conſtitutus in mora eo ipſo, quod non depoſuit prætium pro emendis dictis Locis Montium iuxta conventa, ut per *Cyriac. controv. 165 n. 12 Andreol. contr. 182 n. 7 & poſt alios Gob. conſ deciſiv. 136. n. 14.* interpellatus iterum poſt annum per Epiſtolam, & ſic denuo conſtitutus in mora *Magon. dec. Florent. 103. num. 1. & 2. Leotard. de uſur. qu. 81. n. 12.* ubi in puncto de interpellatione 12 13

per

14 per epistolas petit dilationem ad deponendum promisirque expres-
se solvere interim fructus. Quæ promissio licet ibi incerta, certi-
ficatur tamen ex annotatione illius vigore facta in libris Religio-
15 nis ad dictam rationem quinque pro centenario, eaque optime
ex ipsis etiam favore dictæ Religionis probatur, ut de libris
Religionis Hyerosolimitanæ tradit, *Rota decis. 149. n. 3. par. 5. tom. 1. rec. ubi aliæ plures concordantes.*

16 Accedente potissimum adeo longa, immo longissima observan-
tia annorum septuaginta, & ultra, valde inserviente ad decla-
randum animum contrahentium, *Rota coram Dunozzett. iun. decis. 829 n. 9. & in rec. dec. 199. n. 12. ac decis. 206. pariter n. 12. par 10. decis 71. n. 6. & dec. 229. n. 12. par. 18. cum aliis ad-
ductis in Romana Cambii 17. Iunii 1697. cor. R. P. D. Ansaldo inter recollectas per Dom. Palmam Nepotem decis. 200. n. 9. tom. 3.*

Nilque facessere visum fuit, quod solutiones essent irregu-
lares, & inequales, nullaque earum contineret summam consti-
tutivam interesse integri unius anni, & sic quod ex eis deduci non posset probatio certi interesse, nam cum inæqualitas ista provenerit pro maioris solvendis comodo non poterat illam im-
mutare causam præambulam, per quam solutum fuit, sed ab ista
17 debebat, & debet regulari; cum certum sit in iure quod om-
nis actus a sua causa regulatur, ac declaratur, ut in proximis terminis probat ex pluribus. *Episcop. Rocca cap. 131. n. 24. lib. 2.* præcipue quia in pluribus partitis dictarum solutionum exprimitur illas esse ad computum dicti interesse de quinque pro centenario, quæ expressio optime præcedentem conventionem desi-
18 gnat verificabilem etiam ex coniecturis iuxta theoricam *Bartol. in Leg. cum quid n. 10. vers. item si probaretur ff. si cert. petat. Mantic de tacit. lib. 3. tit. 1. n. 13. vers. sed etiam Rot. cor. Bu-
rett. decis. 256. num. 6. & in terminis eadem Rota dec. 131. num. 9. par. 15. recent.*

Neque probationem hanc ex dictis libris deductam declinare
19 poterat D. de Strozzis, dum prærer iam dicta, quod illi ple-
ne probent etiam favore Religionis, ipse eis usus fuit in hoc Iudicio ad iustificandas proprias solutiones a quibus cum quali-
20 tas, & causa ista nequeat separari tamquam connexa, & indi-
vidua *Viv. dec. 132. n. 9. & seqq. Genua de script. priv. lib. 4. tit. de lib. ration. n. 71. fol. mihi 157.* ita nec affectus probatio-
21 nis, etiam ad favorem Religionis per *Text. in Leg. Caius ff. de usur. Menoch de arbitr. cas. 93. n. 19. ad 32. Munoz. de ratiocin. cap. 13. n. 14. & 15. id. Genua d. lib. 4. tit. de fid. lib. ration. n. 37. fol. michi 264.* ubi restatur de verissima *Rota opinione dec. 388. n. 1. 2. par. 2. rec. Gratian. cap. 851. n. 19. 20. 21.*

Ea

Ea inconvincibili ratione ab omnibus admiſsa, quod ubi agitur de connexis; & individuis (ut hic) non poteſt liber, vel ſcriptura approbari in parte, & in parte non, *Menoch. Munoz. & Genua in locis proxime citatis*, & conferunt late tradita per *Surd. dec. 258. n. 4. & per tot.* optime *D. Manſius conſ. 51. n. 33.* hanc noſtram concluſionem firmans etiamſi productio facta eſset cum clauſula *in parte, & partibus &c. n. 34. & ſeqq.* 22 23

Data itaque dicta conventione certi intereſse a principio illiuſque validitate ob taxam moderatam, & veriſimilem, ut de huiuſmodi intereſse convento ad hanc rationem quinque pro centenario firmant paſſim DD. & præcipue *Cyriac. controverſ. 368 numer. 24. controverſ. 526. numer. 17. ac controverſ. 586. numer. 108. Mantic. de tacit. lib. 4 tit. 24. num. 22. Surd. dec. 259. num. 16. Rot. cor. Duran. deciſ. 34. numer. 18. cum aliis adductis per Noguerol. alleg. 11. n. 171. & ſeqq. Ciarlin. contr. 29 n. 53. & controv. 232. n. 43. Gob. dicta conſult. 136. n. 21.* quæ ſi licita reputatur ratione lucri ceſsantis etiam in puro mutuo, ut per *Andreol. constr 83. n. 6. § & hinc etiam Joſeph. de Roſa conſ. 13. n. 12. ad 29. tom. 2. Epiſcop Rocca cap. 159. n. 25. tom. 2. Dom. Anſald de commerc. & mercat diſc. 67. n. 3. cum aliis adductis per Rota Lucenſ. inter recollectas per D. Palm. Nepot. dec. 97. n. 4. tom. 1* & paſſim omnes, longe magis licita eſse debet in iſto contractu in quo minus abeſt uſura, dum hic non intervenit mutuum verum, ſed fictum, & interpretativum, ut in ſimili concludit *Eminentiſſimus De Luca de uſur. cit. diſc. 19. num. 9. verſ. multo magis.* 24 25 26

Data inquam hac conventione, & taxa iuſta, ac valida, fruſtra inſtabatur pro nova liquidatione, & ſucceſſive pro imputatione, vel repetitione indebite ſoluti, cum neuti horum umquam locus eſſe poſſit, niſi ubi lex conventis poſitive reſiſtit, & contractum uſurarium declarat, ut in mutuo puro, ſive interpretativo, *Rota hæc Florent. cor. D. Audit. Marino dec. 49. n. 6. apud D. Balduce olim Colleg. meum ad Ramon. tom. 2. alios cumulat Em. De Luca d. tract. de uſur. diſc. 12. n. 17.* prout quando pactum, & conventio certi intereſſe eſt omnino uſuraria ratione ſubiecti ſcilicet ubi fit ſuper re infructifera, ut in caſu, de quo *Sperell. dec. 118. n. 69. & ſeqq. De Luca d. tract. diſc. 18. n. 4. prope fin.* vel ubi deficiunt neceſſaria requiſita ad obtinendum illud ratione damni paſſi, ſive lucri amiſſi, ut per *Bellon. iun. conſ. 64. per tot. Seſſe deciſ. Aragon. 68. n. 22. & 25. Rot. Rom. poſt Fenzon. deciſ. 91. in fin. verſ. neque verum eſt Rota Lucen. in recollect. per Palm. nep dec. 31. n. 33. tom. 1* aut ubi conventio ipſa eſt exceſſiva, quia tunc ubi laborans eadem pravitate uſuraria, in eo quod ex- 27 28 29 30

cedit legitimum modum, in eo etiam moderari debet, latissime *Leotard. de usur. qu. 72. a n. 28. usque ad finem Rota coram Alex. VIII. d. dec. 2. n. 2. & 3.*

Hic autem ut diximus nulla ex his qualitatibus concurre-
31 bat, immo aperte constabat de vero, & certo interesse, etiam cum rigorosa illa probatione prompti, & destinati investimenti de tempore initæ conventionis, iuxta rigidam sententiam *Castrens. in Leg. 3. ff. de eo quod cert. loc. quam licet pluries, & usque in hæc tempora servaverit Sac. Rota Rom. ut ex vulgata dec. Mobedan. 3 n. 1. & 2. de usur. dec. 7. post Zacch. de societ. offic. dec. 276. cor. Priolo dec. 154. n. 2. cor s. m. Innoc. X dec. 12. n. 10. 11. cor. s. m Alex. VIII. cor. Bich. dec 150. n. 13 & in recent. dec. 191. n. 9 par. 18.* prout de hac dicti Sacri Tribunalis observan-
32 tia restantur *Eminentiss. De Luca de usur. d. disc. 12. num 26. & seqq. Bich dec. 16. n. 4. Episc. Rocca cap. 101. n. 32. par. 2.* tamen ab ea ultimo loco recessit in *Romana Fabricæ 4. Iulii 1696. cor. R. P. D. Ursino inter recoll per D. Palm. nep. dec. 112. n. 6. tom 2. canonizzando d. disc. 67. R. P. D Ansald. de quo in suo tractat. de commere. & mercat. n. 4. 5. 6. & per tot.* quod scilicet ad effectum consequendi (multoque magis retinendi) conventum
33 interesse sufficit verisimilis, & generalis iustificatio promptæ occasionis investiendi, desumpta ex qualitate creditoris non soliti pecunias otiosas retinere, & loci quod adsint semper occasiones implicandi pecunias, ut late prosequitur idem *author.*

Neque duximus attendendum, quod sicuti dicti Montis redditus, in quos destinatum erat a Sacra Religione investimentum fuerint diminuti, diminuendum eodem modo esse dictum interesse, & in hoc vis maioris totius huius Causæ, illiusque cardo consistebat, sicque foret imputandum, vel restituendum id, quod indebite fuisset solutum.

34 Quandoquidem ad hoc assequendum semper inspiciendum erat initium contractus, an scilicet a principio in eo irrepsisset usu-
ta vel in parte, vel in toto, ut in puncto taxationis fructuum
35 recompensativorum dixit *Rota d. dec. 2. cor. s. m. Alex. VIII. n.* 10. *& seqq. prout & Leotard. qu. cit. 27. n. 49.* ubi subdir, quod
36 etiam pro modico excessu non sunt de facili retractandæ huiusmodi conventiones, ob lites, & incomoda, quæ exinde oriri possent ex *Decio, Cravetta, Cagnolo, Ploto, & aliis.*

Et in terminis certi interesse conventi ratione lucri cessan-
37 tis initium esse inspiciendum, sufficiatque ad illud substinendum, quod concurrat a principio sola verisimilitudo, quod tale interesse sit iustum, & non excessivum firmant *Grat. cap. 387. n. 25. Gob. d. cons. 136. n. 21. prope fin.* ubi alios cumulat.

Idque

Idque eſt regulare in omnibus contractibus, ut ad illorum validitatem, vel invaliditatem agnoſcendam initium, ac illorum origo attendatur, *Leg. ſi filius familias 78. ff. de verb. oblig. Leg. Pomponius §. 2. ff. de negot. geſt. Leg. ſi Procurator ff. mand. Surd. dec. 278. n. 26. Mart. Med. dec. 25. n. 14.* non eventus quamvis ab hoc incidat enormiſſima læſio, *Cenc. de cenſ. qu. 10. n. 30. 31. Rota dec. 160. n. 26. par. 4. tom. 2. rec. Cyriac. contr. 1. n. 33. Rota Lucen in recoll. per D. Palm. nep. dec. 107. n. 12. tom. 2.* 38 39

Rationem, & quidem evidentiſſimam adducit *Paulus I. C. in d. Leg. ſi filius familias*, quia ſcilicet in ſtipulationibus illud tempus inſpicitur, quo contrahimus cum pluribus, quæ cumulat *Scopp. ad Merlin. Pignatell cap. 1. n. 16. cent. 2.* 40

Qua de re ad elidendam obligationem mulieris ob deficientiam relevationis in bonis viri ſub cuius fundamento emanavit vidimus non ſufficere deficientiam ſupervenientem poſt contractum; ſed illam coarctandam eſſe de tempore præciſo, quo ipſa pro viro ſe obligavit, ex theorica *Bald. in Leg 1. n. 11 Cod. de cond. indeb. Eminentiſs. De Luca de dote diſc. 95. n. 12. verſ. contrarium Rot. cor. Durano dec. 141. n. 7.* & alibi ſæpe præcipue in *Romana Dotis 9. Iunii 1694. cor. R. P. D. Muto inter recoll. per D. Palm. nep. dec. 103. tom. 2.* itaut defectus relevationis ſuperveniens ex poſt non ſufficiat, *Rot. Rom. in proxim. cit. dec. 103. n. 24.* ubi alias adducit. 41

Idem praticatur ubi impugnatur contractus tamquam læſivus probando læſionem arctative de tempore illo, quo initus fuit, *Leg. 2. & Leg. ſi voluntate 8. ubi DD. omnes Cod. de reſcind. vend. Altogr. iun. contr. 3. n. 43. Valeron. de tranſact. tit. 6. qu. 2. n. 3. & ſeqq. D. Urceol. in ſimili tract. qu. 94 n. 29.* & paſſim omnes. 42

Et in puncto conventionis ſuper intereſſe reſtaurativo, quod in eo taxando attendendum ſit tempus, quo fieri debebat inveſtimentum dixit *Rot. Rom. dec. præd. 168. n. 19. par. 18. recent.* non curato, quod exinde evenerit, & variatum fuerit per *Text. in Leg. pretia rerum ff. ad Leg falcid.* „ ibi „ nec expectandum „ eſt dum vendat, ſed in præſentia „ conferunturque tradita per *Em. De Luca de uſur. diſc. 17. n. 22.* 43

Cum autem in præſenti caſu de validitate, & iuſtitia dictæ conventionis a principio haud dubitari poſſet, prout non dubitabatur etiam in ſenſu Partis adverſæ ideo petitis ab ea annui nullo modo poterat, quidquid exinde ſequutum fuerit de redditibus prædicti Montis.

Prout itidem parvi ponderis exiſtimavimus, quod annotatio illa facta in Libris Religionis „ ibi „ *quali* (ideſt ſcuta 2258) „ *doveva depoſitare in ſul Monte di Pietà di Firenze per conſe-*

„ *guire gl' utili a 5. per cento l' anno, e per non gl' avere de-*
„ *positati si farà debitore di detti utili a detta Ragione* „ importaret tantum obligationem ſolvendi intereſſe, quod ſucceſſivis temporibus percipi poterat ex dicto Monte dum potius cernitur illam appoſitam fuiſſe ad iuſtificandam taxam intereſſe ab ipſo D. Emptore ſolvendi, denotando promptam illam occaſionem inveſtimenti in ſumma taxata, iuxta requiſita *Caſtrenſ. in d. Leg.* 3. ut clare oſtendunt verba illa „ *e però ſi farà debitore di detti utili a detta Ragione*, certificantia intereſſe ad rationem quinque pro centenario, prout tunc exigebatur ex prædicto Monte; Ideoque DD. adducti, qui loquuntur in terminis obligati inveſtire in Locis Montium, aut cenſibus non faciebant ad rem, cum longe diſtet caſus ille a noſtro, de quo agitur. Obligatus enim inveſtire ſicut tenetur ad augumentum, quod evenire poteſt ex inveſtimento deſtinato, ita omni iure commodum diminutionis ſupervenientis ſentire debet, ad ſervandam æqualitatem inter partes in omnibus contractibus principaliter attendendam, *Leotard dict. tract. qu.* 17
44 *n.* 1. *& alibi paſſim*. Sed ubi intereſſe taxatur a principio legitime, ſicut augeri nequit quamvis ſuperveniant occaſiones inveſtiendi ad maius lucrum, ita nec minui his diminutis, qua propter ab uno ad alterum non bene procedebat illatio, vulgata *Leg. Pa-*
45 *pinianus ff. de minor*

Addebatur inſuper quod ubi dicta obligatio arctanda foret ad id, quod ex Monte prædicto exigi poterat de tempore in tempus (quo tamen nihil minus) attamen, cum diminutio utilium dicti Montis evenerit longe poſt moram D. Emptoris in deponendo,
46 ipſi ſoli imputandum erat tale damnum, ut in terminis terminantibus obſervat *Altograd. iun. contr. 79. n. 9. & per totum* dum non agendo id, ad quod ſe noverat obligatum, culpa non vaca-
47 bat immo, nec aliquali dolo, *Leg. dolus ff. mandat. Salgad. Labyr. cred. par. 3. cap. 8. n. 7. & ſeqq. Rota Lucen. cor. D. meo Audit. Bellutio apud Samminiat. contr.* 33. *n.* 150. & ideo iniuſtum eſſet, quod ex contractu, quem non adimplevit commodum reportare
48 deberet, ut conſiderat *Rota dec.* 209. *n.* 4. *cor. Seraphin. deciſ.* 27 *n.* 2. *par.* 18. *rec. & noviſſime in Romana Executionis Apochæ* 17. *Maii* 1692. *cor. R. P. D. de Ulmo inter recoll. per D. Palm. deciſ.* 98. *num.* 26. *tom* 2.

Sed his omnibus prætermiſſis, conſideravimus non modicam eſſe differentiam inter intereſſe iam ad normam conventionis ſolutum, quodque condici prætenditur ut hic prætendebat D. de Strozzis, & intereſſe adhue ſolvendum iuxta diſtinctionem in terminis certi, & determinati inveſtimenti traditam *ab Eminentiſſimo*
49 *De Luca in ſupplem. tit. de uſur. diſc.* 39. *n.* 10. *&* diſc. 41. *num.*

7. quod-

7. quodque reſpectu intereſſe non ſoluti, poteſt quidem debitor excuſari a ſolutione integræ ſummæ conventæ eam reducendo ad quantitatem magis congruam, ſed non ita quoad intereſſe ſolutum, quod creditor recepit ex titulo valido, & in ſtatu bonæ fidei, quia his concurrentibus numquam datur illius repetitio, ut 50
optime probant idem *Eminentiſſim. De Luca d. tract. diſc.* 12. *n.* 31. *verſ. aut agitur & n.* 32. & poſt eum *Samminiat. contr.* 32. *n.* 8. idemque pluries declaratum habemus in Supremis Italiæ Tribunalibus præcipue in *Rota Lucenſ. dec.* 111. *n.* 18. *verſ. quod quidem intereſſe tom.* 2. *in recollect. per eumdem Palm. Nep & dec.* 97 *n.* 25 *& per tot. tom.* 1. *ex recollect. per eumdem authorem & in Rot. Rom. dec.* 391. *n.* 47. *par.* 17. *ac dec.* 168. *n.* 18. *par.* 18. *rec* quæ ambo emanarunt in eadem cauſa de qua *dicta deciſ.* 16. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.* & ſunt revocatoriæ eiuſdem in hac parte: Ea adducta ratione quod ex ſolutione per tot, tantoſque annos, & per tot vices continuata inſurgit bona fides inexigente, itaut translatum ſit in debitorem onus probandi nullam 51
adfuiſſe implicandi occaſionem, talem præcipue, quæ redderet quinque pro centenario, ut ex *Federic. de Senis conſ.* 54. *n.* 2. *Leotard. de uſuris qu.* 76. *n.* 45. *Allegatis in d. dec.* 391. *n* 47. *& ſeqq. uſque ad fin.* quod pluries alias firmavit *ead. Rota ut dec.* 177. *n.* 13. 14. *& ſeqq ead. par.* 17. ubi quamplurimæ concordantes *dec.* 337. *n.* 10. *d. par.* 18 *& cor Merlin. dec.* 26. *ac deciſ.* 463. *utrobique n.* 1. *cor Dunozzet. iun. dec.* 688. *n.* 2. *& ſeqq.* & alibi paſſim, & ſic quod ſolutum undequaque fuerit indebitum; alias ſola poſſibilitas inveſtiendi excuſat a reſtitutione ut ſupra 52
dictum eſt, & clarius habetur *dicta dec.* 177. *d. n.* 13. *ac deciſ.* 168 *n* 18 *par.* 18 *D. Urceol. dec.* 10 *n.* 24 immo, & ſola dubietas *Eminentiſſimus De Luca d. diſc.* 12. *n.* 32. *D. Samminiat. d. contr.* 32. *n.* 4. *D. Palm. Nep. alleg.* 212. *in fin.*

Conſiderabatur etiam, quod ſolutiones prædictæ factæ fuerunt exactoribus, ſive procuratoribus Religionis Deputatis ad exigendum tantum fructus non ad capitalia extinguenda; quodque ubi illæ imputandæ fuiſſent in capitale iſtud minuatim ſolutum re- 53
manſiſſet, & conſumptum, contra Decretum Sereniſſimi Magni Magiſtri, contra naturam bonorum Sacræ Religionis prohibitorum alienari, & contra conventa inter partes, quæ omnia ad imputationem denegandam, ubi alias eidem locus eſſe poſſet, conſiderat poſt alios *Eminentiſſimus De Luca de uſur. diſc.* 17. *n.* 19. *diſc.* 30. *n.* 16. *& diſc.* 39. *n* 13. *in ſupplem*

Et tandem concurrebat obſervantia, & conſuetudo ſic practicata hic Florentiæ, & in eodem Illuſtriſſimo Magiſtratu Supremo pluribus etiam vicibus damnando debitorem moroſum in

55 deponendo pecunias super dicto Monte ad solvendum interesse istud quinque pro centenario, etiam post illius diminutionem, ut in Causa Malaspina, & Giugni in qua scripsit *D. Altograd. iun. d contr.* 79. & bis in Causa Ricasoli, & huius Sacræ Religionis, in qua prima vice scilicet anno 1648. die 12. Ianuarii per dictum Illustrissimum Magistratum sic fuit declaratum ad relationem Excellentissimi Auditoris Marioni, & rursus anno 1673. die 16. Iunii ad relationem Illustrissimi Senatoris
56 Pandolfini, quæ observantia utpote obtenta, & declarata in contradictorio Iudicio venit attendenda, ut per *Capic. Latr. decis.* 30. *n* 20 *Censal dec.* 9. *n.* 18. *dec.* 15. *n* 34. *& decis.* 16. *num.* 108. ubi de duabus Sententiis hanc observantiam inducentibus.
57 Et quod in casu dubio etiam unica Sententia sufficiat dixit *Rot. dec.* 169. *n.* 23. 24. *par.* 12. *rec.* immo, & unicus actus, *Buratt. dec.* 647. *n.* 11. *& dec.* 824. *n.* 7. *& in rec. decis.* 520. *n.* 9. *par.* 13. ubi idem firmatur quamvis contraria opinio de iure verior es-
58 set; quod habetur etiam ex *Ludovis decis.* 184. *n.* 8. *Bieb. decis.* 253. *in fin par.* 16. *Rot. Florent. cor. D Audit. Marino apud Balducc ad Ramon. d. dec.* 49. *n.* 26. 27. 28. *tom.* 2.

Reduximus tamen interesse nondum solutum tam pro annis decursis, quam decurrendis usque ad sortis solutionem, ad tres
59 pro centenario, sequendo in hoc monitum doctissimi *Leotardi qu.* 72. *n.* 46. & prout servatum vidimus pluries in aliis Tribunalibus *ut d. dec* 111. *Rot. Lucen. cor. Bellutio in Lucana Immissionis* 25. *Maii* 1678. *apud Palm. Nepot. tom.* 2. *num.* 18. *vers. quod quidem, & iterum in alia Lucana Pecuniaria* 18. *Iunii* 1695. *cor. olim D. Costantino antecessore meo in Rota Ianuensi quæ est apud eumdem Palm. d. dec.* 97. *n.* 25 *tom.* 1. cum quibus concordat distinctio per nos supra præmissa inter interesse solutum, & solvendum de qua *Eminent. De Luca de usur. d. disc.* 17. 30. 39. 41.

Ex quibus sic firmatis patet responsio ad ea, quæ exadverso adducebantur; nam quoad primum caput de fructibus recompensativis ad sensum *d. Leg. curabit* casus iste nil commune habebat cum eo. Reflectendo insuper quod ubi in terminis *d. Leg. curabit* fuisset quæstio nostra adhuc taxa illa quinque pro centenario, utpote legalis, & verisimilis etiam habito respectu ad fructus istos servanda erat tamquam species transactionis, inspecto
60 futuro eventu, & ab evitandam difficultatem fructus prædictos liquidandi, iuxta tradita passim per *Rot. præcipue d. dec.* 177. *num.* 11. *par.* 17. *dec.* 401. *par.* 18. *rec. per tot. Episcop. Rocca cap.* 159. *n.* 23. *Card. De Luca de usur. disc. cit.* 18. *n.* 5. *vers. unde quoque Leotard. d qu.* 27. *n.* 49. *Urceol. de transact. qu.* 40. *num.* 9. 10. saltem donec contrarium concludentissime doceretur, ut per citat.

DD.

DD. quibus addenda *dicta deciſ. 2. cor. Sniſſimo Alex. VIII.*

Quo vero ad aliud caput pætitæ reductionis, iuxta diminu- 61
tionem ſequutam in dictis Locis Montium, iam ſatis, ſuperque oſtendimus eam nullo pacto eſſe attendendam in damnum, & præiudicium Religionis, ſtante potiſſimum mora D. de Strozzis per *Teſt. in Leg. ſi ſoluturus ubi DD. ff. de ſolut. & alios adductos per Altograd. iun. d. contr. 79. n. 9.* quamvis eadem diminutio ſequi potuiſſet penes dictam religionem ſi dicta loca emiſſet, ut ſubdit *n. 10. ex Bartol. Oynotomo, Fabro, & aliis* ſiquidem ubi facto depoſito empta fuiſſent d. Loca, poterat Saera Religio illa rurſus vendere, & in alios effectus cum equali, vel forſan maiori fructu 62
implicare, ut habetur ex eodem *Altograd. & ex Text. ſatis literalis in Leg. cum res 49 §. fin. ff. de legat. 1.*

Ad dec. demum 16. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. ſuper 63
qua vis magna per dictum D. de Strozzis fiebat, reſpondebatur eamdem intelligendam de intereſſe nondum ſoluto, ut in hoc ſenſu recedendo a *dec.* ſive ſi explicando dixit *ead. Rot. in ſequentibus dec 291. n. 47. par. 17. & dec. 168. n. 19. & rurſus deciſ. 337. n. 10 par. 18. rec.* emanatis in eadem Cauſa. Ex quibus patet illud Sae. Tribunal. pro certo habuiſſe non eſſe apponendum manum ſolutionibus factis in vim præcedentis conventionis, & taxæ moderatæ, ac veriſimilis, ſtante bona fide exigentis, ut nos quoque firmavimus.

Et ita &c.

Aloyſius Vivianus Auditor.
Io. Baptiſta Neri Badia Auditor.
Zaccarias Seraptus Audit. & Relator.

DECISIO XXVII.

FLORENTINA NULLITATIS DONATIONIS.

. . . . . 1709. *coram Audit.* IOSEPHO CIAMPELLIO.

ARGUMENTUM.

LAtæ oſtenditur nullitas donationis univerſalis a muliere factæ pro extraneo cum excluſione nepotum ex filio, pluribus coniecturis ad id comprobandum relatis, inter quas traductione mulieris erga locum Statuti, & Inſtrumenti celebratione Domi Teſtatoris, cæteriſque aliis, quæ donationem fraudibus, & dolo extortam eſſe convincunt.

SUM

SUMMARIUM.

1 *Solemnitates a Statuto requisitæ in contractibus mulierum, & minorum, etiam in donationibus sunt adhibendæ. Amplia etiamsi donatio emissa fuerit ob benemerita,* n. 2. *cum de his constare debeat.* num. 3.

4 *Mulier, quæ extra locum statuti pergat ad contrahendum, & deinde revertatur ad illum, præsumitur fecisse ad solemnitates dicti Statuti effugiendas, & per consequens invalide contrahit.*

5 *Reseriptum Principis emanatum ad vagas, & obscuras preces mulieris contrahentis est inefficax, & nullam reddit eius obligationem. Maxime, si facti circumstantiæ sint adeo graves, ut si Principi fuissent expositæ, eum a reseribendo retraxissent.* n. 6.

7 *Est in arbitrio Iudicis dignoscere, an qualitates in precibus omissæ Principem a concessione gratiæ removissent.*

8 *Simplex donatio absque interventu Donatarii, sola Notarii stipulatione perficitur. Amplia etiam si sit onerosa, dummodo valor rei donatæ onus excedat.* n. 9.

10 *Donatarius universalis, seu maioris partis bonorum tenetur alimenta præstare donanti.*

11 *Qui preces porrexit non potest opponere de obreptione, vel subreptione Reseripti. Limita in minore, vel muliere, quæ ad evitandam Statuti dispositionem ex falsa causa a Principe dispensationem extorquet.* n. 12.

13 *Qui mulierem ad donandum seducit, eam quoque seducit ad occultandam veritatem, ne Principi expressa, eum retrahat a concessione gratiæ.*

14 *Iuramentum in contractibus mulierum præsumitur dolo extortum.*

15 *Dolus coniecturis probatur.*

16 *Quod donatio sit fraudibus extorta coniecturæ sunt, ipsius immoditas; liberalitas erga extraneum cum exclusione nepotum ex filio.* n. 18. *Appositio insolitarum clausularum, & affectatarum cautelarum.* n. 20. 38. 39. & 40. *Falsæ assertiones in donatione expressæ.* n. 23. & 36. *Qualitas Testium.* n. 24. *Confectio Instrumenti extra locum proprio Statuto subiectum.* n. 25. 27. 36. 37. 38. 39. & 41. & *in ipsa Domo donatarii.* n. 28. & 40. *Qualitas fœminæ in donante.* n. 30. & 36. *Ætas decrepita.* n. 31. 37. & 40. *Reservatio usufructus favore Donantis cum libera administratione bonorum favore Donatarii.* n. 32. *Et denique tota series facti.* n. 33.

17 *Mulieres sunt fraudibus, & circumventionibus in contrahendo subiectæ.*

19 *Nepotes pupilli male mereri de avo non possunt.* & n. 22.

21 *Ubi sunt maiores diligentiæ, eo vehementior resultat doli præsumptio.*

26 Do-

26 *Dolus præſumitur in contrahente, qui ſtatutarias ſolemnitates negligit.*
27 *Dolus præſumitur ex eo, quod vir ſagax contrahit cum perſona minus idonea.*
34 *Expreſſio meritorum Donatarii erga Donatorem in donatione emiſſa, niſi aliunde, quam ab Inſtrumento iuſtificetur, donationem, a præſumptione extorſionis non ſanat.*
35 *In donatione remuneratoria, ſi remuneratio ſit longe inferior bonis donatis intrat læſio, quæ talem donationem reſolvit.*
41 *Mulieri propter ſexus fragilitatem facile in integrum reſtituitur.*
43 *Reſtitutio in integrum viro decrepito conceditur. Maxime ſi viribus ingenii ſit deſtitutus, itaut puero, vel minori æquiparetur. n. 44.*
45 *In ſimplici, & liberali donatione locum habere poteſt læſio ſi adſit præſumptio doli, & ſuggeſtionis; Vel ſi deficiant ſtatutariæ ſolemnitates.* num. 46.

NUnquam dubitavi de invaliditate Donationis univerſalis omnium bonorum per D. Catharinam de Ruſticis Viridis octuagenario maiorem in Fabium de Fabbronibus omnino extraneum poſthabitis ex filio nepotibus collatæ, tum ex defectu ſolemnitatum *Statut. Florent. lib. 2. Rubr. 115.* tum ex validiſſimis coniecturis, quibus donationem prædictam dolo, & malis artibus extortam fuiſſe convincitur.

Etenim ſolemnitates a Statuto requiſitas in contractibus mulierum, & minorum, etiam in donationibus adhibendas eſſe firmant in ſpecie *Palm alleg. 25. n. 10. 11. Rota cor. Cocein. deciſ.* 1
479. n. 1. & ſeqq cor. Buratt. dec. 924. num. 1. & ſeqq. & apud Pacion. alleg. 200. n. 66. & in noſtris præciſis terminis deciſ. 17. per tot. par. 13. Rota Noſtra inter recollectas per Palm. deciſ. 378. n. 6 7. & pro indubitato ſupponunt *Card. De Luca de donat. diſc. 155. n. 6. Rot. dec. 306. n. 26. 27. par. 18. & poſt Card. De Luca ſuper conflict. legal. dec. 11. per tot.* quod procedit etiamſi aſſertum fuerit Donationem fieri ob benemerita *Rota coram Buratt. d* 2
dec. 924. n. 6. 7. cum etiam de veritate huius cauſæ conſtare debeat *Rota deciſ. 380. per tot. par. 14. & cor. R. P. D. Anſaldo* 3
deciſ. 76. num. 33.

Nec dicatur, quod cum Donatio fuerit in Territorio Fæſulano celebrata ſufficiat Decretum Prætoris Fæſularum, ex diſpoſitione Legis anni 1568. quia prædicta lex non procedit in caſu, quo Mulier, uti in contingenti, Florentiæ degens extra Civitatis Mœnia fuerit adducta ad hunc præciſum effectum evitandi Statuti diſpoſitionem, cum ſtatim confecta donatione Civitatem reverſa fuerit, ut firmant *Cyriac. contr. 10. n. 82. 83. Gratian. dec. March.* 4

102. *n.* 6. *cum aliis per Rotam dec.* 17. *num.* 20. *par.* 13. *& dec.* 296. *n.* 17. *par.* 17. *& dec.* 306. *n.* 27. *par.* 18. *dec.* 371. *n.* 12. *par.* 19. concurrentibus præcipue tot validiſſimis coniecturis huiuſmodi dolum redolentibus, de quibus inferius, &c.

Nec patiter obſtat, quod prædicta Donatio fuerit confecta extra Civitatem, & cum Decreto Prætoris Fæſularum ex Gratia, & Reſcripto R. C. de quo in actis; Etenim cum preces a memorata D. Donatrice porrectæ manifeſto ſubreptionis, & obreptionis vitio laborent, nihil curandum eſt de Gratia ab inſcio, & circumvento Principe callide extorta.

Subreptio autem eſt evidens, quia cum agatur de Sene octuagenaria, quæ omnia ſua Bona extranco in præiudicium Neporum ex filio donare intendebat, hæc omnia ad effugiendum iuſtum, ac prudens Principis iudicium fuerunt ſub involucro verborum occultata, & fuit expreſsum „ ibi „ come avendo fatto un cer- „ to contratto all' Abate Fabbroni, &c. Et eſsendo oggi di „ concerto con il medeſimo di modificare alcuni patti, e con- „ dizioni fatte nel detto contratto &c. „ Ideoque Principis reſcriptum eſt omnino ineffieax, cum ad eius validitatem non ſufficiat vaga, & generalis expreſſio, ſed eſt neceſse ſpecifice, & nominatim de omnibus facti qualitatibus, ac circumſtantiis
5 Principem certiorem reddere *Roman conſ.* 326. *in fin. Curt ſen. conſ.* 48. *n.* 14. *verſ. iniquum*, *Rota cor. Peutinger. deciſ.* 152. *n.* 7. *Oſaſch. dec.* 173. *n.* 8. *verſ. narrandum*, ubi fuerat expreſsum in precibus pro nonnullis urgentibus neceſſitatibus, late *Salgad. in Labyrint. par.* 1. *cap.* 37. *n.* 14. *cum pluribus ibi relatis Sanchez. de Matrim. tom.* 3. *lib.* 8. *diſput.* 21. *n.* 3. *& ſeqq.* & in præciſis terminis obligationis nullæ ob principis reſcriptum emanatum ad ſimiles vagas, & obſcuras præces *Cyriac. contr.* 219. *n.* 16 late *Marzimed. dec.* 24. *n.* 33. 34. fere in puncto Mulieris quæ ſine mondualdo Octo Magiſtratuum Florentiæ fideiuſserat cum Reſcripto Magni Ducis, & in præcibus expreſserat „ ibi „ di „ fare alcuni obblighi a loro importanti „ *Acciolin. reſolut.* 19. *numer.* 3.

Maxime quando qualitates, & circumſtantiæ facti ſunt graves, & maximi præiudicii, quæ Principi ſincere, & fideliter expoſitæ cum ad reſcribendum retraxiſsent, vel ſaltem difficiliorem
6 reddidiſsent *Cyriac. contr.* 313. *n.* 21. *Marzimed. d. dec.* 24. *num.* 29. *cum aliis late relatis per Bonden. colluct.* 26. *num.* 59. *tom.* 2. *& paſſim*. Et cum in arbitrio prudentis Iudicis reſideat dignoſcere an qualitates in precibus omiſsæ Principem a conceſſione gratiæ
7 removiſsent *Menoch. de arbitr. caſ.* 201. *n.* 23. *Marzimed d. deciſ.* 24. *n.* 30. *adden. ad Ludoviſ. dec.* 152. *num.* 10. *Rota cor. Merlin.*

dec.

dec. 243. *n.* 7 8 *cor. Bieb. dec.* 302. *n.* 6 *& in rec. dec.* 83 *n.* 25. *par.* 7. nemo dixerit, quod ſi qualitas Donatricis in decrepita ætate conſtitutæ, ac proinde facilis deeipi fraudibus, & illecebris; ut inferius demonſtrabimus, nec non qualitas donatarii omnino extranei, & in quo nulla concurrebat cauſa adeo inſignem liberalitatem in eum confetendi, & maxime in præiudicium paupetum ex filio nepotum pupillorum, R. C. innotuiſſent, derogare voluiſſet ſtatutariis ſolemniratibus provide adinventis, ad occurrendum fraudibus, quibus Mulieres imbecillis ingenii capiuntur in caſu quo maiori ope, & maiori conſilio opus erat, & in quo aderat validiſſima circumventionis, & doli ſuſpicio.

Obreptio pariter eſt patens quia in dicto ſupplici libello pro iuſta cauſa obtinendi grariam adducitur neceſſitas quam habebat Donatrix ſe transferendi domum Donatarii ; ibi „ dal „ quale è neceſſario, che ſi trasferiſca detta Donatrice a fine „ di modificare &c. „ quod omnino eſt falſum, quia ſimplex, & gratuita donatio abſque interventu Donatarii ſola Notatii ſtipulatione perficitur, late *Ciarl. contr.* 137. *per tor. lib.* 2. *Aſtolin. reſol.* 24. *n.* 8. *Manſ. conſ.* 21. *n.* 38. *& Surd. deciſ.* 206. *n.* 6. *Rota cor. Buratt. dec.* 149. *n.* 4. *cor. Celſo dec.* 21. *n.* 23. *& in rec. dec.* 38. *n.* 13. *par.* 17. *& dec.* 280. *n.* 10. *par.* 13. *& penes Aſtolin. d reſol.* 24 *n* 28. *& n.* 37. *& poſt Bonden. deciſ.* 50. *n.* 1. *& dec.* 68. *n.* 10. quod procedit etiam in donarione oneroſa quando valor rei donatæ onus excedit *Canter. variar. par.* 2. *cap.* 8. *n.* 49. *Altograd. conſ.* 38. *n.* 7. *lib.* 2. *Rot. apud Aſtolin. ubi ſupra n.* 31. *&* 39. 8 9

Non obſtante replicatione, quod eum iam confectum fuerit aliud Inſtrumentum Donationis perfectæ, & irrevocabilis, ad hoc ut in ſecunda donatione Donatarius gravaretur onere ſupplendi pure alimenta, ad quæ ſub quibuſdam conditionibus in prima donatione ſe obligaverat, neceſsarius fuerat eius conſenſus, & præſentia ; Tum quia eum prima Donatio debitis ſolemninatibus careret, alioſque pateretur defectus erat nulla, & invalida, nullumque Donatario ius ex ea quæſitum fuerat ex auctoritaribus ſupra relatis; ideoque eum non ageretur de apponendis novis conditionibus, & oneribus donationi iam petfectæ, ſed de nova dopatione conficienda, non erat neceſſarius Donatarii interventus, lieet ageretur de donatione oneroſa, ut mox ſupra firmavimus ; Tum quia eum onus ſupplendi alimenra inſit de iure in donatione univerſali, ſeu maioris partis Bonorum, *Gratian. diſcept.* 381. *n.* 19. *Surd de alimen tit.* 1. *qu.* 48. *n.* 7. 8. *& tit.* 4. *qu.* 13. *n.* 8. *& ſeqq. Cutel. de donat. diſc.* 1. *inſpect.* 8. *n.* 19. 20. 21. *Caſtill. de alim. cap.* 10

14.

14. *fere per tot. De Luca ad Gratian. dict. discept.* 381. *n.* 78. idcireo in expressione oneris alimentorum non requirebatur præsentia, neque consensus Donatarii. Nec ullam meretur considerationem replicatio, quod donatarios se obligaverit ad alimenta etiam ultra vires rei donatæ, quia cum agatur de bonis annui reditus sc. 200. & de muliere octuagenaria, ideoque calculato onere, & valore donationis ad *ter. Text. in Leg. hæreditatum ex auctoritatib.* infra recensendis, addito annuo redditu bonorum, qui solus ad alimenta sufficit, evidenter apparet huiusmodi onus alimentorum esse prorsus imaginarium, & callide expressum ad magis fraudandam donatricem.

Et licet, qui preces porrexit, non possit dare de obreptio-
11 ne, vel subreptione, *Rota Lucen. apud Palm. dec.* 164. *n.* 24. *Rot. dec.* 53. *num.* 8. 9. *par.* 19. *rec.* hoc tamen non procedit quando agitur de minore, vel de muliere, quæ ad evitandam Statuti
12 dispositionem ex falsa causa a Principe dispensationem extorquet, *Cyriac d. contr.* 219. *n.* 1. *& n.* 16. *cum plur. seqq. & precipue n.* 27. *ubi plures cumulat*, & in his terminis loquitur pariter *Marzimed d. dec.* 23. *n.* 23. *vers sed si vera esset*, & fere in punctualibus terminis *Scolin. d. resol.* 19. *n.* 1. *& seqq.*

Quod absque dubio procedit quando adest vehemens suspicio, ut in contingenti, quod astutia, & colliditate captantis donationem preces sint obscuræ, & subreptitiæ, qui enim seducit mulierem ad donandum, eam quoque seducit ad occultandam veritatem, ne Principi expressa eum retrahat a concessione gra-
13 tiæ, ut optime animadvertit *Marzimed. d. dec.* 24. *n.* 33. *vers. Et ex hac obreptione.*

Quibus firmatis nullum prædictæ donationi robur accedit ex iuramento, quia in donatione, quæ ex tot coniecturis infra recensendis, apparet malis artibus extorta, idem quoque præsumitur de iuramento, maxime stante Statuto Florentino præsumente iuramentum in contractibus mulierum dolo extortum, ut in his præcisis terminis *Rota cor. Ottoben. dec.* 6. *n.* 5. *decis.* 145. *n.*
14 20. *par.* 13. *dec.* 306. *n.* 8. *par.* 18. *decis.* 275. *n.* 8. 9. *part.* 19. *dec.* 490. *per tot. par.* 19. *tom.* 2.

Et hæc sufficerent pro donationis invaliditate, de qua tamen evidentius constat ex tot validissimis coniecturis, & circumstantiis, quibus luce clarius apparet D. Donatricem fuisse illecebris, & fraudibus deceptam, & seductam ad donandum; Coniecturis autem dolum, & seductionem probari firmant *Andreol.*
15 *controv.* 14. *n.* 3. *controv.* 15. *n.* 2. 9. *Menoch de præsump. lib.* 5. *præsump.* 3. *n.* 42. *Mierz. de Maior. cap.* 25. *n.* 43. *de Luc. ad Grat. discep.* 659. *n.* 8. *Rot. dec.* 164. *n.* 17. *par.* 14. *& dec.* 279.

n. 6.

n. 6. par. 18. cum plurib. relatis per eamdem Rot. penes Torr. var. tom. 1. tit. 3. dec. 3. n. 22. e 23. ubi quod huiuſmodi coniecturæ ſunt iudicis arbitrio ponderandæ cum aliis infra recenſendis.

Prima coniectura eſt ipſe actus immodicæ donationis, quæ ſummam animi levitatem, & imprudentiam prefefert, adeout nemo tam imprudens, & fatuus præſumatur, ut niſi fraudibus, & doloſis ſuggeſtionibus feductus omnia ſua bona in extraneum irrevocabiliter conferre voluerit, *Maſcard. concluſ. 815. n. 47. De Luc. ad Grat. diſcept. cap. 659. n. 9. Adden. ad dec. 59. n. 4. 5. par 9. rec. Card. De Luc de alienation. diſcurſ. 36. n. 12.* bene *Pacian conſ. 54. n.* 16

21. 22. quem refert *Ciarlin. cap. 124. num. 9. lib. 2.* ubi donatio magna, & ſine cauſa, & imprudens non poteſt dici ſpontanea, & ſine dolo. Quod maxime procedit in Muliere cuius genus eſt avariſſimum, & ſimul impotens, & imbecillis ingenii, & fraudibus, & circumventionibus expoſitum, ut in his præciſis terminis ponderant *Decian. reſp. 32. n. 5. 6. lib. 3. Cyriac. contr. 10. n. 87. 88 89. Rota dec. 314. n. 2. par. 13.* 17

Quod in contingenti fortius procedit, in quo agitur de muliere decrepita, quæ poſthabita charitate erga propriam ſobolem ab ipſa natura ingenita, & immemor pietatis nepotibus ex filio debitæ, omnia bona contulit in extrancum, quod cum naturali ratione repugnet præſumitur fuiſſe factum doloſis ſuggeſtionibus Donatarii, *Rota dec. 306. n. 12. par. 18.* & in fortioribus terminis *Andreol. contr. 14. n. 7. 8. & contr. 15. n. 2. Mart. vot. Piſ. 198. n. 8. cum aliis per De Luc. ad Gratian d. diſcept 659. n. 9. vrrſ. ex qualitate Rota dec. 305. n. 29. par. 10. & dec. 490. num. 11. verſ. in quam Sententia par. 19. & apud Torr. d. dec. 3. n. 24.* 18

maxime eum agatur de nepotibus pupillis, qui male mereri de avia nunquam potuerunt, ut optime conſiderat *Rota pen. Torr. var. d. dec. 3. n. 24. 25.* 19

Secunda oritur ex clauſulis inſolitis, & nimirum affectatis cautelis appoſitis in Inſtrumento donationis, nempe ex iuramento toties repetito, promiſſione iurata non petendi abſolutionem a iuramento, & quatenus ei fuiſſet conceſſa ea non utendi, ex pacto non revocandi donationem, neque ex capite ingratitudinis, aut læſionis, erroris, nullitatis, aut ob defectum ſolemnitatum, & ex facultate conceſſa Donatario, ut poſſet apponere clauſulas, & cautelas extendendas ad ſenſum ſapientis eiuſdem Donatarii toties quoties ei libuerit, eum potius debuerint apponi ad ſenſum Sapientis, & ad libitum Donatricis, quæ liberalitatem exercebat, & tandem ex maximo, & affectato cautelarum apparatu, quibus integra pagina fuit impleta, itaut donatrix octuagenaria poſt plurimas, & inculcatas renunciationes, renunciave-

tit etiam *Leg. si unquam Cod de revoc. donat.* quæ clausulæ insoli-
20 tæ, & nimius cautelarum usus donationem dolose extortam præ-
seferunt, ut ex *Menoch. & aliis Andreol. contr.* 14. *n.* 9. *& contr.* 15. *num.* 13. 14. ubi late respondet omnibus contrariis, *Cyriac. contr.* 10. *n.* 82. *& seqq. De Luca ad Gratian. ubi supra n.* 9. *vers. ex clausulis insolitis Rota cor. Priolo dec.* 26. *num.* 27. 28. *& dec.* 51. *n.* 26. 27. 28. *& dec.* 93. *n.* 7. 8. *& apud Torr. ubi sup. dec.* 3. *n.* 34. *& in rec. dec.* 145. *n.* 2. 3. *par.* 13. *& decis.* 458. *n.* 5. *par.* 19. *optime Rota dec.* 306. *num.* 16. *vers. addita præsetim part.* 18. ubi quo maiores sunt diligentiæ, eo vehementior resultat do-
21 li præsumptio.

Tertia desumitur ex tot falsis assertionibus, & mendaciis expressis in donatione prædicta, & primo ex veritate sub involucro verborum R. C. in precibus occultata, & ex falsa assertione necessitatis se transferendi domum Donatarii, de quibus supra diximus; ulterius in instrumento donationis adducitur tanquam causa donandi extrema paupertas Donatricis „ ibi „ ridot-
„ ta in tal grado di miserie, che il più delle volte s' è tro-
„ vata senza assegnamento d' un quattrino, e senza pane per vi-
„ vere &c. „ quæ causa est omnino insubsistens, cum in actis probatum fuerit, quod ex fructibus prædii di Settimo, & ex fructibus Dotis, et ex domo propriæ habitationis, cuius partem locabat, habet redditum scut. 200. pro honesta substentatione sufficientem. Nec minus insubsisteus, & falsa est altera causa in donatione expressa „ ibi „ giacchè i suoi Parenti in tutti i tem-
„ pi, come assetisce, non solo l' hanno voluta angariare, e mal-
„ trattare come fosse stata una vilissima servicciola „ cum ex actis constet D Marcum Antonium de Colligianis, & D. Alexandram eius uxorem habitationem in propria domo, & omne officii genus ei obtuliſſe, ut ex attestationibus iudicialiter recognitis. Et quod sufficeret pro invaliditate donationis, cum manifestam repuerascentis vetulæ circumventionem demonstret sunt iniustæ quærimoniæ de filiis, & nepotibus „ ibi „ e disponendo
„ la Sig. Donatrice, che i suoi nipoti, figliuoli, e parenti sie-
„ no onninamente esclusi dal conseguimento nè pur d' un quat-
„ trino della sua eredità per le di loro male procedute, e in-
„ gratissimi portamenti ec. „

Et rursus in secunda donatione „ ibi „ item avendo dichia-
„ rato non volere, che i suoi nipoti possano pretendere, nè
„ conseguire dal suo patrimonio cosa alcuna per le cause espres-
„ se nel secondo Instrumento, confermo, e conferma questa
„ sua volontà. „ Et tamen habebat filiam Monialem in Monasterio S. Georgii, & neptem ex filio puellam teneræ ætatis, quæ

in

in nihilo potuerat aviam offendere, ut in his terminis inquit *Rota penes Torr. d. dec. 3. n. 24. 25.* aderat quoque nepos, qui 22
impubes Romam profectus eſt ſtudiis literatum operam daturus, ibique adhuc tempore donationis morabatur, & tantum abeſt, ut ante diſceſſum cum avia male ſe geſſerit, quin potius e contra fuerit ab ea hæres univerſalis inſtitutus, ut conſtat ex actis.

Accedunt tot benemerita, & tot promiſſiones Donatarii, quæ omnia ſunt falſa, quam quod falſiſſimum, ut inferius demonſtrabimus; Unde hic mendaciorum cumulus, & huiuſmodi falſæ querelæ aperte demonſtrant, vel quod inſcia Donatrice fuerunt a Donatario confictæ, vel quod fuerit fraudibus, & malis artibus irretita, cum nihil magis dolum, & fraudem detegat, quam mendacia, & falſæ aſſertiones, ut pluribus relatis *Menoch. lib. 5. præſ. 3 n. 53. Maſcard. de probat. concl. 531. n. 19. & num. 76. Andreol. contr 214. n. 4. Conciol. alleg. 29. num. 12. Altimar. de nullit. in contract. rubr. 1. n. 125.* & in noſtris præciſis terminis *Decian. reſp. 32. n. 29. lib. 3. Andreol. contr. 14. n. 15 & contr. 15. n. 20. De Luca ubi ſupra num. 9. verſ. ſi prius Teſtator, Rota dec. 17. n. 18. par. 13. rec.*

Quarta deſumitur ex qualitate teſtium, quorum alter erat hoſpes, alter vero erat famulus Donatarii, & quod plus eſt, cum Inſtrumentum fuerit rure ſuburbano confectum in tanta tabellionum affluentia, fuit accerſitus quidam Tabellio Marradien. Donatarii Municeps, ne forte quis miſeram Donatricem de tanta imprudentia moneret, quod præmeditationem, & machinationem, & apertum fraudis conſilium convincit, ut de ſolis teſtibus 24
alienigenis dixit *Iaſon conſ. 141. n. 9. lib. 4. Andreol. d. controv. 14. n. 4.* quem ſequitur *De Luca ad Gratian. d. diſcept. 659. n. 19.*

Quinta coniectura reſultat, ex quo Donatrix nulla urgente cauſa ad evitandas ſolemnitates ſtatutarias extra Civitatem abducta fuit ad conficiendum Donationis inſtrumentum, quod eſt 25
maximum doli, & circumventionis indicium, *Surd. conſ. 473. n. 3. Cyriac. d. contr. 10. n. 76. Hermoſill. ubi ſupra n. 16. Maſcard. concl 815. n. 33. De Luca de donat. diſc. 3. n. 12. Gratian. deciſ. March. 102. n. 7. Rota dec. 145. n 2. 3. par. 13. & dec. 447. n. 12. & dec. 306. n. 18. par. 18 & deciſ. 371. n. 12. 13. par. 19. & dec. 441. n. 11. par. 19. tom. 2.* & plane ſi dolus præſumitur 26
in contrahente, qui ſtatutarias ſolemnitates negligit, *Leg ſi quis Cod. de reſcind vend. Bocc. conſ. 221. n. 2. Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 225. n. 7. in fin. Andreol. controv. 134 n. 82. Bottilier. de ſucceſſ. theor. 95. n. 5. Altimar ubi ſupra n. 138.* quanto magis erit præſumendus dolus in eo, qui ne legitimo mundualdo certioretur iuxta diſpoſitionem Statuti, & ut careat propinquis, &

amicis, qui de præiudicio actus, & de seductione, & suggestionibus Donatarii eam admoneat, mulierem ætate confectam extra propriam domum, & extra patriam traducit, adeout hanc unicam 27 coniecturam pro invaliditate donationis sufficere dixerit, *Ros. d. dec. 306. n 18. par 18. & dec. 371. n 12. 13. par. 19. rec.*

Nec valet replicatio, quod cum d. D. Donatrix in hac secunda donatione vellet addere novas conditiones, & onera in præiudicium iuris Donatario quæsiti ex prima donatione, ideo necessaria erat præsentia, & consensus ipsius Donatarii, qui cum de eo tempore iussu Illustriss. & Reverendiss. Archiepisc. a Civitate Florentiæ exularet, ideo opus fuit, ut D. Donatrix extra Civitatem se conferret; Etenim iam supra fuit responsum, quod ex prima donatione nullum ius Donatario quæsitum fuerat, cum ex defectu solemnitatum irrita fuisset qualem agnovit ipse Donatarius, qui hanc secundam Donationem cum rescripto, & dispensatione Principis confici curavit; unde erat in libera facultate d. D Donatricis in ea apponere quascumque novas conditiones absque consensu Donatarii; Sed quod tollit omnem difficultatem illud est, quod etiam prima donatio fuit extra Civitatem in eodem loco stipulata, ut expresse dicitur in secunda donatione, & tamen tunc non agebatur de præiudicio iuris quæsiti Donatario; unde hæc falsa assertio recensenda est inter mendacia, & falsitates supra ponderatas, quæ fraudem, & dolum demonstrant; Non refragante Decreto D. Prætoris Fæsulavi, quia huic obiecto satis respondet *Rota dec. 447. n. 13 par. 18*

Sexta coniectura desumitur ex quo D. Donatrix non solum fuit abducta ad donandum extra Civitatem, sed in ipsa domo Donatarii, ut remotis arbitris, facilior esset usus malarum artium, 28 & seductio, & circumventio imprudentis donatricis, unde hanc coniecturam tanquam validissimam ponderat *Menoch. de præs. libr. 5. præs. 3 n. 109. Mierez de maiorat. par. 1. qu. 25. n. 20. 44. Bottilier. d. theor. 95. n. 6. Cyriac. controv. 10. n 86. De Luca de donat. disc. 3. n 12. Hermosill. ubi supra n. 16. Rota dec. 145. n. 2 3. par 13 dec. 458. n. 4. par. 19. & penes Torre ubi supra d. decis. 3 num. 26.*

Septima coniectura, eaque meo iudicio validissima est qualitas Donatricis, nempe fœminæ, & in decrepita ætate constitutæ, ac proinde facilis irretiri illecebris, & suggestionibus viri 29 sagacis; unde si dolus præsumitur ex eo solum, quod vir sagax contrahit cum persona minus idonea, *Menoch d. præs. 3. n. 100. Hieronym de Leo dec 9. n 8. Andreol. contr. 15. n. 10 Hermosill. ubi supra n. 15. Altimar. de nullit. ubi supra n. 100.* quanto magis erit præsumenda seductio, & circumventio in contra-

ctu

ctu adeo præiudiciali inito non ſolum inter virum ſagacem, & fœminam, quæ a ſtatuto requirente ſolemnitates in quoliber contractu mulieris præſumitur minus idonea; unde coniecturam deſumptam ex ſola naturali mulieris levitate ponderat in noſtris terminis *Menoch. d. præſ.* 3. *n.* 109. *Capon. de pact. qu.* 59. *num.* 35. *Hermoſill. ubi ſupra n.* 15. 16. *Rota dec.* 314. *n.* 2. 3. *par.* 13. *& dec.* 447. *n.* 10. 11. *par.* 18. *rec.* verum etiam cum vetula octuagenaria, vel repueraſcente, vel ſaltem ingenii, & ſenſuum corporis adeo hebetum, & languentium, ut facillimum ſit eam ſeducere, & mendaciis, & illecebris, & falſis promiſſionibus, ut evenit in contingenti, eam circumvenire, *Miers de maiorat. part.* 1. *qu.* 25. *n.* 50. *Caſtill. controv. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 112. *De Luca de donat d. diſc.* 3. *n.* 5. *Rota cor. Priol. dec.* 51. *n.* 26. *& deciſ.* 93. *n.* 7. & in ſpecie de ſene octuagenario maiore *Rota apud Torr. d. dec.* 3. *n.* 27. *& n.* 30. & in terminis vetulæ octuagenariæ eadem *Rota dec.* 296. *n.* 25. *par.* 17. *rec.* 30 31

Octava tandem reſultat ex tota ſerie rei geſtæ; Mulier enim octuaginta annis maior, habens filiam profeſſam in Monaſterio S. Georgii, duoſque ex filio nepotes, alioſque honeſtiſſimos conſanguineos, & affines, a viro omnino extraneo traducitur extra patriam in propria domo ad conficiendum inſtrumentum donationis univerſalis omnium bonorum, privaturque nepos ex filio legitima debita ex naturali pietate ob male merita in aviam, cum tamen ipſe adhuc Romæ eſſet quo impubes a privigno miſſus fuerat, ut bonis artibus eruditetur, & ab eadem avia nuper hæres fuerat inſtitutus; deinde agnita donationis invaliditate tanquam re, & conſilio inofficioſæ, & ob Statuti ſolemnitates omiſſas porriguntur R. C. preces captioſæ, obſcuræ, & ſurreptitiæ, de quibus ſupra diximus, & denuo adducitur miſetrima vetula extra Civitatem in Domo Donatarii ad conficiendum novum Inſtrumentum donationis receptum a Notario Marradienſi, & coram teſtibus vilis conditionis, & Donatarii familiaribus, & domeſticis, in quo Inſtrumento licet ad magis fraudandam Donatricem fuerit expreſſa uſusfructus reſervatio, tamen Donatarius, qui bonorum occupationi inhiabat fuit conſtitutus Procurator cum ampliſſimo mandato, & libera diſponendi facultate „ ibi „ e acciò colla diligenza, ed attenzione „ del Sig. Donatario, e le ſpeſe, che intende fare ne' medeſimi „ Beni iuſta la neceſſità di eſſi poſſa aumentarſi il frutto di detti „ Beni, intende, e vuole, che detto Sig. Donatario non oſtante „ la riſerva dell' uſufrutto abbia la piena, e totale, e libera am- „ miniſtrazione de' predetti Beni, e frutti di eſſi, e poſſa in eſſi, „ e intorno a eſſi fare tutto quello, e quanto potrebbe fare, co- „ me ſe detto uſufrutto riſervato non foſſe, con libera facultà, „ e

„ e mandato di fare tutto quello, e quanto ella medesima Dona-
„ trice in ordine alla riserva del detto usufrutto sia lecito e per-
„ messo ec. „ ex qua effrenata libertate disponendi manifeste evin-
citur usumfructum fuisse speciose reservatum ad eludendam imprudentem Donatricem, sed revera omnium bonorum emolumentum sub falso prætextu Donatarium sibi reservasse, ut in similibus ter-
32 minis optime considerant late relati per *Rotam dec.* 305. *n.* 6. 7. *par.* 10. *rec.* ex hac igitur facie, & ex hac serie negocii, cui non apparent machinationes, & malæ artes ordinatæ ad circumveniendam decrepitam mulierem fragilis, & imprudentis consilii? ut
33 optime ponderant *Noguerol. alleg.* 29. *n.* 206. *Altimar. de nullitat. in contr. rubr.* 1. *qu.* 11. *n.* 114.

Non obstante meritorum Donatarii erga Donatricem expressione, quia nisi aliunde, quam ex ipsa donatione iustificetur, præsumitur affectata ad occupandam donationem, ut cæteris omissis in his precisis terminis *Rota decis.* 458. *n.* 17. 18. *par.* 19.
34 *tom.* 2. *cum aliis supra relat. in* §. *etenim solemnitates, vers. quod procedit.* Maxime quia etiam in donatione remuneratoria, si remuneratio calculata ad terminos *Text. in Leg. hæreditatum ff. ad Leg. falc.* sit longe inferior bonis donatis intrat læsio, que donationem
35 remuneratoriam resolvit, *Cancer. variar. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 228. *Torr. de pact. futur. succeff. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 159. *Rota cor. Duran dec.* 155. *n.* 15. 16. *Rota in Mantis. post De Luca in conflict. leg dec.* 11. *n.* 15. *in fine.*

Et eo facilius in hanc sententiam inclinavi, quia animadverti Sacram Rotam sæpissime ex minori, & leviori numero coniecturarum, & præsumptionum respondisse pro invaliditate donatio-
36 nis tanquam dolo, & malis artibus extortæ, ut in *dec.* 17. *n.* 17. *par.* 13 ubi declarata fuit nulla donatio, ex quo agebatur de
37 Muliere levi, & inconstanti, & aderat in istrumento donationis falsa assertio, & fuerat extra Patriam traducta; *& in dec.* 269. *n.* 24 *& seqq. par.* 17. ubi Sacra Rota fuit in Voto pro nullitate Testamenti ex præteritione eorum, qui ab intestato succedere
38 debebant, & ex quo testatris erat octuagenaria, & abducta fuerat extra domicilium ad conficiendum testamentum, *& in dec.* 306 *n.* 12. *& seq. par.* 18. ubi ex donatione universali in fratrem collata ab eo, qui filias habebat, & fuerat abductus extra lo-
39 cum propriæ habitationis, iunctis clausulis insolitis, fraudes, & malas artes adfuisse iudicavit, & iterum in *decis.* 490. *n.* 12. *par.* 19. ubi contra donationem responsum fuit, quia fuerat confecta a Patre sene ad favorem duorum ex filiis in præiudicium alio-
40 rum, & fuerat extra Patriam traductus, & insertæ in instrumento clausulæ insolitæ; *& rursus cor. Priolo decis.* 51. *n.* 24. *& seqq.*

ſeqq. ubi dictum fuit donationem fuiſſe per ſuggeſtionem, & circumventionem extortam, quia fuerat confecta a Vetula commo- 41
rantem domo Donatarii fere conſtituta in mortis articulo, cum clauſulis, & pactis inſolitis, *& tandem in dec.* 381. *num.* 12. *& dec.* 306. *num.* 18. *par.* 18. *& deciſ.* 441. *num.* 11. *par.* 19. ubi dictum fuit ſolam adductionem extra locum habitationis ad hunc effectum ſufficere.

Quæ fortius procedere mihi viſa fuerunt, quia cum agatur non ſolum de Muliere, cui propter ſexus fragilitatem facilius in 42
integrum reſtitutione ſuccurritur, *Odd. de reſtit. in integrum par.* 1. *qu.* 10. *n.* 34. 35. *Ridolphin. in Prax. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 439. *Cenſal. ad Peregr. art.* 35. §. *ſexto obſervo Rota in Mantiſſ. poſt De Luca de Dote dec.* 13. *n.* 6. ſed etiam de Muliere decrepita, cuius repuerascentis ingenii, non leve eſt indicium, hæc ipſa donatio univerſalis collata in omnium extraneum in præiudicium propriæ Sobolis; unde ſimul iunctis his qualitatibus, & circum- 43
ſtantiis, D. Donatrix ſaltem digna eſt in integrum reſtitutione, quæ etiam Viro decrepito conceditur, *Odd. de in integr. reſtitut. par.* 1. *qu.* 3. *n.* 8. 9 *& n.* 11. 12. *quem ſequitur Mauſon. de cauſ. execut. lib.* 1. *limit.* 13. *n.* 14. *Velaſc. de privileg. miſer. perſ. qu.* 18. *per tot.* quod abſque difficultate procedit etiam in ſenſu con- 44
trarium tenentium in ſene ingenii viribus ita deſtituto ut puero, vel minori æquiparetur, *Paſcal. de virib. patr. poteſtat. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 104. *Merlin. Pignatell. cent.* 2. *cap.* 52. *n.* 34. & licet regulariter in donatione ex mera liberalitate non detur læſio, 45
tamen non habet locum concluſio, vel quando adeſt præſumptio doli, & ſuggeſtionis, *Rota deciſ.* 371. *n.* 8. 9. *par.* 19. *& deciſ.* 441. *a n.* 3. *cum ſeqq. par.* 19. *tom.* 2. vel quando donatio caret Statutariis ſolemnitatibus, tunc enim quatenus læſio non conſideraretur tanquam proveniens ex contractu, ſaltem conſideraretur tamquam proveniens ex Statuto, quod in contractibus Mulierum iuſtam cauſam requireos, ſi hæc non adſit, donatio tan- 46
quam læſiva corruit, ut optime inquit *Rota in Mantiſſ. poſt De Luc. in conflict. leg. dec.* 11. *n.* 15.

Et ita &c. Utraque &c.

Ioſephus Ciampellius Audit.

DECI-

DECISIO XXVIII.

FLORENTINA NULLITATIS

hac die 31. *Martii* 1711. *coram Audit.* ASCANIO VENTURINI.

ARGUMENTUM.

CAptura quæ resultat ex Sententia quæ ex actis non iustificatur, uti nullitatis vitio laborans nulla declarari deber, & Actor in expensis est condemnandus. Sententia quando non dicatur ex actibus iustificari. Emptor quando dicatur ignorare qualitatem sui venditoris. Depositio textis vel in totum est acceptanda, vel in totum reiicienda. Iudex quando debeat iudicare secundum acta, & probata. Ubi concessa est executio iam per capturam consumata admittendæ non sunt novæ probationes ad effectum iustificandæ Sententiæ. Sententia absque probationibus an possit esse valida, *Statut. Mercantiæ lib.* 2. *rubr.* 7. ex quo prohibetur agendo, nec excipiendo allegari posse nullitatem Sententiarum in eo foro latarum, quomodo sit intelligendum.

SUMMARIUM.

1 *Narratio actoris in petitione non probat.*
2 *Captura sine probationibus est nulla.* & num. 5.
3 *Emptor agere non potest ad restitutionem pretii nisi probet rem venditam ei fuisse ablatam.*
4 *Qui allegat impedimentum illud probare debet.*
6 *Ad formam Statuti Curiæ Mercantiæ Lib.* 2. *Rubr.* 3. *Actor tenetur dare copiam eius Iurium.*
7 *Iura non dicuntur de actis nisi citata altera Parte ad contradicendum.*
8 *Sententia sine probationibus est nulla.*
9 *Captura facta in executionem sententiæ notorie nullæ est quoque nulla.*
10 *Sententia nulla non meretur executionem.*
11 *Iudex si cognoscit sententiam esse notorie nullam debet negare executionem.*
12 *Sententia dicitur notorie nulla quando exceptio nullitatis resultat ex actis.*
13 *Vendens uti Procurator alterius non tenetur ad restitutionem pretii, sed Dominus.*
14 *Emptor tenetur investigare qualitatem, & conditionem Venditoris.*
15 *Paria sunt scire, & scire debere.*

16 *Pro-*

16 *Preſens, & conſentiens non poteſt allegare ignorantiam.*
17 *Inveriſimilitudo operatur ut ea probentur, quæ alias nullam facerent fidem.*
18 *Depoſitio Teſtis eſt in totum acceptanda, vel in totum reiicienda.*
19 *Confeſſio, quæ non habet contra ſe præſumptionem iuris dividi nequit.*
20 *Quamvis in dubio præſumatur ignorantia id intelligitur ſi allegatur in Iudicio, alias ſecus.*
21 *Iudex debet iudicare ſecundum acta, & probata.*
22 *Iudicis aſſertioni non creditur niſi ex actis verificetur.*
23 *Iudex non poteſt ſe movere ad iudicandum extra acta.*
24 *Iudex debet eſſe ſolum Iudex, non Iudex, & Teſtis.*
25 *Etiam quando Iudex poteſt procedere manu regia, & ſola veritate inſpecta.*
26 *Ubi agitur de executione iam per capturam conſummata ſolum habenda eſt ratio ad ea, quæ reperiuntur in actis de tempore latæ ſententiæ.*
27 *Probationes non ſunt de ſubſtantia iudicii. Contra* num. 28.
29 *Sententia ex defectu actionis eſt nulla. Etiam quando Actor a principio carere actione non appareret, &* num. 30.
31 *Vigore Statuti Mercantiæ prohibetur nec agendo, nec excipiendo allegari poſſe nullitatem ſententiarum in eo Foro latarum.*
32 *Limita quando nullitatem ſententiæ clare reſultat, uti ſine probationibus nec ex actis iuſtificata.*
33 *Verbalis productio non ſufficit ad iuſtificandam ſententiam.*
34 *Sententia nulla nullum ius tribuit.*
35 *Statutum non comprehendit nullitates, quæ reſultant ex actis.*
36 *Licet a Statuto ſint prohibitæ exceptiones & nullitates omnes, tamen attenditur exceptio nullitatis, & iniuſtitiæ notorie reſultans ex actis.*
37 *Quando actus eſt notorie nullus debet etiam Actorem condemnari in expenſis.*

CApto Laurentio Ferri ad Inſtantiam hæredum Ioannis Baptiſtæ Aterini in vim Sententiæ latæ per Magiſtratum Dominorum Sex huius Curiæ Mercantiæ ad ſolvendum dictis hæredibus ſcutos novem, uti ab eo receptos pro prætio nemoris venditi, & cuius lignamina aſseritur colligere non potuiſse ob impedimentum dicto Emptori illatum; Oppoſuit idem Laurentius executionem, & capturam fuiſse nullam ratione notoriæ nullitatis, & iniuſtitiæ dictæ Sententiæ, quæ ex actis non iuſtificabatur, & ſucceſſive eum eſse excarcerandum cum condemnatione in expenſis.

Dubitatum ideo fuit, an dicta captura eſset revocanda, an confirmanda, & mihi viſum fuit defendi non poſse ab oppoſita nul-

eſſe dictam ſententiam, uti ſine probationibus, nec ex actis iuſtificatam iam evidenter comperrum fuit ex allegatis, & idem *Scacc.* 11
de appell. quæſt. 19. *remed.* 1. *concluſ.* 5. *num.* 5. *& num* 23. ubi notorie nullam eſſe ſententiam dicit quando exceptio nullitatis ſen- 12
tentiæ apparet ex actis, ſeu non requirit aliam probationem.

Nec ab hac notoria nullitate, & iniuſtitia defendi valet ex quo in dicta Sententia aſſeratur Procuratorem Laurentii inſtetiſſe abſolvi dictum ſuum Principalem, quia vendiderit dictum nemus de ordine Domini Thomæ Boneventuræ, & pretium remiſiſſe eidem Domini Boneventuræ, qui fecerat receptam eidem emptori ut in eius atteſtatione coram ipſis Dominis Sex delata, ac magiſtraliter perlecta, ut legitur in eorum Sententia.

Etenim pretermiſſo, quod per quæ ibi dixerat Procurator non poterat ſequi Laurentii condemnatio, cum id dixerat ad effectum obtinendi illius abſolutionem, non ut condemnaretur, & ad quem finem delata dicta atteſtatio non erat illa trahenda ad diverſum, multo minus ad contrarium effectum, nihilominus etiam illa admiſſa tantum abeſt, quod per dictam atteſtationem iuſtificetur dicta Sententia, quod imo evidenter apparet notorie iniuſta; Tum quia in dicta atteſtatione nullum verbum dicitur de prætenſo impedimento colligendi ligna dicti nemoris, quod probare neceſſe erat ex ſupra adductis. Tum quia ſi (ut dicitur in dicta atteſtatione) Laurentius Mediatius vendiderat dictum 13
nemus ex ordine ſui Domini, non erat ipſe condemnandus, prout in terminis, quod vendens uti Procurator ulterius ipſe non teneatur, ſed Dominus ex *Gloſſ in Leg. qui aliena* §. *ſi his, qui putabat ff. de acquir. hæred & ibi Bartol.* cum aliis, quos congerit *Surd. conſ.* 19. *n.* 10. *& ſeqq uſque ad n.* 24. *& in deciſ.* 119. *n.* 12. & quoque *Mangill. de evict. qu.* 186. *n.* 8.

Nec obeſt, quod eruditiſſimus Advocatus pro excelſa ſua doctrina ſtuduerit defendere ſuum Principalem, aſſerendo eum ignoraſſe præcedentem ordinem dicti Domini Boneventuræ, ob quam ignorantiam non potuerit habere animum illum obligandi per quæ obiiciendo adducit *Surd. d. conſ.* 19. *n.* 34.

Nam omnino veriſimile eſt emptorem ſcientiam habuiſſe de ordine dicti Domini Boneventuræ, tum quia Laurentius enunciatur colonus, ſeu eius medíarius ex quo, quidquid ſit reſpectu rei venditæ, quoad perſonam, cum qua contrahitur, emptor teneatur inveſtigare cuius qualitatis, & conditionis ſit venditor 14
ut per *Leg. qui cum alio ff de reg. iur. & ibi Bartol. tradunt Surd. conſ.* 13. *n.* 38. *Cephal. conſ.* 305. *n.* 99. *lib.* 3. *& poſt eos Mangill. de evict. qu.* 151. *n* 27. & patia ſint ſcire, vel ſcire debere notis iuribus, & dixit *Rot. dec.* 93. *n.* 4. *par.* 2. *rec.* ac ſimiles 15

per-

perſonæ, ut ſunt coloni partiari, qui ut plurimum non tenent ſtabilia niſi ad culturam aliorum, neque illa diſtrahere ſolent niſi ex permiſſione, ſeu ordine ſuorum Dominorum, magis improbabilis eſt ignorantia, ſumpto argumento a ſolitis per *Leg. diverſis ff. de pignor. act.* cum innumeris quos allegat *Barboſ. tract. var loc.* 102. & quod magis eſt ſi ipſe emptor fuit præſens, & recepuram dd. ſcut. 9. ei fecerat idem Dominus Bonaventura,
16 quem propterea in Dominum recognoviſſe videtur itaut præſens, & conſentiens nequeat ſe excuſare, quod non ſciverit *Leg. regul. ff de iur. & fact ignor.* & potius cum pretium ſolverit Domino ſuæ obligationi ſatisfeciſſe videtur neque aliqua affici poſſit moleſtia, *Rota dec.* 291. *n.* 4. *par.* 7. *recent.* & in iſtis terminis *dec.* 223 *n* 1. *par.* 1. *rec.* atque ex his vetiſimilis redditur ſcientia, ut per *Rot cor. Royas dec.* 70. *n* 12 *Surd. dec.* 25. *num.* 11. ac
17 inveriſimilis ignorantia, quæ inveriſimilitudo operatur ut ea probentur, quæ alias nullam facerent fidem idem *Surd. dec.* 321. *n.* 5 *Rota deciſ.* 572. *ſub n.* 3. quidquid dicatur ſcindi debere atteſtationem dicti Domini Boneventuræ ne iuvet Laurentio, & noceat emptori, primo quia dicebatur dictam atteſtationem ſolum continere ordinem vendendi dictum nemus, & receptam factam emptori, unde nihil extat, quod ſcindi poſſit, alias dicta atteſtatio nihil concluderet, ſecundo regula eſt depoſitionem teſtis in
18 totum eſſe acceptandam, vel in totum reiciendam ex authoribus allegatis per Informantem pro reo præ aliis, *Fontanell. dec.* 129. *n.* 12. *Guaz. ad defenſ defenſ.* 3. *cap.* 25. *n.* 11. *Gratian. diſcept. for. cap* 505. *Surd. conſ* 173. *n* 67. & in terminis confeſſionis,
19 quæ non habet contra ſe præſumptionem iuris, dividi nequeat *Rota &c.* cum aliis concordantibus in *dec.* 80. *n.* 9. *par.* 18. *rec.* veluti ubi Actores vellent ſcindere atteſtationem Boneventuræ in ea parte in qua dicit medio dicti Laurentii recepiſſe prætium, & fecisſe receptam emptori, ex qua ſic deducitur eum fuiſſe præſentem, ac approbaſſe venditionem factam ex ordine Boneventuræ, utique non conſtaret de ſolutione ſine qua inutiliter egiſſet ad reſtitutionem dictorum ſcut. 9. quos non conſtabat ſolviſſe.

Et ceſsat penitus obiectum ex quo lata fuit Sententia nulla in eo Iudicio per Actores allegata ignorantia, quæ & ſi in du-
20 bio præſumatur, id intelligitur ſi allegatur in iudicio, alias ſecus, ut poſt *Bald. in Leg eumque n.* 20. *Cod de ſervis fugitivis, Alex in Leg. qui bona* §. *de illo n.* 3. *ff. de damn. infect. declarant Dec. conſ.* 288. *num.* 5. *Gaill. pract. obſerv. lib. prim. obſerv.* 49. *num.* 14. ac prædictis, & aliis citatis *Meſcard. de probation. concl.* 881. *num.* 6. *lib.* 2.

Et

Et minus iuvaret ſuppoſita ignorantia dum nullum verbum legitur in dicta atteſtatione de dicto impedimento ſine cuius concludenti probatione, nunquam competere emptori ius agendi ad reſtitutionem prætii, late ſupra dictum fuit ex pluribus allegatis iuribus, & Doctorum authoritatibus, ut in §. *dubitatum fuit.*

Nec dicatur de dicto impedimento conſtare per eandem Sententiam in qua Domini Sex proferunt hæc verba „ ibi „ „ *ſtante non avere l' Aterini potuto conſeguire il frutto del ſuddet-* „ *to pezzo di Boſco* „ ſiquidem nihil relevat ipſos Dominos Iudices ea verba dixiſſe dum in actis dictum impedimentum non probatur, & Iudex debeat iudicare ſecundum acta, & probata, 21
Oſaſeb. dec. 1. *n.* 40. ubi dicit advertendum eſſe, quod iuxta acta ius dicatur, non autem extra extrinſeca, & non probata, *Emerix. dec.* 104 *n.* 14 ubi Iudicis aſſertioni non creditur niſi ex actis verificetur, *Peutinger. dec.* 87. *n* 20. ubi idem dicit ſcilicet Sen- 22
tentiæ verbis non credatur niſi iuſtificentur ex actis, *et dec.* 1310. *n.* 1. ubi quod Sententia probationem non facit ſine actis coram eodem *Emerix. Rota cor. Ludoviſ. dec.* 1. *num* 5. *ubi Beltramin.* quod Iudex non poteſt ſe movere ad iudicandum extra acta, 23
Franc. de competent. qu. 15. *n* 18 *&* *n.* 23. *Farinacc. de delict & pœn qu.* 21. *n* 66. *Scacc de re iudic. qu* 8. *n.* 4 ubi dicit quod maxime in civilibus debet Iudex ferre Sententiam, & iudicare non ſecundum propriam conſcientiam informatam de certa veritate extra acta, ſed ſecundum acta, & probata, ea quidem duplici ratione; prima quia Iudex debet eſſe ſolum Iudex, non Iudex, & Teſtis; ſecunda eſt quia alias indirecte tolleretur reo defenſio, qui ſi vidiſſet per Actorem iura ſua deducere, etiam 24
Reus valuiſſet ſe defendere, ut præciſe obſervat eadem *Rota dec.* 217. *penes eumdem Coccin. ac concordat in dec.* 481. *n.* 2. *par.* 18. *& dec.* 667. *n.* 10 *par.* 19. & ampliat eadem Rota ſi etiam Iudex poſſet manu regia, & ſola veritate inſpecta procedere ex 25
quo ſine probationibus, & aliis in Iudicio neceſſariis Sententiam ferret, non iudicaret ſecundum veritatem, ut ibi in *dec.* 449. *n.* 13. *par.* 18. *rec. Scacc. de re iudic. d. gloſſ.* 14. *qu.* 8. *n.* 54. ubi quod excepto Principe alii inferiores iudicare debent ſecundum allegata, & probata, quinimmo & ſi ipſe Princeps poſſit iudicare ſecundum ſuam veram, & iuſtam conſcientiam, cavere debeat ne ſua conſcientia ſit male informatus tradit ſub *dict. n.* 54. *d. verſ. ratio*, & id ſolum non ut condemnet, ſed ut reum abſolvat, huic opinioni adheret *Scacc. ut ibi n.* 55.

Nec admittere licuit novas probationes prout proponebat idem eruditiſſimus Advocatus; Quoniam quidquid ſit quatenus ageretur pro confirmatione Sententiæ ante conceſſam executionem,

ubi tamen agitur ad effectum executionis iam per capturam con-
26 sumatæ solum habenda est ratio eorum, quæ reperiuntur in actis tempore latæ Sententiæ, ut per *Seraphin. dec.* 279. *n.* 5. *& decis.* 467. *n.* 8. *par.* 3. *rec. Duran. dec.* 81. *n.* 1. *Bich. dec.* 281. *n.* 49.

Verum non omittere duxi alias per me notata in meis scriptis, & post latam Sententiam perlecta, & consuluit *Andreol. contr.* 79. *n.* 46. volens Sententiam latam sine probationibus non esse nullam, sed validam, ac in iudicatum transire, ex quo
27 probationes non sint de substantia Iudicii, ut ibi per eum.

Etenim adhuc, ubi nullæ factæ sunt probationes, quod Sententia sit notorie iniusta, & denegetur executio, & solum secus sit ubi in actis facta sit aliqua probatio, sed non sufficiens late declarat *Scacc. de re iudic. gloss.* 14. *qu.* 20. *n.* 17. 18 ubi & ipse *n.* 1. firmat regulam, qua traditur Sententiam non esse nullam
28 dicta ratione, quia probationes non sunt de substantia Iudicii con'ineat tamen manifestam iniquitatem apparentem in actis, & nunquam transeat in iudicatum, ut ibi in *d. n.* 17. 18. idque maxime observetur in Curia hac Florentina, ubi etsi rigorose custodiantur Sententiæ tamquam res iudicatæ, & qualiscumque illa sit habeat secum noli me tangere nihilominus, ubi nullæ factæ sint probationes sit notorie iniusta, & denegetur executio, ut ibi per eum.

Multo fortius si Actor ius non habeat petendi prætii restitutionem dum recipiendo recepuram a Domino, Laurentium liberaverat; si vendendo nomine sui Domini ipse non tenebatur si etiam nec Dominus convenire licebat nisi, ut rem liberaret ut ex supra adductis si quoque duobus, nemus vendidisset, Aberinus præferri videretur, qui iam ligna inciserat quamvis illa exportasset, ut supra in Sententia per *Text. in Leg. quoties Cod. de rei vindic. Rot. cor. Coccin. dec.* 1044. *n.* 1. *& in rec. dec.* 66. *n.* 48. *par.* 2. nisi primus probasset se prius possedisse, sed in actis nihil probatur, licet dictus Laurentius instetisset assignari terminum actoribus ad exhibendam Scripturam possessionis, ut in Pe.
29 a 5. id quod inter partes controversum fuit, & acta docent ex quibus Sententia ex defectu actionis fuisset quoque nulla ut per *Scacc. de re iudic gloss.* 10. *n.* 62. *& n.* 66. ubi etiam ampliat si a principio actor carere actione non appareret, sed ea quæ narrantur in petitione non probantur, quod adhuc carentia actionis
30 efficeretur patens, & visibilis, ut per eum *n.* 72. qui proprie est casus noster, & ex narratis in petitione Aretini iunctis actis liquet.

Tandem in calculo ferendæ sententiæ Informantes prædictis hæredibus opposuerunt Statutum huius Curiæ Mercantiæ, quo

pro-

prohibetur agendo, nec excipiendo allegari poſſe nullitatem ſententiarum in eo Foro latarum, ut in dicto Statuto *lib. 2. rubr.* 31
7. & 8. §. Ancora deſiderando.

Sed facilis fuit reſponſio, quia dictum Statutum non comprehendit nullitatem ſententiæ notoriam, prout eſſe hanc ſententiam, ſine probationibus, nec ex actis iuſtificatam, iam ſupra uſque ad nauſeam probant authoritates iam citatæ, quibus additur *Mart. Med. dec. 32. num. 18. & in addit. num. 3. & Gratian. cap. 981. num. 24. 25.* ubi nec verbalis productio ſufficeret, quia producere eſt videndi, & legendi facultatem in actis præbere ex
ibi per eum citatis iuribus, & dictum Statutum non comprehen- 32
dere hanc nullitatem, ſive iniuſtitiam, quæ æquiparatur nullitati, ut dicit idem *Mart. Medic.* cum ibi allegatis *in d. deciſ 32. num.* 18. paſſim admittunt Doctores inter alias *Rugin. de appell. §. 4. cap. 2. num. 64.* ubi addit rationem quia ubi ſententia eſt nulla, 33
nullum ius tribuit, *Aſin. in ſua prax. §. 31. cap. 53.* ubi quod nullitas, quæ ex actis conſtat, a Statuto con comprehenditur, 34
Mart. Med. dict. dec. 32. num. 10. & in addit. num. 3. ubi quod attenditur exceptio nullitatis, & iniuſtitiæ notoriæ reſultans ex actis, licet a Statuto ſint prohibitæ exceptiones, & nullitates omnes, & inquiunt etiam *Conſta Barz. Merlin.* cum aliis ibi ab 35
eo allegatis.

Ex quibus Actores etiam condemnavi in expenſis, *per Text.* 36
in Leg. eum qui temere ff. de Iudic. & ibi Barboſ. num. 5. qui loquitur, ubi fuit actus notorie nullus, *& Rot. cor. Peutinger. dec. 386. num. 11.*

Aſcanius Venturinius Iudex.

DECISIO XXIX.

MONTIS POLITIANI FIDEICOMMISSI

die 17. Iulii 1711. cor. Audit. Iosepho Ciampelli.

ARGUMENTUM.

TRanſactio ſuper Fideicommiſſo quando omnes Succeſſores, etiam ex propria perſona venientes, valeat afficere, & quando, & quomodo pro receſſu a lite utilis, & valida dici debeat.

SUMMARIUM.

1 *Transactio inita bona fide afficit omnes Successores etiam ex propria persona venientes.*
2 *Hæres beneficiatus tenetur servare factum defuncti intra vires hæreditarias.*
3 *Onus probandi quantitatem mobilium incumbit Fideicommissario etiam si agatur contra Hæredem qui inventarium non confecit.*
4 *Mobilia præsumuntur consumpta per lapsum annorum 50.*
5 *Fideicommissarius tenetur probare existentiam mobilium de tempore mortis Testatoris.*
6 *Ob non factam mentionem mobilium præsumitur de tempore mortis ea non adesse, vel fuisse postmodum consumpta.*
7 *Valor alicuius fundi non probatur ex privata datione in solutum non secus ac ex unica venditione.*
8 *Transactio inita bona fide maxime post reportatam sententiam favorabilem, & dubius eventus litis non est rescindenda.*
9 *Recessus a lite recipit æstimationem, & reddit transactionem utilem, & validam.*
10 *Filius Patri succedens in Fideicommisso ab Avo instituto tenetur fructus perceptos in Trebellianicam imputare.*
11 *Opinio Rotæ Romanæ non semper sequenda est in Decisionibus extra Urbem.*
12 *Trebellianica in Civitate Florentiæ neque tacite, neque expresse potest prohiberi, & pari passu ambulat cum Legitima* num. 13.
14 *Creditum exactum non patitur compensationem.*

MARELLI.

Francesco *Fidecommittente*.

Lorenzo. Annibale. Antonio.

Gio. Andrea. Caterina *ne' Cocconi*. Agnese. Francesco. Domenico. *Attori*.

Cav. Niccolò *Reo Convenuto*.

IN disputatione coram nobis habita ex commissione Supremi Magistratus inter Dominam Catharinam Marelli ne' Cocconi ex una, & Dominos de Marellis ex altera, non fuit dubitatum de existentia Fideicommissi inducti a Domino quondam Francisco de Marellis, nec non de illius purificatione ad favorem Dominorum de Marellis Actorum, non obstante laudo prolato a Domino Germanico de Tholomeis, ciusque motivis, & rationibus coram nobis exhibitis. Verum

sup-

ſuppoſita etiam fideicommiſſi exiſtentia diximus Dominam Catharinam Marelli abſolvendam fore, & eſſe a petitis per DD. de Marellis ex ea potiſſimum ratione, quia eum poſt memoratum laudum inter Dominam Catharinam, & Dominum Antonium de Marellis inita fuerit quedam tranſactio, in qua Dominus Antonius recepto Prædio *del Godiolo*, & aliis rebus de quibus in eadem tranſactione liti ecſſerit, & promiſerit eam amplius non moleſtare, quod etiam ad omnes filios, & deſcendentes præfati Domini Antonii in ſecunda tranſatione protractarum fuit ut patet ex publicis Inſtrumentis de quibus in actis. Unde cum huiuſmodi tranſactiones fuerint initæ bona fide, quæ ex pendentia litis, & ex præcedenti laudo reſultat, & ad commodum, & utilitatem ſucceſſorum, qui conſequuti ſunt Prædium *del Godiolo*, quando vigore laudi ab omni Iure fideicommiſſi fuerant excluſi, non eſt dubium quin omnes ſucceſſores, etiam ex propria perſona venientes valent afficere, *Urceol. de tranſact. qu.* 44. *n.* 27. *De Luca de emphit. diſc.* 52. *n.* 12. *in fin. & diſc.* 173. *n.* 4. *Rota deciſ.* 110. *numer.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 359. *& ſeqq. par.* 13. *& dec.* 135. *n.* 6. *& ſeqq. par.* 15. *rec. & cor. Emerix. dec.* 1324. *n.* 1. *& ſeqq. & n.* 10. *& paſſim*. 1

Eoque fortius, quia cum ex Inventario per Dominos de Marellis exhibito clare conſtat in paterna hæreditate tot bona remanſiſſe, que ſufficiunt ad complendum totum Fideicommiſſum ad eorum favorem purificatum, intrat validiſſimum dilemma quod vel bona in hæreditate remanſa fuerunt fideicommittentis, & tunc Dominos de Marellis non habent quid ulterius prætendere poſſint, cum totum fideicommiſſum poſſideant; vel ſunt bona libera, & multo minus poterunt impugnare tranſactiones, ex ea notiſſima regula quod hæres beneficiatus intra vires hæredirarias factum defuncti tenetur ſervare, *Rota cor. Ludoviſ. deciſ.* 418. *n.* 6. *ibique adden. n.* 15. *& cor. Duran. dec.* 10. *n.* 8. *& in rec. deciſ.* 224. *num.* 5. *par.* 18. *& in Mantiſſ. poſt De Luca de Teſtam. deciſ.* 15. *num.* 5. 2

Quod autem in hæreditate adſint bona fideicommiſſo æquivalentia ex eo ſatis probatur quia in ſententia de anno 1690. lata cum interventu Domini Antonii fideicommiſſarii, non ſolum ex propria perſona, ſed etiam tanquam Patris, & legitimi Adminiſtratoris filiorum, adhibito ad maiorem cauthelam Curatore iiſdem deputato, ſtatus hæredirarius fideicommittentis firmatus fuit in ſumma ſcut. 10308. ex qua detracta ad favorem Domini Laurentii dote Dominæ Catharinæ de Lupis eius Matris in quantitate ſcut. 2000. ſuperſunt ſcut. 8308. ex quibus deductis quartis Legittimæ, & Trebellianicæ filiis competen-

tibus, quæ dimidiam absorbent liquidatur fideicommissum in summa scut. 4154. unde cum ex Inventario per Dominos de Marellis exhibito appareat quod de bonis fideicommittentis adest in hæreditate paterna summa scut. 4400. ultra *Mobilia*, & *Domum* propriæ habitationis, ut optime in facto demonstratum fuit, ideo reiiciendi fuerunt Dominos de Marellis petentes fideicommissum, quod integrum possident.

Nec obstat, quod in memorata Sententia de anno 1690. nulla fuit habita ratio mobilium, & pecuniarum, quæ in hæreditate Viri nobilis, & Florentiæ Degentis, verisimiliter adesse debebant. Tum quia mobilia, quæ aderant tempore primæ transactionis Domino Antonio a Domina Catharina relaxata fuerunt adeout ad manus Dominæ Catharinæ non pervenerint, nisi bona stabilia, quæ in portionem Domini Laurentii obvenerant, ideoque de mobilibus amplius agendum non est, nisi exadverso probetur maior quantitas mobilium, cum huiusmodi onus fideicommissario incumbat, etiam si agatur contra hæredem qui Inventarium non confecit, *Gratian. discept.* 215. *num.* 9. *Pacion. alleg.* 124. *n.* 1. *Peregrin. de fideicom. art.* 35. *num.* 24. *Fusar. de substit. qu.* 667. *n.* 15. & *seqq. Rota cor. Ludovis. decis.* 285. *n.* 2. & fuit decisum per Supremum Magistratum *in Causa del Ciegia, e Buonomini de anno* 1700. *referentibus Illustrissimis Dominis Farsetti, Bacci, e Finetti.*

Eademque responsio militat, quoad mobilia solidioris materiæ, & Bibliothecam qua Testator in Testamento mentionem habuit, quia præsumuntur comprehensa in restitutione mobilium facta Domino Antonio, vigore primæ transactionis, cuius præsumptionis non leve est argumentum, quia per lapsum annorum quinquaginta, qui inter mortem Testatoris, & transactionem in-
4 terceſſit, mobilia quæ usu afferuntur, consumpta præsumuntur, *Urceol. cons.* 19. *n.* 29. & *seqq. Bonden. colluct.* 20. *n.* 156. *lib.* 2. *Larr dec.* 17. *n.* 2. & *seqq. Rota cor. Ludovis. decis* 285. *num.* 3. *ibique adden. & cor. Bich. dec.* 510. *n.* 21. & *seqq.* & *dec.* 535. *n.* 2. *par.* 5. unde maxima insurgit verisimilitudo quod mobilia restituta fuerint ea solidioris materiæ, & Biblioteca, quæ probabiliter post diuturnum tempus extare poterant.

Et hæc procedunt cum supposito, quod de tempore mortis adesſent huiusmodi mobilia solidioris materiæ, & Bibliotecha, quod tamen absolute non est admittendum, quia licet de ea Testator mentionem habuerit, attamen hoc probat, quod adesſent de anno 1628. tempore confecti Testamenti, non autem de tempore mortis, quæ evenit de anno 1633. & tamen fideicommissa-
5 rius huiusmodi existentiam præcise de tempore mortis probare te-

netur

netur *Ciriac. contr.* 204. *n.* 3. *& ſeqq. Manſ. conſ.* 51. *num.* 76. *& ſeqq.* præſertim accedente validiſſima facti circumſtantia, quia in Sententia anni 1690. ſtatus hæreditaris de conſenſu Partium firmatus fuit, & tamen Dnminus Antonius, ob diuturnam litem, optime de omnibus informatus, nihil de huiuſmodi mobilibus oppoſuit, ſed conſenſum præſtitit, ut ſtatus firmaretur, ſtabilia dumtaxat computando, quod eſt vehemens argumentum, vel quod huiuſmodi mobilia de tempore mortis non aderant, vel quod fuerant poſtmodum conſumpta, vel quod ea vigore memoratæ 6
tranſactionis obtinuerat, optime in præciſis terminis *Manſ. conſ.* 51. *n.* 81. 82. 83. *& ſeqq.*

Minus refragatur, quod in Inſtrumento diviſionis enuntietur Dominos Fratres de Marellis pecunias inter ſe dividiſſe, de quibus tamen in prædicta ſententia nulla habetur ratio, ſiquidem ultra alias reſponſiones animadverſum fuit dictos Dominos de Marellis progeſſiſſe ad diviſionem non ſolum hæreditatis D. Franciſci fideicommittentis, ſed etiam D. Dominici eorum patrui, ut habetur in principio præfati Inſtrumenti, unde prædicta enunciativa remanet equivoca, cum pecuniarum exiſtentia verificari poſſit in qualibet ſumma, & in hæredirate D. Dominici, unde ſemper deficit neceſſaria probatio exiſtentiæ pecuniarum in hæreditate Fideicommittentis, quia Fideicommiſſarius gravatur, ut ex pluribus authoritatibus ſupra probavimus in §. *nec obſtat in fin.*

Nec pariter animadverſione dignum viſum fuerit aliud obiectum ex eo deſumptum, quod in diviſione inter fratres inita, binæ Domus aſſignantur D. Laurentio in computum Dotis maternæ pro præcio ſcut. 800. quæ tamen in memorata ſententia calculantur pro valore ſcut. 500. Etenim fuit reſponſum, quod vel ex prædicta aſſignatione non probatur verus valor domorum, qui ex privata in ſolutum datione non ſecus ac ex unica venditione non 7
probatur, *Cyriac. contr.* 257. *num.* 8. *& contr.* 453. *num.* 12. 13. *Pacion. de locat. cap.* 19. *num.* 12. 13. *Rot. poſt De Luc. de fideicomm. diſc.* 106. *num.* 11.

Ideoque verus valor potuit eſſe ille, qui datur in ſententia, maxime quia pro precio ſcut. 500. prædictæ Domus a Fideicommittente fuerunt acquiſitæ, & pro eodem prætio poſt aſſignationem venditæ fuerunt; vel ad omne peius error in præiudicium Fideicommiſſi fuit adeo levis, ut non fuerit habitus in conſideratione, nam cum error conſiſtat in ſumma ſcut. 300. cuius medietas cadebat ſub detractionibus, pro alia vero medietate, quæ inter Fratres erat dividenda D. Catharina teneretur ad reſtituendum ſummam dumtaxat ſcut. 50. ideo hæc modica quantitas, non merebatur, ut reſcinderetur tranſactio inita bona fide, maxime poſt re-

por-

portatum laudum favorabile, & dubius litis eventus in gradu ap-
8 pellationis prosequendæ, tanti, & fortasse aliquid plutis poterat extimari, *Soccin. iun. cons.* 129. *num.* 48. *Roland. cons.* 28. *n.* 27. *lib.* 2. *Barbos. vot. decis.* 25. *num.* 94. *& seqq. libr.* 2. *Rota decis.* 23. *num.* 5. *post de Luc. de donat.* solusque recessus a lite aliquam
9 recipit æstimationem, quæ transactionem utilem, & validam reddit, *Urceol. de transact. qu.* 2. *num.* 2. *Cyriac. contr.* 986. *num.* 19. 20. *Rota cor. Merlin. dec.* 163. *num.* 13. *& seqq. & dec.* 598 *num.* 2. *par.* 19. *tom.* 2.

Sed removetur quælibet difficultas, quia cum in hæreditate D. Antonii ultra mobilia, & domum propriæ habitationis fuerint recepta stabilia in summa scut. 4400. quæ excedit integrum Fideicommissum tassatum in quantitate scut. 4154. Certum est, quod in prædicta summa scut. 4400. comprenditur etiam summa scut. 150. quatenus ex ea augendum esset Fideicommissum, ideoque semper locum habet validum dilemma supra deductum in §. *Æque fortius, cum ibi relatis.*

Nec pariter obstare visum fuit, quod in prælaudata sententia fuerit habita ratio Trebellianicæ, quæ ex fructibus per plures annos perceptis a D. Andrea filio D. Laurentii, consumpta, vel saltem diminuta fuerat, cum ex sententia recepta in Rota Romana filius patri succedens in Fideicommisso ab avo ordinato, sive
10 instituto fructus percepros in Trebellianicam teneatur imputare, ut firmatum fuit in *Romana Fideicommissi de Mattiebis* 7 *Decembris* 1699. § *diximus cor. R. P. D. Ansaldo, & in eius confirmatoriis* 29. *Aprilis cor. eodem, &* 12. *Decembris* 1701. *cor. Muto, &* 26. *Ianuarii* 1703. *cor. Lancett.*

Quia in hac nostra Rota Florentina fuit recepta contraria sententia, quæ optimis rationibus, & pluribus auctoritatibus firmata
11 fuit in *lib. motiv.* 113. *pag.* 784. *ubi in* §. *fin.* opportune monet non semper necesse esse in decisionibus Cæsarum extra Urbem procedere cum opinione Rotæ Romanæ, & eandem sententiam sequta est Rota Nostra *lib. motiv.* 125. *pag.* 132. quæ duæ Res iudicatæ ita iudicandi consuetudinem inducunt.

Ratio qua movetur Rota Nostra visa fuit concludentissima, quia cum Trebellianica filiis debita, absque ullo facto hominis, sed Legis ministerio statim a die aditionis sit avulsa, & separata a corporibus hæreditariis tanquam æs alienum, nam seeus ac di-
12 citur de Legitima, quæ in filiis primi gradus æquiparantur præsertim in hac Civitate, in qua recepta est opinio, quod Trebellianica neque tacite, neque expresse potest prohiberi, *Magon. decis. Florent.* 35. *num* 4. *Urceol. decis. Florent.* 27. *num.* 14 ubi
13 quod Florentiæ Trebellianica pari passu ambulat cum Legitima,

Sa-

Sebell. variar. cap. 33. *n* 25. ideo filius hæres patris gravati succedit in trebellianica, quam reperit in hæreditate patris a fideicommisso iam avulsa, & separata, ac proinde non potest cogi ad fructus imputandos, cum creditum exactum, compensationem 14
non patiatur, ut egregie ratiocinatur *Rota Nostra dict. Libr. Motiv.* 113. *p.* 784.

Vindicata igitur ab omnibus obiectis Sententia anni 1690. remanet incontrovertibilis status fideicommissi in summa scutor. 4154. unde cum Domina Catharina ultra mobilia, pecunias exactas, ac fructus extantes recte relaxavit vigore transactionis prædium *del Godiolo* valoris scut. 1150. Certum est, quod fere totam Fideicommissi portionem restituit, quæ esse poterat in hæreditatem Dom. Laurentii eius auctoris, & cum D. de Marellis repererint in hæreditate paterna longe plusquam importet Fideicommissum tenentur acquiescere, vel quia totum Fideicommissum possident, vel quia intra vires tenentur servare factum defuncti, ut supra dictum fuit.

In nihilum relevante absurdo pro parte DD. de Marellis acriter inculcato, quod Domina Catharina possideat bona fideicommittentis, quæ nullo detractionum iure tueri valet. Etenim huiusmodi repugnantia sequitur quia divisiones initæ inter fratres, licet æquales fuerint in quantitate bonorum, in qualitate tamen inequales fuerunt, cum plura bona Francisci fideicommittentis obvenerint in portionem Laurentii, plura vero Dominici obtigerint Anibali, & Antonio, ut asseritur in secunda transactione, verum cum in instrumentum divisionis insit hinc inde ampliſſima cessio iurium dictis Dominis Fratribus competentium, certum est, quod in ea comprehenduntur iure Legittimæ, & Trebellianicæ competentia Antonio, & Anibali super bonis Francisci fideicommittentis in partem obventis Domino Laurentio, ex quibus ipse se tueri potest in possessionem dictorum bonorum; quæ quidem cessio utpote reciproca non est inutilis, ut exadverso prætendebatur, quia inspecta diversa bonorum natura, huiusmodi cessio inutilis dici non potest, quia super bonis D. Dominici, quæ fuerunt in portione DD. Antonii, & Anibalis, non competebant D. Laurentio iura detractionum, quæ cedi possent, prout competebant DD. Fratribus super bonis D. Francisci fideicommittentis, ac proinde cessio dici nequit inutilis cum tunc reciproca cessio remaneat frustranea, & inutilis, quando eadem iura comprehendit. Maxime, quia cum in Instrumento secundæ transactionis narrata inequalitate divisionum respectu qualitatis bonorum fuerit inter Partes conventum, ut nihilominus divisiones iam factæ essent firmæ, & inviolabiles, itaut ille, qui plura

bona

bona libera obtinuerat, deberet ea fideicommisso subrogare ad hoc ut bona fideicommissaria, quæ alteri obtigerunt, libera remanerent pro maiori firmitate divisionum. Hinc sequitur quod cum Dominos Fratres de Marellis hæredes beneficiati repererint in hæreditate paterna bona in notabili quantitate, certum est, quod intra vires tenentur stare subrogationi, ut supra conventæ, & servare factum defuncti, ut supra dictum fuit, ideoque non possent molestare bona data in portionem D. Laurentio, licet essent fideicommisso supposita, nec ex iuribus detractionum defendi possent.

Et ad omne peius cum DD. de Marellis habeant in manibus bona longe ultra summam scut. 4154. ad quam ascendere fideicommissum firmatum fuit in sæpe memorata Sententia anni 1690. unde nihil interest, quo iure D. Catharina Marelli ne Cocconis bona prædicta possideat cum ei per non ius Actoris vincere sufficiat ex iuribus vulgatis.

Et hæc sunt præcipua fundamenta ita currenti calamo extensa, quæ post annum memini nostræ resolutioni causam dedisse.

Iacobus De Comit. S. C. R. Audit. & Iudex Deleg.
Alexander Bellutius Audit. & Iudex Delegatus.
Iosephus Ciampellius Iudex Delegatus.

DECISIO XXX.

ARETINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

die 12. *Septembris* 1711. *cor. Audit.* ANDREA FARSETTI.

ARGUMENTUM.

DEscendentia, & identitas familiæ pro succedendo in Fideicommisso familiæ relicto, ex quibus sufficienter probetur. Plura de linea contentiva proxima, & remota, & quando fœmina veniat appellatione proximioris de familia.

SUMMARIUM.

1 *Agens pro consecutione Fideicommissi inducti ad favorem proximioris de familia probare debet, quod sit de familia, & quod sit proximior.*

2 *Descendentia probatur ex libris Historicorum.*

3 *Am-*

3 *Amplia etiam per ſolam enunciativam in eis appoſitam.*
4 *Item amplia etiam ſi loquantur de alieno auditu.*
5 *Maxime ſi fundentur in libris publicis antiquis.*
6 *Et agatur de Hiſtorico illius Civitatis, qui facta Patriæ ſcire præſumitur. Et illius Hiſtoria verificetur in aliis partibus* n. 20.
7 *Deſcendentia in antiquis probatur levioribus probationibus, & per verba enunciativa. Amplia etiam ad effectum ſuccedendi* num. 27. *Aut ſaltem onus probandi contrarium transfertur in Adverſarium* ibid.
8 *Producens cenſetur approbare iura a ſe producta.*
9 *Amplia etiamſi in productione clauſulæ ſalutares ſint appoſitæ.*
10 *Maxime ſi productio fuit in contrarium acceptata.*
11 *Producens Arborem Genealogicam non poteſt eam impugnare.*
12 *Poſitiones regulariter confeſſionem involvunt.*
13 *Maxime ſi ſint ad veritatis probationem non ad obligandum.*
14 *Articuli præiudicant producenti, & contra ipſum maximum præbent adminiculum.*
15 *Deſcendentia probatur ex poſitionibus, & capitulis Adverſarii.*
16 *Simplex nominatio conſtituit nominatum in quaſi poſſeſſione conſanguinitatis.*
17 *Gradus & linea probatur vel incipiendo a communi ſtipite, vel a gradu tranſverſali duorum fratrum.*
18 *Pluralitas perſonarum eiuſdem nominis, & cognominis non præſumitur.*
19 *Præſertim cum non apparet de ea tempore alios eiuſdem nominis ſub iiſdem circumſtantiis extitiſſe.*
21 *Ex identitate ſtemmatis, & cognominis cum aliis adminiculis probatur identitas familiæ.*
22 *Amplia non obſtante diverſitate colorum in ſtemmate.*
23 *Item ex communi totius Civitatis reputatione.*
24 *Item ex actibus inter aliquos tamquam Conſanguineos geſtis.*
25 *Item ex confeſſione alicuius Conſanguinei conſiderate emiſſa, & de ratione* num. 26.
28 *Minoris confeſſio iunctis aliis probationibus, vel adminiculis, licet abſque ſolemnitatibus emiſſa ſubſtinetur.*
29 *Neque adverſus illam conceditur in integrum reſtitutio niſi conſtet de læſione.*
30 *Curatoris confeſſio per modum contentioſæ Iuriſdictionis prolata præiudicat Minori, quousque de contrario doceatur.*
31 *Maxime ſi inſimul facta ſit ab alio litis Conſorte maiore, & conſanguineo de re ad familiam ſpectante.*
32 *Vocata familia, venit præferendus is, qui eſt de contentiva proxima.*
33 *Limita quando Teſtator proximiorem de familia in genere, & indiſtincte vocavit.*

34 *Exi-*

34 *Existentia familiæ contentivæ proximæ, vel remotæ solet solum considerari in descendentibus a Patre, vel Avo.*

35 *Habens qualitatem familiæ, & proximitatem præfertur solum habenti qualitatem familiæ.*

36 *Familia contentiva remotior quoad originem potest in progressu fieri propinquior.*

37 *Ex dotis denunciatione, & gabellæ solutione probatur matrimonium; seu saltem onus probandi contrarium in Adversarium transfertur*, ibid.

38 *Maxime quando non agitur de eo probando principaliter, sed incidenter ad effectum successionis.*

39 *Et sumus ultra centum annos, quo casu sufficiunt enunciativæ.*

40 *Item probatur ex Testibus solum de fama, & auditu deponentibus.*

41 *Motiva sententiæ nullæ attendi merentur, quando nullitas non respicit merita Causæ.*

42 *Amplia, ut ipsæ sententiæ nullæ quoad bonum Ius Partis operantur saltem tamquam responsa prudentum.*

43 *Ad corroborandum allegari possunt doctrinæ alias reprobatæ.*

44 *Proximitas proveniens a fœmina exclusa non est attendenda. Secus si ipsa fœmina sit vocata* num. 55.

45 *Appellatione proximioris de familia veniunt etiam fœminæ.*

46 *Et nisi coniecturæ militent in contrarium.*

47 *Item fœmina venit appellatione proximioris de linea masculina cippi domus.*

48 *Item in substitutione Proximioris Agnati.*

49 *Vel in aliorum de Agnatione, Parentela, & Familia.*

50 *Præsertim ubi non adest tractus successivus, sed proximioris substitutio in primo expirat.*

51 *Familia comprehendit tam Agnatos, quam Cognatos.*

52 *Fœminæ ex masculis descendentes dicuntur de Cognatione, & tamquam de Agnatione succedunt.*

53 *Amplia licet in aliena familia nuptæ sint.*

54 *Et contrariæ auctoritates declarantur.*

BACCI:



MOnachorum Caſſinenſium Religionem ingreſsurus D. Ioannes Maria Bacci Nobilis Aretinus ſub die 19. Aprilis 1628. omnia ſua bona irrevocabiliter *donavit Domino Petro* (ſunt verba donationis) „ eius Fratri germano, eiuſque filiis, & liberis, „ atque deſcendentibus, & ſi ſine filiis, & libe- „ ris deceſserit, tunc voluit ſpectare ad Dominam Ginevera m „ eius ſororem, & eius filios, & deſcendentes, & ſi ſine filiis „ deceſserit, tunc ſpectare voluit ad proximiorem coniunctum „ dicto D. Donatori, de Familia tamen de Baccis, & non alias ec. „ præſente tam dicto Domino Petro, & pro ſe, & aliis ſupra „ vocatis recipiente, & legitime ſtipulante &c. „ deinde vero Religionem iam ingreſsus, aſsumptoque Caroli nomine, ſub die 10. Aprilis 1629. antequam Profeſſionem emitteret ad aliam donationem devenit his verbis „ & intendens renunciationem iam fa- „ ctam ad favorem Domini Petri quondam Equitis Caroli de Bac- „ cis eius germani Fratris ex rogitu mei, ec. approbare, & emolo- „ gare, ſeu potius modo, & ordine infraſcripto de novo facere; „ ideo ſponte, ec. ac omni ec. omnia bona ſua mobilia, & immobi- „ lia, iura & actiones ſibi quovis modo, tam ex latere Patris, quam

„ Marris ſpectantia, & pertinentia, & quæ ſpectare, & pertinere poſ-
„ ſunt in fururum dedir, ceſſit, renunciavir, & donavir, &c.
„ dicto D. Petro eius fratri præſenti, & deinde eius filiis maſ-
„ culis legitimis, & naturalibus, & quatenus decederet dictus
„ Dom. Petrus ſine maſculis legitimis, & naturalibus, ur ſupra
„ ſpectare voluit ad eiuſdem D. Petri filias legitimas, & natu-
„ rales, ur ſupra &c. & ſi ſine filiis maſculis, vel fœminis dece-
„ deret, tunc ſpectare voluit, & dicto caſu dicta bona, & iura
„ donavit &c. Dominæ Gineveræ eiuſdem Domini Caroli Sorori
„ germanæ, & Uxori D. Felicis de Octavianis, eius vita tamen
„ durante, cui Dominæ Gineveræ in dictis bonis, & iuribus ſuc-
„ cedere debear propinquior, & proximior dicto Domino Carolo
„ de Familia Bacciorum, & ſic in infinitum modo, & ordine
„ ſupraſcripto per Fideicommiſsum in dictis iuribus, & ſuc-
„ ceſſione illorum ſervari debeat, & non aliter, alias &c. nec
„ alio modo &c. „ addiditque alia pacta longe diverſa ab iis, quæ in prima donatione conrinebantur.

Defunctis ſine filiis, & deſcendentibus tam Domino Perro, quam D. Iunipera, Domiaus Fabius quondam Martini de Baccis, tamquam proximior de Familia coram Ordinario Aretii Iudicium inſtituit contra Tertios Bonorum, ut ſupra donatorum poſſeſſores, & cum deinde ipſe fuerit conventus a DD. Antonio Maria, & Boſtolo de Baccis, eadem bona donata tamquam proximioribus de familia ad ſe pariter pertinere contendentibus; Sententiam favorabilem ab eodem Ordinario Aretii reporravit, quæ in gradu appellationis ad relationem trium doctiſſimorum Virorum a Supremo Magiſtratu fuit confirmata ſub die 6. Martii 1690. editaque deſuper moriva ſub die 17. Martii 1692.

Verum quia dictus D. Boſtolus habiro recurſu ad eumdem Supremum Magiſtratum dictam Sententiam appellationis nulliter prolatam declarari obtinuit; ideo ad trutinam negocio principali in meritis iterum coram nobis deducto, eamdem Sententiam Ordinarii Aretini confirmandam eſse Supremo Magiſtratui retulimus, abſolventes DD. Fratres de Barbanis, D. Erminiam de Bonuccis Bacci, & Dom. Aſcanium de Baccis tertios dictorum bonorum donatorum poſſeſſores, tam ex iuribus dicti Domini Fabii de Baccis, quam ex non iure dicti D. Boſtoli, partes integras Actoris ultimo loco ſuſtinentis.

Er quidem ex iuribus dicti D. Fabii, quia cum vigore ſudipractæ primæ donationis duplex qualitas a Donatario eſset probanda, quod ſcilicet eſset de familia Bacciorum, atque proxi-
1 mior, *Andreol. contr.* 338. *n.* 12. *Rocc. diſput.* 2. *n.* 11. urraque in ipſo D. Fabio concurrebar, fuit enim probarum illum eſse de Nobili Bacciorum Familia ab eodem ſtipite cum donatore deſ-

ceu-

cendentem, eidemque in quinto conſanguinitatis gradu coniunctum, atque ita proximiorem d. D. Boſtolo, per duodecim gradus diſtante.

Et quoad primam qualitatem, quod D. Fabius eſset de eadem Baccciorum Familia, de qua ipſe donator, ſatis conſtare viſum fuit ex Arbore Genealogica, edita per Reverendiſs. Abbatem Gammurrini Ord. Caſſinenſis in libris inſcriptis *Iſtor. genealog. delle Famiglie Nob. Toſcan. & Umbr. pag.* 324. *tom.* 3. eum Hiſtoricorum aſsertionibus deferendum eſse ſentiant *Gonzal. in* 2
cap cum cauſam 13. *n.* 4. *de probat. Pignattell. conſ. can.* 91. *n.* 9. *& ſeqq. tom.* 7. *Rota deciſ.* 268. *numer.* 20. *par.* 12. *recentior.* ubi de ſola enunciativa confirmata *cor. Celſ. dec.* 328. *n.* 10. *dec.* 3
316. *n.* 5. *par.* 14. *rec. dec.* 22. *n.* 22. *poſt De Luca de iuriſd. Anſald. dec.* 78. *num.* 8. eiſque moveri poſſit iudex, etſi de alieno auditu loquantur, *Felin. in cap. cum cauſam ſub n.* 1. *de probat.* 4
Franciſc. Coſt. conſ. 23. *n.* 122. *Valenz. conſ.* 33. *n.* 85. *Maſcard. de probat. concl.* 287. *n.* 2. *Trobat. de immem. quæſt.* 4. *num.* 14. præſertim quia inter alia documenta, in quibus dicta Hiſtoria 5
fundatur, libri etiam in publicis Civitatis Aretii Archiviis exiſtentes referuntur, ex quibus Baccciorum Familiæ deſcendentia de uno in alium ſatis apparet, cui proinde licet moderno Scriptori cum pro ſe talium antiquorum Librorum fidem haberet multum erat deferendum, *Angel. opuſc.* 1. *n.* 10. *poſt tract. de confeſſ.* eoque magis tamquam Civi Aretino, qui facta ſuæ Patriæ ignorare non præſumebatur, ad tradita per *Burſatt. conſ.* 6
43. *n.* 53. *Surd. conſ.* 74. *n.* 14. *Maſcard. de prob. concl.* 529. *n.* 6. *Martimed. exam.* 29. *n.* 8.

Et quamvis in prædictis publicis Libris, plerumque duæ tantum cognationis perſonæ generatus, & generans ſoleant enunciari, tamen eum verſaremur in antiquis ultra annos tercentum, 7
& in re difficilis probationis, illa erat attendenda, quæ haberi poterat alias minus concludens per verba licet enunciativa, quemadmodum de Libris Communitatis tradit *Caball. conſ.* 95. *n.* 51. *lib.* 2. de Libris alicuius Magiſtratus *Gen. de ſcript. privat. lib.* 5. *de libr. Magiſtr.* de Libris Tractarum Florentiæ *dec.* 84. *n.* 8. *par.* 5. *rec.* & de verbis enunciativis poſt plures relatos *Gen. de verb. enunc. lib.* 1. *qu.* 4. *n.* 44.

Et abſque ullo ſcrupulo dicti Patri Gammurrino erat deferendum, quia eadem Arbor Familiæ Baccciorum ab eo deſcripta ad ſuæ intentionis probationem per dictum D. Boſtolum fuit in 8
Iudicio producta, qui proinde illam etiam contra ſe approbaſſe cenſebatur, *Valenz. conſ.* 40. *n.* 59. *& 60. Parex de inſtr. edit. tit.* 7. *reſ.* 3. *n.* 1. *& ſeq. Manſ. conſ.* 51. *n.* 32. *& ſeq. Angel. de conſ. lib.* 2.

qu. 3. *n.* 1. *&* 3. *dec.* 484. *n.* 8. *par.* 19 *rec. Rota Flor lib. mot.* 98. *a* 514 *Rot. Luc. apud Balduc. dec.* 8. *n.* 30. *tit.* 4. *de dot.* ubi *n.* 31.

9 quod non obſtant clauſulæ ſalutares in ipſa productione inſertæ, prout illas non obſtare, maxime ſi productio fuit in con-

10 trarium acceptata, poſt alios tradit *Manſ. conſ.* 51. *n.* 35. *& ſeq. Morot. diſcept.* 4. *n.* 14. *Salgad. in labyr. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 30. *Palm. dec.* 363. *n.* 54. *Rota dec.* 174. *n.* 14. *& ſeqq. par.* 17. *rec.*

11 adeout D. Boſtolus dictam Arborem genealogicam amplius impugnare non potuerit, *Morot. d. diſcept.* 4. *n.* 13. *Bardellon. conſ.* 150. *n.* 18. *Valenz. conſ.* 150. *n.* 25. *Amat. conſ.* 92. *n.* 7. *Add. ad Ludoviſ. dec.* 238. *n.* 15. *dec.* 73. *n* 33. *par.* 11. *rec. dec.* 529. *n.* 2. *par.* 13. *dec.* 239. *n.* 8. 9. *par.* 16. *dec.* 30. *n.* 2. 3. *p.* 19. *rec.* Fortius quia in ſua comparitione de die 6. Novembris 1685. aſſeruit D. Fabium eſſe de familia univerſali, & contentiva de Baccis ab eodem ſtipite deſcendentem, non vero de particulari, ut ait, idemque in aliis actibus ſubſequentibus repetit ſub die 28. Ianuarii 1685. & ſub die 7. Februarii eiuſdem anni, ubi ulterius poſitiones produxit, in quarum prima agens de linea particulari aſcendentium Fabii, ponit qualiter „ *il Nobile Sig. Martino Bacci Padre di detto Sig. Fabio Bacci per deſcendenza proviene dal Sig. Fabio d' altro Martino del quond. Gualtieri di Luigi del già Sig. Baccio del quond. Franceſco di Baccio Bacci* „ atque in comprobationem ſe refert non ſolum ad publicam, notamque Arborem, & deſcendentiam de Baccis, verum etiam ad publicos Libros Civitatis Aretii; deinde vero in ſecunda, & tertia poſitione agens de propria, & particulari ſuorum aſcendentium linea, enumerat ſingulas perſonas, & gradus exordiendo ab Angelo Bacci uſque ad ſe ipſum, & demum ſub die 28. Februarii 1685. producens capitula in comprobationem dictarum poſitionum, omnia in illis contenta repetit in capitulis ſexto, ſeptimo, octavo, & nono, cum relatione ad Arborem familiæ, acta publica, & ad Hiſtoriam Genealogicam dicti D. Abbatis Gamurrini, ideoque cum poſitiones regulariter confeſſionem in-

12 volvant, *Paulucc. diſſ.* 68. *n.* 63. *Albiz. de inconſtan. in tud. qu.* 24. *n.* 3. *& ſeqq.* maxime ſi ſint ad veritatis probationem non ad

13 obligandum, *Gratian. cap.* 716. *n.* 24. *cap.* 878. *n.* 4 idemque de

14 articulis, quod articulanti præiudicent, vel maximum ſaltem contra ipſum præbeant adminiculum, ſentiat *Rota dec.* 105. *n.* 1. *poſt Merlin. de legit. & cor. Ten. dec.* 907. *num.* 3. eo magis ex dictis

15 poſitionibus, & capitulis deſcendentia D. Fabii ex eadem familia Bacciorum probabatur, *dec.* 88. *num.* 3. *par.* 7. *rec. Bich. dec.* 180. *n.* 3. atque in ſpecie *dec.* 14. *n.* 12. *poſt De Luca de fideic.* prout & de ſimplici nominatione, quod conſtituat nominatum in

quaſi

quaſi poſſeſſione conſanguinitatis, *Surd. deciſ.* 145. *numer.* 12.

Non obſtante, quod dictæ poſitiones, & capitula non egre- 16
derentur Baccium Franciſci, & Angelum Iuliani parentes, quia præſuppoſita deſcendrntiæ probatione uſque ad ipſos, a communi etiam ſtipite Magio derivans eadem deſcendentia, & conſanguinitas ex documentis publicorum Librorum Cancellariæ Aretii reſultabat, ubi uſque de anno 1387. a 10. t. Pecora prima (ut vulgo dicitur) enunciantur *Baccius, & Angelus Maſii*, de anno 1458. a 1, enunciatur *Franciſcus Baccii Magi Retagliator*, & demum de anno 1419. a 15. t. enunciatur *Iulianus Angeli Maſii*, quare cum Baccius, & Angelus tamquam fratres, & Maſii filii deſcribantur iam de Maſio communi ſtipite, & de con- 17
ſanguinitatis identitate liquebat, cum ipſius gradus, & linea, vel incipiendo a communi ſtipite, vel a gradu tranſverſali duorum fratrum probetur, *Ripa reſp* 23. *n.* 29. *de probat. Dec. conſ* 321. *n.* 8. *Tiraquell. de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 16. *n.* 9. *Farinacc. in fragm. crim. lit. F. n.* 129. *in fin. Peregrin. de iur. fiſc. lib.* 4 *tit.* 3. *n.* 3. *in fin. & de fideic. art.* 43. *ſub n.* 64. *& n.* 79. *verſic. & hoc caſu, Myeres de maior. par.* 2. *qu.* 7. *n.* 79. *Caſtill contr. lib.* 5. *cap.* 113. *ſub n.* 12. *Cortiad dec.* 258. *n.* 8. *Bich. dec* 180. *n.* 5. reiecta replicatione, quod de identitate nominum, & perſona- 18
rum non conſtaret, cum in his pluralitas non præſumatur, ex *Bald. conſ.* 70. *lib.* 4. *Myer. de maior. par.* 2. *d. qu.* 7. *n.* 92. *Peregrin. de fideic. art.* 44. *n.* 45. *& 65. cum ſeqq. Viv. dec.* 203. *n.* 4. *&* 7. præſertim quia non apparebat alios eiuſdem nominis ſub 19
iiſdem circumſtantiis tunc temporis repetiri, iuxta diſtinctionem de qua *Guttier. de tutel. cap.* 10. *n.* 16. cum aliis relatis per *Rot. cor. Emerix. inn. dec.* 110. *n.* 2. 3. necnon etiam, quia plura infraſcripta in prædictorum corroborationem concurrebant.

Et primo tam ex Libro 11. extractionum Officiorum Aretii ab anno 1457. ad annum 1463. a 48. ubi tamquam fideiuſſor ponitur *Franciſcus Baccii Maſgii*; quam ex Libro 1. ſignato A. Mortuorum Confraternitatis Miſericordiæ dictæ Civitatis, ubi de anno 1392. deſcribitur *Baccius Maſgii*, cuius etiam Teſtamenti notitia quædam reſultabat ex quodam Indice, reperto in Archivio Confraternitatis Clericorum Sanctæ Mariæ de Murello eiuſdem Urbis ubi enunciatur a 99. *Teſtamentum Honorandi Viri Bacci Mercatoris Civis Aretini olim Maſii*.

Secundo concurrebat, quod D. Boſtolus ad ſui Columnelli probationem non tam dictos publicos Libros Civitatis Aretii eadem fere methodo confectos, & Hiſtoriæ P. Gammurrini correſpondentes produxit ſub die 27. Novembris 1703. & ſub die 9. Febtuarii 1704. verum etiam eamdem ſui Columnelli deſcenden-

tiam per alias probationes munivit, prout ex aliis documentis fere tota Columnelli Domini Fabii descendentia resultabat, quare cum dicta P. Gammurrini huius Familiæ Genealogia pro maiori
20 parte ex aliis probationibus verificaretur, nec plures deessent circumstantiæ arbitrio Iudicis regulandæ ad id tendentes, in reliquis etiam illam verificari recte inferebatur, ad tradita per *Menoch de præs. lib. 3. præs. 63. n. 1. & seqq. Gratian. cap. 171. n. 11. & seqq. Gait. de cred. cap. 2. tit. 5. n. 955. cum seq. Surd. dec. 199. n. 3. Rota dec. 225. n. 6. & 9. par. 10. recent. De Luca de credit. disc. 68. num. 21.*

Addebatur tertio identitas Stemmatis, ac Cognominis de Baecis, quæ ad familiæ identitatem probandam cum aliis adminiculis
21 ponderari solent, ut apud *Theodor. Hoping de iur. insign. cap. 13. n. 37. Gratian. cap. 645. n. 16. Paolucc. differt. 86. dec. 1. n. 36. & dec. 3. n 7. Calderon. resol. 44. n. 31. Monac. dec. Flor. 61. n. 13. Balduce. dec. 11. n. 12. tit. 3. de legat. Dunozett. iunior. decis. 894. n. 3. dec. 13. n. 9. dec. 14. n. 10. post De Luca de fideicom. in Mantiss.* & quamvis in eodem Stemmate varietas colorum in nigros, & albos reperiri per D Bostolum prætenderetur, tamen
22 cum talis varietas, quatenus fuisset probata, non esset in substantialibus, familiæ diversitatem importare non poterat, ex late deductis per *Cassan. catalog. glor. mund. par. 1. consid. 49. & seq. pag. mihi 57. Rocc. disp. 2. n. 19. De Luc de fideic. disc. 50. sub n. 9. Dunozet iun. d. dec. 894. n. 3.* Quemadmodum de prædicta colorum diversitate non esse curandum tanquam non particulari huius familiæ, sed totius Populi Aretini in Guelfos, & Ghibellinos divisi, post Gammurrinum in locis allegatis dixerunt DD relatores prædicti in hac causa in eorum Motivis *vers. secundo non obstat*, & confert *De Luca de fideic. in supplem. disc. 249 n. 10.*

Non parum roboris conrulit quarto, quod DD. Fabius, & Bostolus, tamquam de eadem familia ad supremam Civitatis dignitatem, aliaque officia uno, eodemque tempore admitti prohibebantur, iuxta Reformationes ibidem vigentes, prout D. Cancellarius Balsimini in sua fide de die 16. Decembris 1705. testabatur, atque etiam deponebant Testes per D Fabium inducti super septi-
23 mo Capitulo, ex qua communi totius Civitatis reputatione, quæ non adeo facile errare solet, cum tot sint Testes, quot Cives, unam esse Bacciorum familiam, licet in plures ramos divisam erat sentiendum, ut in simili *Peregrin. de fidei. art. 43. in fin. Paulucc. diff. 86. dec. 1. n. 43. & 49. & dec. 3. n. 12. & 13. Bich. dec. 180. n. 6. De Luca de fideic. disc. 52. sub num. 17. Calderon. resol. 44. n. 32. Cerr. dec. 440. sub n. 1.* & generaliter quod plures actus inter aliquos tamquam consanguineos gesti familiæ identita-

titatem probent *Rota deciſ. 14. num. 18. poſt De Luca de fideicommiſſ. in Mantiſſ.* 24

Quinto demum fuit exhibita quædam Donatoris Epiſtola de die 15. Septemb. 1653. iudicialiter per Teſtes recognita, ubi non perfunctorie, ſed ſatis conſiderate aſſerit, ſe non habere proximiorem coniunctum D. Fabio ex Familia de Baceis, ex qua ſufficientem agnationis, ac proximitatis probationem reſultare, donec contrarium doceatur eſt *Text. in Leg. epiſtola 75. ff. ad Trebellian.* & firmant *Salicet. & Bald. in Leg. non epiſtolis ff. de probat. Menoch conſ. 816. num. 44. Surd conſ. 1. num 51. Genua de ſcript. priv. lib. 3. tit. de epiſtol. num. 53. fol. 118. Rot. Gen. deciſ. 37. n. 14. Dunozet. iun dec 882. num. 11. Peregrin. de fideicom. art. 43. num. 72. & 73.* & ibi *Cenſal. verſ. quinto obſervo &c.* & ponderant DD. Relatores in prædictis Motivis *verſic. & omnem &c.* præſu- 25 26
muntur enim Conſanguinei ſcire iura, & veritatem conſanguinitatis, ideo eorum nominationes, & aſſertiones de aliquo in Conſanguineum non tam pro adminiculo, quam probatione deſerviunt, ad *Text. in Leg. quidam 15. ff. de prob Cæpbal. conſ. 606. n. 15. & ſeqq. Surd conſ. 1 num. 15. & dec. 145. num. 4. Redenaſc. conſ. 62. num. 19. & 36. Vicecomes apud Manſ. conſ. 459. num. 26. Gen. de verb. enunc. lib. 1. quæſt. 4. num. 19. & quæſt. 33. num. 8. & 20. Peregrin de fideicom. artic. 43. num. 76. Balduc. dec. 11. num. 25. tit. 3. de legat. Rot. dec. 176. num. 6 in fin. par. pr. recent.*

Ex his igitur ſimul iunctis de deſcendentia D. Fabii ab eo- 27
dem ſtipite Familiæ de Baceis cum D. Donatore ſatis, ſuperque conſtabat, eoque fortius, quia verſabamur in antiquis, quo caſu etiam ad effectum ſuccedendi levioribus probationibus, enunciativis, communi opinione, & fama, aliiſque adminiculis familiarum identitas, ac deſcendentia deduceitur, vel ſaltem onus contrarium concludenter probandi in adverſarium transfertur, bene *Alb. conſ. 83. n. 3. & ſeqq. Alex. conſ. 90. n. 12. lib. 6. Peregr. conſ. 47 n. 29. & ſeqq. lib 2. & de fideic. art. 43. ſub n. 87. art. 44. n. 18. in fin. Theſaur. qu. 61. n 8. lib. 1. Mieres de maiorat. par. 2. qu. 7. n. 92. & ſeqq. Gen. de verb enunc. lib. 2. qu. 33. n. 16. & per tot.* plures apud *Redenaſc conſ. 62. n. 12. & ſeqq. Pen. dec. 498. n. 1. Peutinger. dec. 309. n 2. 3. Buratt. dec. 709. n. 3. 9. Emerix. iun. dec 803 n. 6. Palm. dec. 363. n. 41. & 42.* ceſſabatque motivum, ex quo D. Boſtolus in integrum reſtitui poſtulavit, ex eo ſcilicet, quod eſſet minor de tempore Iudicii coram Ordinario Aretii, coram quo comparitiones, aliaque acta ſupradicta ab eo fuerunt producta, nam minoris confeſſio iunctis aliis 28
probationibus, vel etiam adminiculis, licet abſque ſolemnitatibus emiſſa, ſubſtineetur *Poſt. reſol. 90. n. 35. Rota dec. 60. n. 10.*

par.

par. 7. & dec. 305. n. 9. par. 13. rec. eique per in integrum re-
29 stitutionem non succurritur, nisi se læsum probet *Angel. de con-
fess. lib. 3. qu. 23. n. 15.* facilius vero accedente Curatoris con-
sensu, ut in hoc casu, cuius etiam sola confessio per modum
30 contentiosæ iurisdictionis prolata attenditur, quousque de con-
trario non doceatur, *Bartol. in Leg. certum* §. *sed an ipsos ff. de
confess. & ibi Alex. Guttier. de tut. par. 2. cap. 6. num. 16. & 17.
Angel. de confess. lib. 2. qu. 12. n. 33. Rot. Gen. decis. 110. n. 3.
Duran. dec. 81. n. 3. Ludovis. dec. 506. per tot. & ibi Adden. ubi
n. 8.* quod saltem deservit pro maximo adminiculo, præsertim
quia eadem acta simul confecta fuerunt per D. Antonium de
31 Baccis ætate maiorem de rebus ad familiam spectantibus infor-
matum, & cum D. Bostolo litis consortem, *Gratian. cap. 716. n.
25. Ludovis. d. dec. 506. n. 9.*

Neque obstare putavimus, quod Dominus Bostolus, tamquam
32 de columnello Donatoti propinquiore, & de familia contentiva
proxima esser præferendus, *Peregrin. cons. 57 n. 9. lib. 5.* & post
alios *Roce. disput 2. n. 2. & seqq.* Quandoquidem prole carens
Donator post donationem factam omnibus a Patre, atque a Soto-
33 re descendentibus, bona donata ad proximiorem sibi coniunctum
de Familia Bacciorum spectare debere mandavit, ideoque nonnisi
indistincte, & in genere intelligi poterat, adeout omnes de fami-
lia contentiva comprehendere voluerit, ad *Text. in Leg. pronun-
ciatio* §. *familiæ ff. de verb. sign. Peregr. cons. 47. n. 10. lib. 2.
Fusar. cons. 16. n. 3. & seqq. De Luca ad Marin. var. resol. lib. 1.
cap 132. n. 1. & 7. Manss. cons. 105. n. 21. & seqq Altograd.
cons. 46. n. 22. & 23. cons. 47. num. 81. cons. 95. n. 78. & seqq.
n. 85. 114. & 140. lib 2.* & in eadem causa firmavit *Rot. Luc.
ibi in fine voluminis sub vers. nam primum, &c. & vers. tollitur,
Rot. dec. 31. n. 18. & dec. 226. n. 20. par. 19. rec. De Luc. de
fideic. disc. 53. n. 14. & Rot. post eum dec. 35. n. 5. tom. 1. dec.
13. n. 7. & dec. 14 n 5. tom. 2. in Mantiss. & post Calderon. re-
34 sol. 44. n 50.* absque eo quod intrarent termini familiæ con-
tentivæ proximæ, vel remotæ, qui in descendentibus tantum ab
eodem Patre, vel Avo ponderari solent, *De Luc. de lin. leg. par.
1. art. 15. n. 31. & ad Marin. var. resol. lib. 1. cap. 132. sub n.
16. Dom. Auditor Gherardini apud Manss. cons. 368 n. 5 & seqq.* &
admittit *idem Manss. cons. 369 n. 9. & 370. n. 13. & seq. Card.
De Luc. de fideic. disc. 50. sub n. 7. & disc. 249. in fin. in sup-
plem. de fideicom.* cæterique supra relati, sed solum inspiciendum
35 erat quis ex Bacciorum Familia haberet qualitatem maioris proxi-
mitatis a Donatore volitam, quæ in Dom. Fabio concurrebat,
ideoque præferendus D. Bostolo unam tantum qualitatem quod

esset

eſset de familia habenti, *Leg. ſi hæredi plures ff. de cond. & dem. Honded. conſ.* 60. *n.* 16. *lib.* 1. *Riminald. iun. conſ.* 150. *n.* 2. *Gratian. cap.* 976. *n.* 3. *Manſ. conſ* 108. *n.* 10 cum linea, ſeu familia contentiva remotior quoad originem, propinquior in pro- 36
greſsu fieri poſſit, ut inquit *Cyriac. contr.* 281. *n.* 72.

Et quod D. Fabius eſset in quinto gradu Donatori coniunctus, atque ita D. Boſtolo proximior ultra duodecimum exiſtenti qui erat alter controverſiæ punctus diſcutiendus, probabatur ex eo, quod Domina Virginia filia Domini Petri de Baccis Amita Donatoris fuit nupta ſub die 23. Maii 1590. D. Fabio de Baccis Seniori dicti D. Fabii iunioris Avo, prout ex Libris publicis Dohanæ Aretii conſtabat, ubi dicti Matrimonii denunciatio, dotiſque conſtitutio in ſumma ſcut. 2300. cum ſubſequuta Gabellæ ſolutione apparebat, & ex quibus dictum Matrimonium 37
contractum fuiſſe reſultabat, vel ſaltem onus probandi contrarium in Adverſarium transferebatur, *Tuſch. lit. G. verſ. gabella concl.* 13. *n.* 12. *Gratian. cap.* 727. *n.* 23. *Scacc. de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 121. *Mart. Med. dec.* 87. *n.* 10. maxime quia non de ipſo Matrimonio principaliter probando agebatur, ſed incidenter ad 38
effectum ſucceſſionis, quo caſu leviores ſufficiunt probationes, ut per *Cephal. conſ.* 435. *n.* 76. *Pariſ. conſ.* 57. *n.* 41. & 46. *lib.* 4. *Rot. dec.* 198. *n.* 1. & *dec.* 406. *num.* 8. *par.* 1. *rec. Buratt. deciſ.* 260. *n.* 9. eoque contracto ab annis pluſquam centum, quo temporis lapſu intercveniente enunciativæ plene probant *Gen. de ſcript.* 39
lib. 2. *qu.* 33. *n.* 9. & *ſeqq.* aliique ſupra cumulati, iunctiſque Teſtibus ſuper Capitulis D Fabii de dicto Matrimonio deponen- 40
tibus atque attendendis, licet de fama, & auditu, *Duran. deciſ.* 344. *n* 4. 5 & *dec.* 20. *n.* 5. 6. *par.* 12. *rec. dec.* 318. *n.* 10. & *ſeqq. par.* 13. *dec.* 276. *n.* 9. *par.* 14. *rec.* nec non etiam accedente atteſtatione mortis Dominæ Virginiæ ſecutæ ſub die 2. Auſti 1621. de qua in Libris publicis Aretii, & per D. Boſtolum producta ſub die 7. Martii 1710. ubi dicta Domina Virginia denominatur Uxor Dom. Fabii quond. Martini de Baccis, & demum ſupradicta Epiſtola ipſius D. Donatoris ubi D. Fabium proximiorem ſibi parentem de familia appellat, ex quibus ſimul iunctis aliiſque ſupra deductis plene de deſcendentia Dom. Fabii Iunioris a DD. Fabio Seniore, & Virginia liquebat, admiſeruntque abſque controverſia dicta motiva iam in hac Cauſa edita de die 17. Martii 1692. *verſ. quo enim ad primam, eum ſeqq.* quæ licet emanata ſuper Sententia, quæ fuit nulla declarata attendi merebantur, quia nullitas merita Cauſæ non reſpiciebat, eademque Motiva non tam ſuper ſimili, quam ſuper eodem caſu edita 41
ad præſentem deciſionem conferre debebant, ad *Text. in Leg.*

non

non possunt ff. de leg. Castill. controv. lib. 5. cap. 89. n. 143.
41 quemadmodum in fortioribus, quod ipsæ etiam Sententiæ nullæ, quoad bonum ius Partis, saltem tamquam responsa prudentum operentur, dixit *Rota coram Priol. decis. 105. num. 15. & dec. 262. in fin. par. 19. rec.* quinimo, quod in corroborationem li-
43 ceat allegare doctrinas alias reprobatas admittit *Rot. dec. 78. n. 7. par. 15. rec.*

44 Neque obstabat, quod proximitas a D. Virginia proveniens, tamquam per medium fœmininum non esset attendenda ex *Soccin. iun. cons. 15. vol. 4.* cum cœteris cumulatis quia cum donator
45 ultimo loco reliquerit proximiori sibi magis coniuncto de familia de Baccis, certum est, quod fœminæ sub tali dispositione continebantur, prout in individuo admittunt *Odd. cons. 46 n. 39.* & distinguendo *de fideic. qu. 9. n. 51. Peregr. cons. 42. n. 8. & cons. 58. num. 1. & seqq. lib 5. Gabriel. cons. 195. n. 3. vol. 1. Rovit. cons. 57. & ibi Adden. lib. 1.* ubi contrariis plene satisfacit *Andreol. contr. 409. n 21. Rodulphin. alleg. 219. n. 2.* & super eodem Testamento *Rot cor. Dunoz. iun. dec. 46. n. 2. & seqq.* confirmata *dec. 132. n. 1. Rot. dec 98. n. 9.* & in eadem causa *dec. 135. n. 18 par. 8. rec. Bich. dec. 546. n. 2. & per tot. Ludovis. dec. 464 n. 2. & per tot.* confirmata *dec. 264. par. 4. recent. Coccin. dec. 1036. n. 1. & seqq. per tot.* & in eadem causa *decis. 1076.* ubi erant substituti proximiores cippi, & familiæ de Rube-
46 is, idemque non concurrentibus coniecturis in contrarium admittit *Rot. dec. 11. n. 3. 4. post De Luc. de fideic. in Mantiss.* & in proximis terminis *Altogr. iun. contr. 70. n. 1. R. P. Ansald. in annot. ad dec. 46. n. 16.* cum concordantibus relatis per *Adden. ad Ramon. cons. 16. n. 7.* atque in fortioribus, quod fœmina ve-
47 niat appellatione proximioris de linea masculina cippi domus *De Luc. de lin. leg. resp. 15. n. 5. & seqq. par. 1.* de substitutione
48 proximioris agnati *Add. ad Ramon. d. cons. 16. n. 9.* vel aliorum
49 de agnatione, parentela, & familia *Calderon. resol. 77. n. 40. &* 41. *Rot. in Bonon. Fideic. de Roffenis 28. Ian. 1707. vers. prædictam cor. Caunitz.* præsertim quia non aderat in præsens tractus
50 successivus, sed proximioris substitutio in primo expirabat, ut infra dicemus, & ponderat *Rot. Nostr.* in hac Causa ubi supra *vers. eo magis*. Sola enim expressio nominis familiæ nihil aliud operatur,
51 quam familiæ significationem, quæ alias tam agnatos, quam cognatos posset comprehendere, ad *Text. in Leg. fin. Cod. de verb. sign. cum concordan. per D. olim Audit. Finetti apud Palm. allegat. 235. n. 15. & seqq. Altograd. iun. controv. 38. num. 11. & seqq. Sanminiat. contr. 201 n. 126.* ad solos agnatos restringere, non vero fœminas excludere, quæ si ex masculis descendant de agnatio-

ne

ne dicuntur, & tamquam agnatæ ſuccedunt §. *cæterum inſt. de leg. agn. ſucceſſ. Coſt. conſ. 5. num. 11. & ſeqq. Giovagnon. conſ. 7. n. 7. 8. & conſ. 39. n. 9. 10. lib. 1. Panſut. contr. 43. a n. 27. par. 2. Redenaſc. conſ. 30. n. 160. cum ſeqq.* ubi late declarat contrarium ſentientes *Altograd. dicta contr. 70. n. 4. Palm. alleg. 215. n. 45. Caſtald conſ. 61. n. 6. conſ. 62. n. 9. conſ. 179. n. 5. Fuſar. de ſubſtit. qu. 352. num. 12. & ſeqq. Torr. de maiorat. par. 1. cap. 37. numer. 10. & ſeqq. & Battagl. apud ipſum ibi num. 37. & var. iur. quæſt. tom. 1. tit. 2. de ſubſtit quæſt. 25. num. 22. a 329. Rocc diſput. 26. n. 4. ſeqq.* ubi plures refert *dec. 587. n. 8. par. 1. rec. Merlin. dicta dec. 890. n. 4. Charill. dec. 147. n. 11. dec. 205. n. 13. par. 16. rec. dec. Sicul. poſt De Luc. de feud. n.* 388. quamvis in aliena familia ſint nuptæ, *Fuſar. qu. 352. n.* 53 40. *Altogr. d. contr. 70. n. 6. Dunoz. iun. dec. 46 n. 27. & deciſ. 132. n. 2. Torr. de maiorat. par. 1. cap 25. n. 60. & cap 37. n. 86. De Luc. de fideic diſc. 46. n. 5. dec. ſicul. 1. art. 4. n 389. poſt eumdem de feud.* fortius ſi in ſua *Cravett. conſ. 831. n. 3 De Pont. conſ. 154. n 26. tom. 2. Fuſar. d. qu. 352. n. 42.* quibus authoritates in contrarium cumulatæ, & quæ cumulari poterant 54 non adverſabantur, quarum nullæ ad perpetuam fœminarum excluſionem hunc præciſum caſum percutiebant, prout ex earum lectura liquebat ſed terminos longe diverſos, in quibus vel pro ſola coniectura contemplatæ agnationis expreſſio cognominis familiæ cumulabatur, vel ipſius ratio habita fuit, tamquam ſpecialis, quo fœmina nupta uti non poterat, ſed alio cognomine Mariti, vel cum maſculorum vocatione perpetua agnationis conſervatio erat contemplata, vel aderant verba, & clauſulæ permanentiam bonorum, & durationem in familia, & agnatione importantia, vel demum ex aliis etiam coniecturis, & circumſtantiis ſimul unitis fœminæ excluſæ apparebant, iuxta plurium caſuum diſtinctionem, de quibus magiſtraliter *Peregr. conſ. 42. n. 8. & ſeqq. conſ. 58. n. 1. & ſeqq. conſ. 160. n. 13. & ſeqq. lib. 5. Fuſar. d. qu. 352. per tot. Altograd. iun. d. contr. 70. n. 8. & ſeqq. Carill. d. deciſ. 147. ſub n. 11. Coccin. in dd. dec. 1036. & 1076. Ludoviſ. d dec. 474. n. 8. cum ſeqq. Cerr. d. dec. 65. num. 24. & ſeqq. & dec. 80. num. 21. & 22. Dunozz. iun. d. deciſ. 46. n. 10. & ſeqq.* & ſecundum notata per *Adden. ad Ramon d. conſ. 16 n. 82. & ſeqq. Rot. poſt Paulucc. diſſert. 91. dec. 3. & 4. R. P. D. Anſald. ad d. dec 46. a n 19.* Quare cum Domina Virginia in donatione eſſet comprehenſa, atque habilis, ad ſuccedendum ſi ſupervixiſ- 55 ſet cum agnatio in ſua rigoroſa contemplatione ad ſolam maſculorum incluſionem ſumpta non appareret, nulluſque ordo, vel gradus per prius, & poſterius in Baccciorum Familia deſignatus,

Dom.

Dom. Fabius ceſſante inhabilitate medii, & concurrente Donatoris voluntate per ſupradictam etiam ipſius Epiſtolam comprobata, ab eadem D. Virginia proximitatem ad remotiorum excluſionem abſque difficultate mutuari poterat, ad tradita per *Vegg. conſ.* 63. *n.* 75. *& ſeqq.* & in eadem cauſa *Alb. conſ.* 86. 87 *Cravett. conſ.* 831. *n.* 5. *& ſeqq. Peregr. conſ.* 50. *num.* 4. *lib.* 3. *De Pont. conſ.* 154. *n.* 37. *& ſeqq. lib.* 1. *Bellon. iun. conſ.* 72. *num.* 43. *& ſeqq. Stell. apud Fuſar. conſ.* 19. *n.* 13. *& ſeqq. & per tot.* & in ſubſcriptione *ad conſ.* 30. ipſe *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 357. *n.* 8. *& quæſt.* 404. *n.* 12. *Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.* 12. *ſub n.* 10. *Paſch. de patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 9. *numer.* 70. *& ſeqq.* & in terminis donationis poſt *Guid. Pap conſ.* 176. *Ruſt. ad Leg. cum avus lib.* 6. *cap.* 16. *numer.* 15. *Altimar. ad Rovit. conſ.* 17. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. *de Marin. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 131. *numer.* 23. *&* 24. plures apud *Capan. de fideicommiſſ. maſcul. art.* 4. *inſp.* 1. *n.* 2 *& per tot: Rox. de incomp. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 316. *& ibi Aquil. n.* 347. *De Luc. de lin. leg. par.* 1. *art.* 6. *n.* 104. & quidquid ſit in aliis terminis, hanc ſententiam cum prædictis circumſtantiis admittunt *Rocc. diſp.* 2. *n.* 21. *& ſeqq. Torr. var. iur. quæſt. tom* 1. *tit.* 2. *de ſubſt qu.* 40. *num* 32. *& ſeqq. pag.* 420. *Calderon. reſol.* 97. *n.* 54. 55. *n* 140. 141. & dixerunt DD. Relatores in hac Cauſa in ſupra allegatis eorum Motivis *verſ. hinc ceſſante &c.*

Andrea Farſettus Rotæ Audit. & Relat.
Io. Bonaventura Neri Badia Rotæ Audit.
Hyeronimus Vieri Rotæ Audit.

DECISIO XXXI.

EADEM ARETINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

die 12. *Septembris* 1711. *cor. Audit.* ANDREA FARSETTI.

ARGUMENTUM.

VOcato Proximiore intelligitur per vulgarem non per fideicommiſſariam, etiam in contractu, & etiam ſi in alio contractu ſubſequenti addita ſit clauſula in *infinitum*, quæ non eſt declaratio, ſed nova diſpoſitio in præiudicium præcedentis perfectæ donationis non attendenda, & an vocatis proximioribus per fideicommiſſum cenſeantur vocati ſoli deſcendentes, ſive etiam tranſver-

ſverſales. Agnationis contemplatio ex quibus reſultet, ſive excludatur.

SUMMARIUM.

1 *Reo ſuffieit vincere per non ius Actoris.*
2 *Succeſſio in Collateralibus non excedit decimum gradum.*
3 *Quod procedit etiam in Fideicommiſſis illis de Familia, Agnatione, vel Cognatione relictis.*
4 *Facta computatione graduum ſecundum Ius Civile.*
5 *Et habito reſpectu ad perſonam Donatoris, qui proximiori ſibi iuncto reliquit.*
6 *Amplia non obſtante Statuto mandante in ſucceſſione inteſtata computationem fieri ſecundum Ius Canonicum, ſi ſumus extra gradus, & perſonas, de quibus Statutum loquitur.*
7 *Computatio graduum ſecundum Ius Canonicum in materia ſucceſſionis eſt exorbitans.*
8 *Limita concluſionem de qua ſupra* n. 3. *quando tempore vocationis nullus aderat intra decimum gradum, in quo ſucceſſio poſſet verificari.*
9 *Teſtator cenſetur maiorem affectionem habuiſſe erga Conſanguineum proximiorem, & ſibi cognitum.*
10 *Vocatio proximioris intelligitur de eo, qui talis erat de tempore factæ diſpoſitionis.*
11 *Maxime quando non in remotiſſimum tempus eſt admittendus.*
12 *Vocato proximiore uſque in infinitum quilibet admiſſus habet onus reſtituendi cæteris.*
13 *In ſecunda donatione adiici nequeunt pacta, & onera in præiudicium vocatorum in præcedenti.*
14 *Maxime ſtante iuramento.*
15 *Donatio inter vivos, licet quoad certos effectus reputetur tamquam cauſa mortis, non tamen quoad revocabilitatem.*
16 *Vocato Proximiore de familia cum clauſula* in infinitum, *an omnes etiam ulterioris gradus cenſeantur vocati.*
17 *Subſtitutio plurium per nomen collectivum, quoad gravatum intelligitur per fideicommiſſum, quo vero ad vocatos per vulgarem.*
18 *Amplia etiam in ſubſtitutione facta in donatione.*
19 *Maxime quando verba tractum ſucceſſivum, & durationem non important, ſed actum momentaneum.*
20 *Quale eſt verbum* ſpectare, *& verbum* perveniat.
21 *Contrariæ auctoritates declarantur, & reprobatur Antharan. conſ.* 27. & num. 22.
23 *Agnatio non dicitur contemplata ex ſola ſubſtitutione Agnati.*
24 *Ratio agnationis contemplatæ non facit, ut recedatur a theorica Cumuni, & de ratione.*

25 *Contemplatio agnationis, quæ consideratur in substitutione agnati cum ipso extinguitur.*

26 *Nec est sufficiens pro fideicommissi successivi inductione.*

27 *Tacita agnationis ratio personas vocatas non excedit.*

28 *Anchoran. cons. 27. intelligi debet quando substitutio sub nomine collectivo facta est cum verbis tractum successivum, & perpetuitatem denotantibus.*

29 *Agnatio non dicitur contemplata ex sola expressione nominis familiæ.*

30 *Contemplata non dicitur quando Testator hoc non expressit.*

31 *Item quando fœminæ vel ante masculos, vel cum masculis sunt vocatæ. Et extraneus agnato præferri potest.* ibid.

32 *Amplia etiam si ultimo loco sint vocati agnati.*

33 *Maxime sub fortuita conditione.*

34 *Dictio* tunc *restringit vocationem ad proximiorem de tempore purificatæ conditionis existentem.*

35 *Maxime si sit vocatus proximior Testatoris, & de ratione.*

36 *Disponens si quando voluit fideicommissum successivum expressit, ubi non expressit noluisse dicendum est.*

37 *Argumentum a maiori prædilectione procedit negative, non autem affirmative.*

38 *Coniectura digressus ad plures gradus substitutionum non attenditur, quando omnes substitutiones pendent ab eadem conditione si sine filiis.*

39 *Maxime quando non subsequitur substitutionem, quæ ex eo declarari prætenditur.*

40 *Et deficit agnationis contemplatio.*

41 *Donator potest suam donationem declarare.*

42 *Intellige absque eo quod immutetur substantia.*

43 *Unde si clara sit non habet locum declaratio.*

44 *Vel si dubietas non adsit apud graves Iuris Consultos, sed sit levis.*

45 *Certum dicitur, quod certum est in iure, licet patiatur controversiam,* & num. 47.

46 *Declaratio dicitur, quæ nullum Ius quæsitum tollit Donatario.*

48 *Non dicitur quando vocationi proximioris additur clausula* in infinitum.

49 *Verba* de novo facere *mutationem important.*

50 *Donatio inter vivos revocari nequit, etsi aliter Donator crediderit.*

51 *Declaratio ad ea tantum referri debet, quæ correctionem non important.*

52 *Cadit super verbi ambiguitate.*

53 *Si addantur novæ personæ non dicitur declaratio.*

54 *Contrariæ auctoritates declarantur.*

55 *Substitutio maioris natu non extenditur ultra primum non obstante contraria declaratione.*

56 *Vocato proximiore duplex oritur quæſtio prima an expiret in primo admiſſo, altera an veniant non ſolum deſcendentes admiſſi, ſed etiam tranſverſales.*

57 *Priuſquam de vocatione quæratur videndum eſt, an actor ſit comprehenſus ſub nomine collectivo.*

58 *Clauſula* in infinitum *non operatur ſub nomine* proximioris *venire etiam tranſverſales cum poſſit verifieari in deſcendentibus. Reſtringitur iuxta ſubiectam materiam* num. 60.

59 *In Primogenituris verba perpetuitatem demonſtrantia, interpretantur pro deſcendentibus, non autem pro tranſverſalibus.*

61 *Agens ad fideicommiſſum clare probare debet ſuam vocationem.*

62 *In dubio contra fideicommiſſum, tamquam odioſum eſt iudicandum.*

63 *Fideicommiſſa ſunt litium ſeminaria.*

64 *Fideicommiſſum ordinatum in Contractu ſtrictius eſt interpretandum.*

VErum corruit quælibet difficultas ex eo, quod D. Boſtolus Actor in hoc Iudicio ſeſe in donatione compræhenſum non probavit, quod poſſeſſoribus 1
ad victoriam ſufficiebat, ad *Text. in Leg. qui accuſare Cod. de eden. Leg. negantes Cod. de action. & oblig. Honded. conſ. 4. in fin. lib. 1. Cyriac. contr. 615. n. 29. Caſtill. contr. tom. 7. cap. 4. n. 5. Rocc. diſp. 42. ſub n. 15. Merlin. dec. 364. n. 4.* Donator enim bona donata ultimo loco ſpectare voluit ad proximiorem ſibi coniunctum de familia de Baccis, quapropter cum dictus D. Boſtolus ultra decimum gradum a Donatore diſtans reperiretur, eidem nec coniunctus, nec proximior, neque agnatorum iura retinere dici poterat ad hoc, ut tamquam vocatus ad Donationem eſſet admittendus, quia quemadmodum ſucceſſio ab inteſtato in collateralibus decimum 2
gradum non excedit, §. *fin. & ibi Gloſſ. lit. Y. inſt. de ſucceſſ. cogn. & in Leg. certum lit. G. Cod. und. legit. Leg. non facile ff. de grad. Gall. de except. tit. 4. exc. 4. n. 5. par. 1. Cancer. var. reſ. lib. 1. cap. 5. n. 8. Ciroec. diſp. 36. n. 6. Torr. de maior. par. 1 cap. 38. n. 468. Cortiad. dec. 258. n. 9.* ita & in fideicommiſſis, in quibus illis de familia, agnatione, vel cognatione collateralium relin- 3
quitur, non veniunt niſi intra decimum gradum exiſtentes, *Bald. conſ. 469. in fin. lib. 1. & conſ. 334. n. 3. lib. 3.* repetitum apud *Ancharan. conſ. 95. Dec. conſ. 321. n. 3. & conſ. 323. circa fin. De Marin. var. reſol. lib. 1. cap. 131. n. 9. De Pont. conſ. 154. n. 79 lib. 2. Montan. contr. 80. n. 11. Mantic. de coniect. lib. 8 tit. 12. ſub n. 37. Barbat. de fideic. par. 1 cap. 8. n. 169. Barboſ. appell. 229. n. 6. Mart. de ſucceſſ. par. 3. qu. 2. art. 2. num. 10. Giurba ad conſ. Meſſan. cap. 12. gloſſ. 6. ſub n. 3. & 17. Caſtill. controv.*

lib. 5. cap. 93. §. 19. n. 16. Peregr. conf. 47. n. 3. & 4. lib. 2. & de fideic. art. 22. n. 33. art. 30. n. 2. & seqq. & n. 19. & plures casus distinguendo *dec. 5. sub n. 4. vers. quamobrem, Fusar. de substit. qu. 381. n. 5. & conf. 107. n. 11. Torr. de maior. par. 2. cap. 38. n. 239. & par. 2. qu. 30. n. 16. & var. iur. quæst. tom. 1. de substit. & fideic. tit. 2. qu. 36. n. 111. pag. 401. & qu. 37. n. 39. pag. 406. De Luc. de lin. leg. lib. 1. cap. 15. sub num. 30.*

4 *Castald. conf. 126. n. 12. Manf. conf. 455. n. 5. & seqq. conf. 730 n 5. & seqq. Cerr. dec. 367. n. 1.* confirmata *dec. 440. n. 4.* facta computatione graduum secundum dispositionem iuris civilis, quæ in successionibus attendi solet, *Paris. conf. 51. n. 8. vol. 2. Peregrin conf. 42. n. 6. vol. 5. & de fideic. d. art. 30. sub n. 3. Fusar. de substit. d. qu. 381. n. 13. Torr. de maior. d. qu. 30. n. 18.*

5 *par. 2. Castald. d. conf. 126. n. 10.* habitoque respectu ad personam Donatoris, qui proximiori sibi coniuncto reliquit, *Fusar. de*

6 *substit. qu. 318. n 49. & 484. n. 51.* ubi plene alios refert, non obstante Aretii Statuto *rubr. 26. lib. 4. de reg. stat* ubi mandatur graduum computationem fieri secundum ius canonicum, quia eum dictum Statutum *lib. 2. rubr. 66.* successionem ab intestato usque ad certos gradus infra illos, de quibus nostra erat quæstio præscribat, & in *rubr. 31. lib. 4.* in non dispositis ad ius commune Romanorum se referat, iam extra casum Statuti versabamur, & quemadmodum secundum ius commune successio deferebatur, ita & graduum computatio erat facienda, cum de hoc casu per Statutum non fuerit expresse dispositum, *Rot. Luc. post Allogr. conf. tom. 2. § nos autem vers. aut agitur pag. 657.* atque in specie tradit *Casareg. ad Stat. Gen. de succeff. §. 18. vers. & ipsis omnibus n. 28. pag. 350. Cavalcan. dec. 25. sub n. 13. de ult. volun. vol.* 4. eoque magis talis intellectus erat recipiendus, quia computa-

7 tio graduum secundum ius canonicum in materia successionum est exorbitans, & irrationabilis, ut sentit *Bartol. conf. 15. lib 2. Surd. conf. 568. n. 13. & seqq. Escobar. comput. 23. Cirocc. discept. 36. n. 4. & seqq. Gratian. cap. 77. n. 1. & seqq. ibique De Luca num. 6.* atque ita difficultati recte, solideque satisfaciunt *Motiva prædicta DD. Relatorum in hac Causa vers. demum obicem &c.*

Minusque subsistens fuit, quod de tempore factæ donatio-

8 nis nullus alius esset proximior D. Bostolo de familia de Baccis, in quo donatio verificari posset, quæ proinde extra decimum gradum esset protrahenda, *Peregrin. de fideic. d. art. 30. n. 4. in fin. Fusar. d. qu. 381. n. 10.* huiusmodi enim circumstantia per dictum D. Bostolum non fuit concludenter probata, quinimmo excludebatur, cum tunc temporis D. Innocentius Innocentii de Baccis reperiretur, prout ex attestatione illius mortis secutæ sub die 21.

Iulii

Iulii 1662. reſultabat, necnon etiam ſuperexiſtebat Dom. Fabius, quem Donator in Epiſtola ſuprædicta, tamquam ſibi proximiorem coniunctum intra decimum gradum agnoſcit, erga quem tamquam ſibi notum, & proximiorem conſanguineum ab inteſtato ſucceſſurum maiorem etiam affectionem habuiſſe præſumebatur, & pro quo interrogatus reſpondiſſet, *Menoch. conſ.* 1171. *n.* 37. *&* 40. *Andreol. contr.* 338. *n.* 8. *De Roſ. conſ.* 35. *n.* 69. *Baitell. deciſ.* 1. *n.* 121. *& dec.* 2. *n.* 259. *dec* 1. *num.* 47. 48. *poſt Torr. de maiorat.* adeout facilius attenta huiuſmodi circumſtantia intrare potuiſſet graviſſimorum Iuriſconſultorum opinio, quod vocato per Teſtatorem ſibi proximiore de eo, qui talis erat de tempore factæ diſpoſitionis intelligatur, maxime quia in noſtro caſu proximior de familia non in remotiſſimum tempus erat admittendus, ſed ſub conditione ſi ſine filiis frater, & ſoror Donatoris deceſſiſſent, ut late conſuluit *Menoch. conſ.* 106. *n.* 167. *& ſeqq. & conſ.* 173. *n.* 15. cœterique apud *Fuſar. de ſubſt. qu.* 318. *n.* 38. *& apud Manſ. conſ.* 456. *ſub n.* 16. *verſ. huius propoſitionis &c. & facit Andreol. contr.* 297. *n.* 14.

9 10 11

His ita firmatis non obſtabat altera donatio de die 10. Aprilis 1629. ultimo loco in præſenti Inſtantia per D. Boſtolum producta, in qua cum poſt vocationem proximioris de familia fuerine addita verba ſupraſcripta *& ſic in infinitum &c.* exinde inferebatur quod admiſſo etiam Dom. Fabio tamquam proximiore de Familia Bacciorum, eo tamen ſine filiis defuncto ipſi D. Boſtolo, licet in ulteriori gradu ſucceſſio eſſet deferenda, ex congeſtis per *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 382. *n.* 56. *Rot dec.* 163. *n.* 3. *par.* 16. *rec.* aliiſque fruſtra repetendis; quia cum prima Donatio ex Notarii ſtipulatione ſingulis Donatariis iam eſſet irrevocabiliter acquiſita, in eorum præiudicium nullum pactum, onus, vel conditio per dictam ſecundam Donationem addi potuit, *ad Text. in Leg. quoties in L. perfecta Cod. de donat. quæ ſub mod. Amat. reſol.* 30. *n.* 4. 16. *& ſeqq. late Caſtill. controv. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 1. *& ſeq. Calderon. reſol.* 28. *n.* 26. *Acſolin. reſol.* 73. *n.* 69. *cum ſeqq. Torr. de pact. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 86. *& ſeqq. Antun. de donat. lib.* 1. *prælud.* 2. § 1. *n.* 154 *Hermoſill. ad Lopez gloſſ.* 4. *l.* 7. *num.* 2. *& ſeqq. tit.* 4. *par.* 5. *fol.* 331. plures apud *Barbat. in propugnat. cap.* 7. *num.* 36. *poſt tract. de fideic. bene Rocc. diſp.* 20. *n.* 8. *& diſp.* 24. *num.* 22. *Altogr. conſ.* 38. *n.* 1. *& ſeq. & conſ.* 39. *n.* 1. *& 35. lib.* 2. & plenius in eadem Cauſa *Rot. Luc. apud Palm. dec.* 105. *per tot. dec.* 515. *n.* 6. *par.* 13. *rec. dec.* 2. *num.* 5. *& 6. poſt De Luca in Mantiſſ. ſuper conflict leg.* eoque fortius accedente iuramento *Barbat. ibid. n.* 49. & quamvis quoad certos effectus, tamquam mortis cauſa donatio reputaretur, non tamen quoad revocabilitatem

12 13 14 15

talis censenda erat, ex veriori Sententia, de qua discusso articulo *Rox. dec. 122. n. 9. cum seqq. dec. 133. n. 6. cum seqq. dec. 140. n. 4.* sequitur *Rota dec. 143. n 23. & seqq. par. 16. recen. Angel. de confess. tom. 1. lib. 2. qu. 80. n. 5. & 6. Amat. decis. March. 46. num. 38.*

Nec dicta secunda donatio in vim declarationis attendi merebatur, quod scilicet vigore dictæ clausulæ *in infinitum* donator
16 non unum tantum proximiorem de familia, sed omnes etiam ulterioris gradus ob prætensam agnationis contemplationem in prima donatione comprehendere voluerit, iuxta *Ancharan. cons.* 27. de quo *Peregr. de fideic. art. 19. n. 16. & dec. Patav. 111. Rota dec. 41. num. 1. & seqq. post Michalor. de fratr.* aliique in contrarium allegati.

Siquidem pro difficultatis resolutione in controversia per Scribentes excitata in *Leg. Gallus* §. *quidam ff. de lib. & postbum. &*
17 *in Leg. cum ita* §. *in fideicommisso ff. de leg.* 2. an substitutio plurium per nomen collectivum intelligenda sit per vulgarem, vel per fideicommissum, pro constanti habuimus ad omnibus Tribunalibus communiter receptam esse theoricam *Cuman. in dict. Leg. Gallus n. 8. & in d. Leg. cum ita* § *in fideicommisso num. 4.* quod scilicet quoad gravatum per fideicommissum, per vulgarem vero quoad ipsos collective substitutos intelligatur, prout restantur plures antiquiores apud *Fusar. de substit. qu. 382. n. 1. ubi n. 19. & seqq.* reiectis contrariis illam esse tenendam, sibique placere concludit, *& cons. 3. per totum cons. 100. n. 5. cons. 124 n. 3. cons. 192. n. 7. Peregr cons. 53. n. 1. & seqq. vol. 3. Barbat. de fideic. cap. 10. n. 76.* plene, ac docte de more *Redenasc. cons. 10. n. 1. & seqq. & cons. 54. n. 6. cum seqq. Bellon. iun. cons. 26. num. 24. De Ros. cons. 42 n. 4. Palm. alleg. 46. n. 37. Andreol. contr. 20. n. 1. & seqq. Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. n. 27. vers. his tamen, Torr. de maior. par. 2. qu. 19. n. 15. & seqq. ubi n. 22. & seq.* bene declarat, quomodo vocatis etiam pluribus personis multorum graduum, non tamen dispositio dicatur habere tractum successivum pro fideicommisso inducendo, optime *Sess. dec. 365 num. 6. cum seqq. Balduec. dec. 6. n. 1. & seqq. de legat.* ubi in fortioribus terminis *Urceol. decis. 13. num. 10. & Votum decisivum apud ipsum cons. 50. n. 1. & seqq.* confirmatum per *Rot. coram Emerix. iun. dec. 56. n. 1. & in dec. 88. n. 1. & per tot.* late post alios *Paulucc. differt. 24. & Rot. post cum dec. 2. n. 4.* ubi de donatio-
18 ne, de qua etiam *Rota dec. 26. n. 1. & seqq.* & in eadem causa *dec. 36. n. 1. & seqq. post Albiz. de inconst. in iud. Eminent. De Luca de fideic. disc. 91. n. 3. disc. 92. n. 2.* ubi quod talis propositio a Rota Romana inconcusse pro regula admittitur, quod

idem

idem tradit alter *De Luc. ad Grat. cap.* 285. *num.* 5. *& ad Franc. dec.* 633. *n.* 10. *& ſeqq. Manſ. conſ.* 131. *ſub n.* 11. atque in ſpecie de ſubſtitutione proximioris de familia, vel agnatione, *Decian. conſ.* 10. *n.* 13. *& ſeqq. lib.* 3. *Cephal. conſ.* 447. *n.* 12. *Redenaſc. conſ.* 65. *n.* 2. *Altogr. contr.* 38. *n.* 56. *plene Caſtald. conſ.* 281. *n.* 21. *Rodulphin. alleg.* 119. *n.* 7. *Add. ad Ramon. conſ.* 16. *n.* 15. *& ſeqq. De Luca de fideic. diſc.* 49. *n.* 10. *diſc.* 53. *n.* 15. *Seraph. dec.* 812. *Rot. dec.* 476. *n.* 5. *par.* 1. *rec. dec.* 326. *n.* 6. *p.* 5. *rec. Cerr. dec.* 367. *n.* 7. 8. *& dec.* 440. *num.* 13. & de ſubſtitutione maioris natu magis dubitabili, *D. Palm. alleg.* 48. *n.* 1. ubi plures refert, *& dec.* 2. *n.* 4. *poſt Pauluec. diſſ.* 24. præſertim quando proximioris ſubſtitutio facta eſt per verba, quæ tractum ſucceſſivum, durationem, aut permanentiam non important, ſed actum momentaneum, de quibus *Roſ. d. conſ.* 42. *n.* 4. *& ſeq. Redenaſc. conſ.* 10. *n.* 2. *& ſeqq. Fuſar. d. qu.* 382. *n.* 34. *De Luca ad Gratian. cap.* 285. *Torr. de maiorat. par.* 2. *qu.* 19. *n.* 24. *cum ſeqq. Palm. d. alleg.* 48. *n.* 4. 19

Ideoque cum donator noſter voluerit bona donata ſpectare ad proximiorem ſibi coniunctum de familia de Baccis abſque ullo verbo tractum ſucceſſivum denotante, ſed per verbum *ſpectare*, quod per ſe actum momentaneum indicat, ut de verbo *perveniat*, & ſimilibus norant *Fuſar. Redenaſc. De Luc.* ubi ſupra, nullæque aliæ concurrerent circumſtantiæ, & coniecturæ, ex quibus a dicta *Cumani* theorica eſſet recedendum, illa proinde abſque ulla dubietate erat admittenda, non attento *d Aneharan. conſ.* 27. vel una, aut altera nullius ponderis coniectura in contrarium deducta, *Rot. dec.* 807. *n.* 6. *par.* 18 *rec.* ubi in his terminis rem adeo claram agnoſcit, ut coniecturas reiiciendas eſſe exiſtimaverit, & quidem ea evidenti ponderatione adhibita, de qua doctiſſimus *Palm. allegat.* 46 *num.* 150 *& ſeqq. & allegat.* 47 *ſub num.* 46 ubi quod ſi *Aneharan.* accipiatur in ſolis terminis vocationis proximioris de familia, vel debet accipi in ſenſu longe diverſo, de quo *Menoch. conſ.* 85 *num.* 124 *& ſeqq. & de præſumpt. lib.* 4 *præſ.* 71 *ſub num.* 32 vel debet dici ab omnibus reprobatus, vel quatenus recipiendus ſit, debet intelligi, quando fuit habita ratio perpetuæ conſervationis agnationis, cum aliis coniecturis ad fideicommiſſi durationem inducendam oportunis. 20 21

Quod debeat cenſeri reprobatus, quidquid dixerit Extenſor in *dec.* 81 *num.* 3 *par.* 16 *recent.* patet ex dicta theorica *Cumani* communiter recepta, ut diximus, & fatetur *d. dec.* 81 *n.* 2 *par.* 16 *recent.* Et quamvis per additionem cognominis familiæ ſubſtitutio ad agnatos reſtringatur, ex hoc tamen non concurrentibus voto conſervandæ agnationis cum aliis coniecturis, vel clauſulis 22

per-

perpetuitatem continentibus, extensio, aut perpetuitas fideicom-
23 missi deduci non potest, non solum ex eo, quod uno, vel altero agnato substituto agnatio contemplata non censetur, *Gabriel. cons. 97 num. 7 lib. 1 Mantic. de coniect. lib. 11 tit. 14 n. 7 Gratian. cap. 866 num. 24 Hodiern. contr. 11 n. 41 & seqq. Cirocc. discept. 61 num. 59 Altogr. contr. 70 n. 24* & post ipsum *Saminiat. cons. 8 num. 32* conducit *Castill. contr. lib. 5 cap. 89 num. 52 & seqq. Castald. cons. 34 num. 10 Mans. cons. 197 num. 17 Rodulph. alleg. 119 num. 7 Torr. de maior. par. 2 quæst. 27 num. 31 Tondut. resolut. civil. cap. 47 num. 24 Baitell. dec. 67 num. 18 Ludovis. dec. 464 num. 14 Dunozzet. iun. dec. 46 num. 11 dec. 326. num. 3 p. 5 recent. & dec. 12 num. 9 post De Luc. de fideicom.* Verum etiam
24 ex eo, quod data etiam sola ratione conservandæ agnationis, sufficit quod ad unum bona perveniant, *ad Text. in Leg. filius familias § cum pater ff de legat. 1 in Leg. unum ex familia § sed & si fundum, & § si quidem ff de legat. 2 Leg. pater filium ff ad Leg. sale. Menoch. cons. 85 num. 102 cons. 328 num. 74 & 76 Barbat. de fideicom. par. 1 cap. 10 num. 75 Dom. Palm. alleg. 46 n. 134 alleg. 48 num. 45*, & facit *Fusar. quæst. 382 num. 24 Merlin. dec. 126 num. 70 cum seqq.* adcout substitutis etiam agnatis a *Cumani* theorica non sit recedendum, *Menoch. de præsumpt. lib. 4 præs. 71 sub num. 32 Add. ad Ramon. d. cons. 16 num. 18, ubi num. 20 & seqq*, quod licet ex vocatione proximioris de agnatione, & fami-
25 lia sit aliqualiter contemplata agnatio, tamen cum ipso proximiore extinguitur, *Palm. alleg. 48 num. 50 Altograd. contr. 70 num. 22 Rota dec. 486 num. 5 par. 1 recent & d. dec. 807 num. 11 p. 18 recent* atque in fortioribus *Mart. de succes. par. 4. quæst. 24 artic. 2 in fin.* agnatorum etenim vocatio, & substitutio pro succes-
26 sivo fideicommisso minus sufficiens reputatur, iuxta contrariam etiam opinionem, & distinctionem, de qua *Fusar. dict. quæst. 382 num. 41 Barbat. de fideicom. d. par. 1 cap. 10 num. 82 Torr. post Palm. alleg. 47 num. 82 alleg. 48 num. 30*, late *Sess. d. decis. 365 num. 8 & seqq. De Luc. ad Franc. dec. 633 sub num. 21 dec. 1 a n. 43 par. 10. recent.* cum tacita agnationis ratio personas voca-
27 tas non excedat, *Ramon. cons. 100 num. 150 Molin. de primog. lib. 1 cap. 5 num. 37*, & admittit *Peregrin.* acerrimus *Castrensis* contra *Cumanum* propugnator *de fid. artic. 19 in fin.* satisque evincitur ex pluribus authoritatibus, & Rotæ decisionibus supra cumulatis in § *neque obstabat, quod proximitas &c.* & in § *si quidem pro difficultatis &c. vers. atque in specie &c.* in quarum terminis ex sola expressione Cognominis familiæ nunquam cum *Anchar ano* procedi-tur, nec pro recessu a *Cumano* ad sufficientem agnationis contemplationem infertur, prout ex earum lectura fiet manifestum.

Si

Si vero *d. Ancharan. conſ.* 27. ad limitandam theoricam *Cumani* accipi debet in caſibus, in quibus vel Teſtator habuit ratio- 28
nem perpetuo conſervandæ agnationis, vel addita fuerunt verba dutationem importantia, aliæque graviores coniecturæ ad ſucceſſivum fideicommiſſum arguendum concurrunt, ex eo quia *Ancharanus* ad perpetui fideicommiſſi probationem in ſolis terminis ſubſtitutionis proximiorum de domo, & progenie non ſteterit, ſed onus perpetuum favore pauperum ipſis ſubſtitutis iniunctum ponderaverit, quemadmodum, exceptis contra communem ſentientibus, atque reiectis, ita eumdem *Ancharanum* interpretantur *Menoch. conſ.* 173 *n.* 15 *verſ. tertius*, *Caſanat. conſ.* 46 *num.* 62 *Lara de anniverſ. lib.* 1 *cap.* 4 *ſub num.* 39 *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 382 *num.* 33 46 52 *& ſeqq. &* 64 *Seſſ. deciſ.* 365 *num* 6 *& ſeqq. Rot. dec.* 264 *num.* 2 *par.* 4 *tom.* 1 *recent. dec.* 81 *num.* 5 *& ſeqq. par.* 16 *recent* ubi bene *deciſ.* 807 *num.* 3 *par.* 18 *recent.* & poſt alios *D. Caſon. apud Palm. alleg.* 46 *n.* 145 *& ſeqq. ipſe D. Palm. alleg.* 47 *num.* 45 48 105. & latius *D. Adv. Arrig. ibi alleg.* 48 *num.* 52 *& ſeqq. & Maſſinus alleg.* 94 *num.* 6 *& ſeqq.* & tunc ad arguendam pro conſervatione agnationis voluntatem non ſatis eſt, quod vocationi proximioris familiæ cognomen tantum additum ſit, ut ſupra oſtendimus, niſi vel expreſſa, nec ad unicum certum gradum, ſed in perpetuum habita ſit, vel ex urgentiſſimis coniecturis agnationis contemplatio, & conſervatio reſultet, *Caſanat. conſ.* 38 *num.* 78 *Barbat. de fideicom. par.* 1 *cap.* 10 *num.* 88 *Torr. var. iur. quæſt. tit.* 1 *qu* 12 *de maiorat. num.* 15 *a* 70 *Rot. deciſ.* 807 *num.* 10 *par.* 18 *recent. & poſt De Luc. de fideicom deciſ.* 11 *num.* 7 *dec.* 14 *num.* 14 15 *tom* 1 *& deciſ.* 5 *num* 5 *in Mantiſſ. tom* 2. & patet ex ſæpe in contrarium laudata *deciſ.* 41 *poſt Michalor. de fratr.* ubi quamvis eſſent ſubſtituti proximiores maſculi de parentela, & agnatione Teſtatoris, nihilominus Rota agnoſcens, quod ex ſola agnatorum ſubſtitutione ad agnationis contemplationem, & conſervationem non recte infertur, prout agnovit etiam *Rot. dec.* 3 *num.* 13 *poſt De Luc. de fideicom.* ad examen plurium coniecturarum deſcendit, ex quibus agnationis conſervationem arguit, & ſine quibus iam in præcedentibus deciſionibus revocatis *cor. Carill. dec.* 273 *& dec.* 299. contra fideicommiſſum favore proximioris fuerat deciſum. In caſu autem noſtro tantum aberat, quod agnationis contemplationem, & conſervationem Donator intenderit, aliæque circumſtantiæ pro perpetuo fideicommiſſo concurrerent, quinimmo excluſa agnationis conſervatio, contrariæque fideicommiſſo coniecturæ apparebant, tum ex eo 30
quod Donator agnationis rationem non expreſſit, *Gargiar. conſ.* 96 *n.* 1 *lib.* 2 *Torr. de maior. par.* 1 *cap.* 38 *num.* 498 *a* 443 *Coccin.*

dec.

dec. 1036 *num.* 20. tum ex eo quod poſt Petrum fratrem, & Iuniperam ſororem omnes eorum deſcendentes maſculos, & fœminas in Donatione comprehendit, quoties autem fœminæ, vel ante
31 maſculos, vel una cum maſculis in quacumque parte diſpoſitionis ad ſucceſſionem admittuntur, atque extraneus agnato poteſt præferri, agnationis conſervandæ ratio regulariter excluſa intelligitur, *Caſanat. conſ.* 38 *num.* 90 *De Roſ. conſ.* 69 *num.* 22 *Redenaſc. conſ.* 14 *num.* 60 *&* 61. *Altogr. contro* 70 *num.* 19 *Giovagnon conſ.* 82 *num.* 161 *& ſeqq. lib* 1 *Caſtald. conſ.* 34 *num.* 7 8 *Adden. ad Ramon. conſ.* 15 *num.* 36 plene *apud Torr. de maior. tom.* 1 *cap.* 38 *num* 509 *& ſeqq. Rot. poſt De Luc. de fideicom. dec.* 13 *num.* 3 *&* *dec.* 21 *num.* 5 *tom pr. dec.* 47 *num.* 11 *tom.* 2 *in Mantiſſ cor. Coccin. dec.* 1076 *num.* 3. *&* *cor. Cerr. dec.* 885 *num.*
32 8 *Rot. noſtr. apud Palm deciſ.* 364 *n.* 34. & ſi ultimo loco vocati ſunt agnati, *Coccin. deciſ.* 1036 *num.* 23 iuncta facti ſpecie, & in eadem Cauſa *dec.* 36 *num.* 11 *poſt Albiz. de inconſt. in iud.* eoque
33 magis, quia proximior coniunctus de familia vocatus tantum fuit ſub fortuita conditione, quatenus tam Frater, quam Soror Donatoris ſine filiis decederent, *Altogr. contr.* 38 *num.* 26 *Dunoz. iun. dec.* 132 *num.* 3. & literaliter ad unum tantum gradum donatio reſtricta fuit, ut ſupra ponderavimus ſub *verſ. quod debeat cen-*
34 *ſeri &c.* quod patebat ulterius ex dictione reſtrictiva *tunc*, quæ donationem ad proximiorem de tempore purificatæ conditionis exiſtentem reſtringit, *Decian. reſponſ.* 10 *num.* 20 *&* *ſeqq. lib.* 3 *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 382 *num* 36 *D. Palm. alleg.* 46 *num.* 42 *& ſeqq. alleg.* 47 *num.* 51 *Rot. dec.* 807. *n.* 4. *par.* 18. *recent.* necnon
35 quia Donator vocavit proximiorem ſibi, & non gravato, cuius proximitas alias in ſucceſſivo fideicommiſſo fuiſſet attendenda, *Decian. d. conſ.* 10. *num.* 38. *&* *ſeqq. Paitell. deciſ.* 2 *num.* 228. &
36 demum, quia ſi quando in ulterioribus, tam Petri, quam Iuniperæ deſcendentibus donationem continuare voluit illud ſcivit exprimere, ita etiam expreſſiſſet, ſi illam in ulterioribus agnatis voluiſſet, *Decian. d. reſponſ.* 10 *num.* 49 *&* *ſeqq. Altogr. conſ.* 79 *ſub num.* 58 *lib.* 2 *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 382 *num.* 61 *&* 63 *Torr. de maior. par.* 2 *quæſt.* 19 *num.* 21 late *Palm. allegat* 47 *num.* 57. *alleg.* 48 *num.* 7 *Rot. d. dec* 807. *num.* 5 *&* 23 *par.* 18 *recent.*

Ex quibus eo magis inſubſiſtens detegebatur illatio a gravamine proximiorum ad gravamen remotiorum, de qua *Rota deciſ.* 41 *num* 14 *poſt. Michalor. de fratr.* cum regulariter argumentum
37 ab æquali, vel maiori prædilectione procedat quidem negative, non autem affirmative, nec a gravamine proximioris infertur ad gravamen remotiorum, ex *Decian. d. reſponſ.* 10 *n.* 73 *Ruin. conſ.* 108 *num.* 12 *lib.* 2 *Menoch. conſ.* 204 *num.* 36 *conſ.* 306 *num.* 62

Fuſar.

Fuſar. conſ. 9 *ſub num.* 25 *Caſanatt. conſ.* 4 *num.* 201 *conſ.* 48 *n.* 47 48 *Ludov. Bell. conſ.* 23 *num.* 52 *Tondut. reſol. civ.* 118 *n* 23 24 *Andreol. contr.* 409 *num.* 16 *Altogr. conſ.* 60 *num.* 119 *lib.* 1 *Peregrin. de fideic. artic.* 29 *num.* 24 *in fin. Rodulph. alleg.* 127 *n.* 11 *Dunoz. iun. deciſ.* 46 *num.* 8 *dec.* 160 *num.* 20 *par.* 10 *recent. dec.* 638 *num.* 8 *& dec.* 807 *num* 21 *par* 18 *recent* prout nullius ponderis fuit altera coniectura deducta ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, non ſolum quia tam Iuniperæ, eiuſque deſcendentium, quam proximioris de familia ſubſtitutio per vulgarem a conditione ſi ſine filiis pendebat, quo caſu digreſſus tamquam inefficax non attenditur, *Altogr. conſ.* 60 *num.* 120 *lib.* 1 *Ciroce. diſcept.* 61 *num* 51 *Caſtald. conſ.* 34 *num.* 22 *& ſeqq. Rodulphin. alleg.* 127 *num* 12 *Dunoz. iun dec.* 132 *num.* 7 *Bich. dec.* 197 *num* 19 *dec.* 26 *num.* 14 *poſt Albiz. de inconſt. in iudic.* verum etiam quia non erat poſt vocationem proximioris de familia, ut erat neceſſarium ad hoc, ut aliquid poſſet operari, *Rota cor. Celſo dec.* 145 *num.* 17 *cor. Bich dec* 342 *num.* 8 & ſequitur *Dom. Palm. d. alleg.* 47 *num.* 34 *dec* 62 *num.* 16 *poſt De Luc. de fideicom. tom.* 1. atque agnationis contemplatio deſiderabatur, ſine qua digreſſus non conſideratur, *Caſtald. d. conſ.* 34 *num.* 24. 38 39 40

Ex hucuſque opportune probatis, & latius quam eſſet neceſſarium ubi nulla aderat difficultas, cum iam ex prima Donatione ius certum fuiſſet quæſitum non tam primis Donatariis reſtituendi uni tantum ex proximioribus de familia intra decimum gradum exiſtenti, verum etiam ipſi proximiori iam admiſſo bona donata abſque ullo onere reſtitutionis ſibi tamquam libera retinendi, nullo pacto ſub declarationis prætextu, ſecunda donatio erat attendenda. Nam quamvis Donatori prohibitum non ſit ſuam donationem declarare, ex notatis per *R. P. D. Anſald. dec.* 15 *num.* 31 *& ſeq.* cæteroſque qui cumulari poſſent, quia tamen declaratio proprie dicitur, quæ rem dubiam, & obſcuram aperit, nec circa ſubſtantiam aliquid immutat, adeout ſic declaratio non diſpoſitio, verbis expoſitivis, & non diſpoſitivis concepta, atque id quod declaratur ſit quod diſponit, non id, quod declarat, uti poſt *Text. in Leg. hæredes palam* 21 § *quod vero ff. qui teſt. fac. poſſ.* & diſtinguentem *Caſtrenſ. conſ.* 338 *num.* 2 *vol. pr.* explicant *Surd. conſ.* 380 *num.* 51 *Riminald. iun. conſ.* 112 *n.* 230 *cum ſeqq. Bardellon. conſ.* 51 *num.* 1 *&* 2 *Cancer. variar. reſol. par.* 1 *cap.* 8 *ſub num.* 180 *Caſtill. controv. lib.* 3 *cap.* 10 *num.* 28 *cum ſeqq. Barbat. in propugnac. ver. cap.* 8 *n.* 4 *& ſeqq. poſt tract. de fideic. Cutell. de donat. tom.* 1 *tract* 1 *diſc.* 2 *par.* 10 *num.* 26 27 *Giurb. ad conſ. Meſſan. cap.* 2 *gloſſ.* 1 *num.* 17 *& ſeqq. Torr. var. quæſt. tom.* 2 *miſcell. par.* 1 *quæſt.* 29 *tit.* 12 *num.* 2 *& ſeqq.* 41 42

pag.

pag. 545 *Rocc. disput.* 120 *num.* 43 *& seqq.* & casum dubitabilem, & declarationis capacem, super quo Rota pluries variavit, præsupponit, *Ansald. d. dec.* 15 *num.* 29 *Cels. dec.* 141 *num.* 14 cum supradicta Donatio nullam subsistentem controversiam involveret,
43 nec aliqua super illa, tamquam super re clara, declaratio cadere poterat, *Redenasc. conf.* 18 *num.* 24 *& seqq. Ansald. de mercat. disc.* 50 *num.* 30 *Rocc. disp.* 20 *num.* 36 *& seqq. disp.* 24 *a n.* 22 *disp.* 120 *num.* 43 *Manss. conf.* 68 *n.* 14 *tom.* 9 *Rota dec.* 604 *num.* 19 *par.* 5 *rec. dec.* 315 *num* 2 *par.* 17 *rec. Emerix iun. dec.* 970 *num.* 14 repetita *post De Luc. de donat. dec.* 5 *n.* 14 *& dec.* 13 *n.* 11.

Non obstante in contrarium excitata difficultate, quod appellatione proximioris coniuncti de Familia Bacciorum omnes in infinitum contineri possent, idque latius in secunda Donatione fuerit declaratum, quia non quælibet levis, ac futilis difficultas
44 adeo rem dubiam statuit, ut a declaratione dispositio pendere debeat, sed talis requiritur, quæ apud graves etiam Iurisconsultos gravis sit, & quæ saltem habitu faciat, quod illi ius sit quæsitum, in cuius favorem emanat, ut recte explicant *Redenasc. conf.* 18 *num.* 25 *Barbat. in propugnac. d. cap.* 8 *sub num.* 13. nam cæterum si Iudex iuxta magis receptas conclusiones aliter quam fuit declarata dispositionem interpretari debuisset, subsequens deinde declaratio contra magis receptam in iure interpretationem aliquid operari non valet, cum certum ad hunc effe-
45 ctum etiam dicatur, quod ad iuris tramites communiter receptum reperitur, licet aliquam controversiam patiatur, ex *Castrens. in Leg. hæredes palam* 21 § *si quid num* 4 *versic. sed interdum ff de testam. & conf.* 340 *num.* 2 *lib.* 1 *Bocc. conf.* 3 *n.* 44 *Cyriac. contr.* 210 *num* 19 *&* 31 *Redenasc. d. conf.* 18 *num.* 22 *Tusch. lit. D concl.* 90 *num.* 2 *Magdalen. de numer test. par.* 1 *cap.* 30 *num.* 11 bene *Barbat. in propugnac. d. cap.* 8 *sub num.* 13 *vers. ponamus*, & conducit *Monac. dec. Florent.* 37 *num.* 6 *& seqq. Manss. apud Torr. de maior. par.* 1 *cap.* 39 § 1 *sub num.* 56 *pag.* 470 ubi post *Redenasc.* rem dubiam esse inquit ad hunc effectum, ubi non liquet, qualis sit communis opinio, adeout ad coniecturas, aliasque extrinsecas probationes sit recurrendum, quales sunt termini *d. Leg. hæredes palam* §. *quod vero ff. qui test. fac. poss.* de cuius intellectu, atque aliis ad rem nostram conducentibus subtiliter de more, *Merend. apud Redenasc. conf.* 37. *n.* 49. *& seqq.* & sane si Donatario ante declarationem nullum ius quæsitum censeri de-
46 bet, quod per ipsam declarationem eidem auferatur, prout supponunt *Surd. dec.* 29. *n.* 7. *De Ros. conf* 69. *num.* 102. *Fontanell. dec.* 172. *n.* 22. *& seqq. Bieb. dec.* 307. *n.* 23. *& seqq.* aliique in contrarium cumulati, cum declaratus nihil de novo faciat, *Fontanell.*

nell. dec. 72. *n.* 7. *Rot. dec.* 16. *n.* 6. *par.* 16. *rec.* neceſſario concludendum eſt, quod adeo verbis obſcuris, atque ambiguis donatio debeat eſſe concepta, ut etiam non facta contra Donatarium declaratione, vel Iudex nihilominus iuxta illam ex facti circumſtantiis iudicare debuiſſet, ut proſequitur *Barbat* ubi ſupra, vel ſaltem quæſtio deſuper mota exitum incertum eſſet habitura, quemadmodum de tranſactione, in his terminis cum declaratione parificata, quod non ex qualibet levi controverſia, ſed ex incerta ſubſtineatur tradit *Rodulph. all.* 113. *n.* 15. *all.* 143 *n.* 19. optime *Rota dec.* 412. *n.* 15. *& ſeqq. par.* 16. *rec.* 47

Cum igitur, in præſens, ſi ſecunda Donatio, ac prætenſa declaratio non extitiſſet, vigore primæ pro perpetui fideicommiſſi excluſione ad favorem proximioris de familia ex indubitatis, receptiſque ſupradictis iuris regulis, & concluſionibus abſque dubio fuiſſet iudicandum, certum ius iam Donatario acquiſitum per ſubſequentem declarationem eidem a Donatore auferri non potuit novas addendo perſonas per clauſulam *in infinitum*, quæ proinde in puris terminis declarationis non ſtetit, ſed novæ diſpoſitionis, ut advertit *D. Arrig. apud Palm. alleg.* 48. *n.* 15 *Rocc. diſp.* 106. *n.* 78. prout revera ipſe etiam Donator non per viam declarationis, ſed novæ diſpoſitionis proceſſit, cum pluribus pactis, & conditionibus a prima longe diverſis „ ibi „ ſeu potius de novo „ facere &c. „ cum huiuſmodi verba mutationem; & ademptionem præſupponant, ad tradita per *Rot. deciſ.* 90. *num.* 23. *poſt De Luc. de fideicom. in Mantiſſ. impreſſ. Venet.* falſo forſitan opinatus, quod a prima donatione tamquam cauſa mortis ſibi recedere liceret, ſecundum opinionem, de qua apud *Carill. dec.* 29. communiter tamen reiectam, ut ſupra innuimus, & a nobis pariter reiicienda, quidquid ipſe Donator fuiſſet opinatus, & credidiſſet, cum ad revocandam donationem iam perfectam opinio donantis non ſufficiat, qui ſibi imputare debet, ſi minus clare ſenſum ſuum aperuit, licet ſecus ſit in ultimis voluntatibus, in quibus recte procedunt *Alciat. conſ.* 145. *ſub n.* 3. *lib.* 9. *Crot. conſ.* 48. *n.* 15. *lib* 1. *Cyriac. contr.* 96. *n.* 49. quos in diverſis terminis a noſtris ex abundanti refert, & ſequitur *Redenaſc. conſ.* 36. *n.* 104. qua ſtante Donatoris expreſſione, quod intendebat actum de novo facere, ceſſabant pariter authoritates *Valenz. conſ.* 23. *n.* 134. *De Roſ. conſ.* 69. *n.* 109. tacite etiam ex aliis ſcripturis coniectionem inducentium, ut inquit *Text. in d. Leg. hæredes palam* 21. §. *ſed & ſi ff. qui teſt. fac. poſſ.* & quatenus procedere poſſent, donatio ſecunda in vim declarationis accepta ad ea tantum in prima donatione contenta erat referenda, quæ ad ſenſum iuris, & ad effugiendam correctionem de- 48 49 50 51

clarari potuiſſent *Dom. Palm. alleg.* 47. *n.* 10. *& ſeqq & D. Arrig. apud ipſum alleg.* 48. *a n.* 14. *alleg.* 50. *n.* 34 *& ſeqq.*

Nec quæſtio erat in hoc caſu ſuper ſola verbi ambiguita-
52 te, ſuper qua de iure declaratio cadere potuerit, ſecundum *Caſtrenſ d conſ.* 338. *lib.* 1. quia ſubſtitutio proximioris coniuncti de familia de Baccis ex receptis iuris regulis, & principiis inconcuſſis ſupra deductis, ad unum infra decimum tantùm gradum reſtringebatur, ſed quæſtio facti cadere tantum poterat, iuxta Donatoris voluntatem decidenda ad *Text.* ſatis notum *in Leg. Seiæ* 20. § *fin. ff. de fund. inſtr.* de qua tamen voluntate evidenter conſtare debebat non ex ſola ſubſtitutione proximioris de familia de Baccis, atque una, vel altera inſubſiſtenti, minuſque recepta coniectura in contrarium excogitata; Nam cœtetum cum
53 ageretur de addendis novis perſonis, alias in donatione non comprehenſis, correctionis potius, quam declarationis nomen ſecunda donatio merebatur, ut recte interpetrando *Caſtrenſem*, ubi ſupra notat *Barbat. in propugniae. d cap.* 8. *n.* 5.

54 Atque ex his ceſſabant authoritates *Decian. reſp.* 7 *lib.* 1 *Redenaſe. conſ.* 36 *Fontanell. dec.* 172 *Larr. deciſ.* 33 *De Roſ conſ.* 69. *Bonden. colluct.* 28. *lib.* 1. *Bich. dec.* 252. *&* 307. aliorumque ab informantibus pro D. Boſtolo allegatorum in ſimilibus declarationibus ſuſtinendis ſcribentium; Quia ad ſingulos ſufficiebat reſponſio, quam ad *Decian. d. reſp.* 7 tradit *Roce. diſp.* 20 *n.* 32 *& ſeqq.* & ad *Fontanell. dec.* 172 advertit *Barbat. in prop. d. cap.* 8 *n* 10, quod ſcilicet declarationem ex intervallo ſubſecuram nonniſi pluribus aliis coniecturis, & circumſtantiis corroboratam in ſuis caſibus ſatis dubiis, ac controverſis attendendam eſſe reſponderunt, quemadmodum etiam in ſuo caſu ita proceſſit, *Rot. dec.* 41 *par.* 16 *rec.* necnon *Larr. dec.* 33 ubi poſt longam ſeriem fundamentorum utriuſque partis ab eo relatorum; in fine tandem concludit, quod in ea quæſtione, an donatio intuitu nupriarum facta filios utriuſque Matrimonii comprehenderet, deciſio, dempta etiam declaratione, ad favorem filiorum primi Matrimonii emanare debuiſſet. Quinimmo gravioribus etiam coniecturis intervenientibus Donatoris declarationem reiecit, *Rota cor. Emerix. iun. d. dec.* 970 *n.* 14 *& per tot.* Et de feudo acquiſito pro ſe, & filiis, & deſcendentibus, quod pro patronato intelligeretur, & ſi cum aliquibus circumſtantiis addita ſint verba, quæ illud pro hæreditario declarare poterant, conſuluit *Iaſ. conſ.* 56 *n.* 26 *& ſeqq. lib.* 3 *Menoch conſ.* 161 *n.* 48 *&* 49 atque
55 in proximis terminis de ſubſtitutione maioris natu, quod non attenta poſteriori declaratione ad ulteriores deſcendentes a primo non trahatur *D. Palm. alleg* 47. *num.* 8. *& ſeqq. Dom Arrig. apud ipſum alleg.* 48. *n.* 14. *& ſeqq.*

Quæ

Quæ omnia etſi certa, adhuc certiora reddebantur, quia dato etiam, quod prædicta ſecunda donatio pro alterius præcedentis interpetratione deſervire debuiſſet, ad hoc ut deſcendentes proximioris de Familia Bacciorum ob clauſulam *in infinitum* eſſet extendenda, nihilominus, cum ex proximioris vocatione duplex oriatur quæſtio, prima an expiret in primo admiſſo; altera an admiſſis ipſius deſcendentibus deinde ad proximiorem tranſverſalem tranſitus fieri debeat, ut advertit *De Luc. de fideic. diſc.* 92. *n.* 2. & 3. ideo quia Dom. Boſtolus tam inſpecta perſona Donatoris quam Domini Fabii proximioris de familia primo loco ſubſtituti, atque ex ſuppoſito gravati, ultra decimum gradum reperiebatur, nec proximior coniunctus, nec agnatus amplius ad effectum ſuccedendi reputabatur, ut diximus, nec proinde in ſubſtitutione de proximiore coniuncto comprehenſus de quo tamen prius conſtare debebat, antequam de eius vocatione quæreretur, ut inquit *De Pont. conſ.* 154. *n.* 82. & *ſeqq. lib.* 2. non reſtagantibus verbis *in infinitum* in dicta ſecunda donatione poſitis, quæ in deſcendentibus a primo proximiore ſubſtituto æque bene verificati poterant, abſque eo quod ad illius tranſverſales trahærentur, ad ea, quæ per *Manſ conſ.* 453. *num.* 30. & *ſeqq.* & *Aloyſ. Caroel.* apud ipſum *conſ.* 455. *n.* 6. & *ſeqq.* atque in terminis primogenitutæ, quod ex verbis perpetuitatem inferentibus interpretanda ſit pro deſcendentibus a primo primogenito ſubſtituto, non autem pro ipſius tranſverſalibus, *Bardellon. conſ.* 95. *n.* 17. & poſt ipſum, atque alios *Rot. d. deciſ* 807. *n.* 1. & *ſeqq. par.* 18. *rec.* cum non implicet verba *in infinitum* ad ſubiectam materiam reſtringi, *Fuſar. conſ.* 9. *n.* 4. *Ganaver. conſ.* 1. *n* 130. *Torr. de maiorat. par.* 2. *qu.* 17 *num.* 17. *pag.* 92. *Cevr. dec.* 945. *n.* 3. *dec.* 300. *ſub n.* 28. *par.* 1 *rec.* cœterique apud *Manſ.* ubi ſupra. 56 57 58 59 60

Et cum Dom. Boſtolus ad ſui favorem purificatum fideicommiſſum prætenderet, propriam vocationem, clare, & evidenter demonſtrare tenebatur, *Peregr. de fideic. art* 1. *n.* 26. *art.* 11. *n.* 37. *Palm. d. alleg.* 47. *n.* 1. & *ſeqq.* alias contra ipſum etiam in dubio iudicandum erat, ne fideicommiſſum tamquam odioſum, & bonorum libertati repugnans facile extenderetur ad tradita per *Caſanatt. conſ.* 55. *in princ. Palm. ibi n.* 6. & *ſeqq. num.* 62. & 66. *alleg.* 48. *n.* 9. & 10. *Altograd. conſ.* 60. *n.* 51. & 52 *vol.* 1. *Torr. de maiorat. par.* 1. *cap.* 3. *n.* 207. & 246. & *var. iur. quæſt. tom.* 1 *de ſubſt. tit.* 2. *qu.* 29. *n.* 14. & *ſeqq. pag.* 351. & *qu.* 34 *n.* 18. *pag.* 313. *Manſ. conſ.* 103. *n.* 4. *tom.* 9. *Redenaſc. conſ.* 74. *num.* 92. ubi *n.* 97. merito fideicommiſſa ſeminaria litium appellat, *De Luc. de fideic. diſc.* 92. *n.* 24. cum cœteris allegatis per *Add.* 61 62 63

ad dec. 320 *n.* 1 *& ſeq. par.* 9 *rec.* & ſtrictius eum ageretur de con-
64 tractu, *Ramon. conſ.* 29. *num.* 21. *De Luc. ad Grat. cap.* 575. *in fin. Rota dec.* 473. *n.* 28. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Et ita utraque &c.

Andreas Farſettus Rotæ Audit. & Relat.
Io. Bonaventura Neri Badia Rotæ Audit.
Hieronymus Vieri Rotæ Audit.

DECISIO XXXII.

MONTIS SANCTI SABINI CENSUS

die 21. *Aprilis* 1718. *cor. Aud.* Io. Baptista de Cerretanis.

ARGUMENTUM.

EX centenario curſu temporis, in quo non apparet ſolutos fuiſſe fructus Cenſus creati per publicum Inſtrumentum, oritur ius debitori allegandi centenariam pro concludenda cenſus extinctione a iure admiſſa, tam adverſus hæredes creditoris, quam adverſus eius ſucceſſores in Fideicommiſſo. An debitor, qui ſubiecit bona ſua concurſui univerſali creditorum, remaneat dominus bonorum, & poſſit excipere adverſus creditores, vel ſpolietur actionibus tam activis, quam paſſivis. Cœtera habentur ex ſummario.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio Cauſæ.*
3 *Validitas ſententiæ educitur ex revolutione actorum.*
4 *Cenſus, pro quo per* 100. *annos non apparet fuiſſe fructus ſolutos, cenſetur extinctus.*
5 *Ratio huius concluſionis.*
6 *Hoc tutamen fuit amplexum in iure ad levamen ſucceſſoris bonorum, & ignari poſſeſſoris.*
7 *Hæc opinio eſt in quotidiano uſu in Tribunalibus.*
8 *Centenaria æquiparatur immemorabili.*
9 *Tali caſu centenaria facit præſumptionem iuris, & de iure pro extinctione Cenſus.*
10 *Centenaria dat ius allegandi omnem meliorem titulum de mundo ei, pro quo militat.*
11 *Centenaria dat ius allegandi ſolutionem.*

12 *Qui*

12 *Qui venit contra titulum centenariæ habet onus oſtendendi contrarium per demonſtrationes, non per præſumptiones.*
13 *Præſumptiones validantes Cenſus extinctionem enuncleantur.*
14 *Qui petit fructus a die creationis Cenſus, fatetur ipſos nunquam fuiſſe ſolutos.*
15 *Solutio præſumitur ex ſollicitudine debitoris in ſolvendo.*
16 *Necnon ex diligentia creditoris in exigendo.*
17 *Maxime dum res eſt inter ignaros ſucceſſores.*
18 *Centenaria, non ſolutio fructuum Cenſus concludit extinctionem, non præſcriptionem Cenſus.*
19 *Centenaria extinguit iura crediti, & ſolutionem concludit.*
20 *Centenaria eſt longiſſimum tempus, quod omnia renovat.*
21 *Præſcriptio 30. vel 40. annorum intrat in Cenſu.*
22 *Vide rationem.*
23 *Ex Cenſu extincto nulli debentur fructus.*
24 *Plura, quæ adducuntur contra centenariam.*
25 *Centenaria currit continuative contra quoſcumque privilegiatos, ut ſunt Pupilli, & Eccleſia.*
26 *Currit centenaria contra Fideicommiſſarios.*
27 *Centenaria non nocet Fideicommiſſario pro recuperatione bonorum alienatorum contra prohibitionem, ſed operatur contra eum pro titulo non prohibito.*
28 *In centenaria non demitur tempus intermedium informatorum, ſed continuative currit.*
29 *In centenaria non intrat exceptio malæ fidei.*
30 *Centenaria operatur etiam favore hæredis debitoris.*
31 *Negativa ſolutionis habetur ex eo, quod adnotata non reperitur in libro ſolito ſolutiones deſcribere.*
32 *Probationes adverſus centenariam debent eſſe concludentes, & indubitatæ, ut exeludant omne poſſibile.*
33 *Solutio refertur ad cauſam certam, potius quam ad incertam.*
34 *Scriptura privata in Iudicio concurſus facile habet ſuſpicionem antidatæ.*
35 *Tempus octuaginta annorum æquivalet centenariæ.*
36 *Præſumptionibus favorabilibus muniri poteſt is, qui ſe fundat in centenaria.*
37 *Imprudens eſt, qui habens pro ſe centenariam, allegat titulum.*
38 *Productio ad unum finem facta, non obſtat quoad alium.*
39 *Procurator nocet Principali in omittendo, non in committendo.*
40 *Procurator non nocet Principali allegando titulum, quando Principali prodeſt centenaria.*
41 *Debitor ſub concurſu remanet dominus bonorum, & actiones dirigere poteſt adverſus Creditores.*

1 Ominus Ioannes Maria Galletti uſque, ſub die 9. Novembris 1611. per publicum Inſtrumentum vendidit Vincentio de Cungis cenſum conſtitutum in propriis bonis pro ſumma ſcutorum 200. pro annua penſione ſcutorum 14. Mortuo ſub die 21. Auguſti 1636. Ioannes Maria, & ſucceſſive extincta linea de Cungis per mortem Reverendi Vincentii, iura, & bona dicti Vincentii ſenioris translata fuere in Nicolaum de Verdianis iure fideicommiſſariæ ſubſtitutionis in illius Teſtamento ordinatæ. Hic ergo ſub die 17. Auguſti 1715. deduxit in iudicium concurſus intentatum in Curia Montis Sancti Sabini a Ludovico, & fratribus de Gallettis pronepotibus ex filio Ioannis Mariæ hæc antiquiſſima iura cenſus, petendo tam ſortem, quam fructus uſque a die creationis eiuſdem, demptis tamen iis ſolutionibus, quæ hoc medio tempore potuiſſent extare. Hæc petitio, quæ uti fundata in publico Inſtrumento, iuri omnino conſentanea videbatur, ſucceſſive conflictu exceptionis valde ambigua devenit, itaut diſcuſſis iuribus hinc inde deductis coram Commiſſario Montis Sancti Sabini, is tandem ſub die 24. Auguſti 1717. Sententiam protulit, in qua ſilentium impoſuit dicto de Verdianis pro hoc cenſu; indeque Motivum ſane elucubratiſſimum edidit, cui Sententiæ eum Dominus de Verdianis non acquieviſſet, & appellationem interpoſuiſſet, cauſa ſub novo examine coram me devoluta eſt, ideoque ad rutinam revocatis fundamentis prolatæ Sententiæ, & Motivi, ac auditis Partibus denuo contendentibus de validitate, & iuſtitia iudicati, in
2 eam tandem opinionem deveniendum eſſe cenſui, ut præfata Sententia ſit omnino confirmanda.

Ratio confirmationis fundatur in eius validitate, & iuſtitia. Validitas educitur ex revolutione actorum ad formam præſcripti
3 in famigerata *dec. 262. par. 2. cor. Caputaq.* iuſtitia vero ex longo curſu temporis ultra centum annorum, qui defluxi ſunt a creatione huius cenſus uſque ad petitionem ſolutionis fructuum eiuſdem, abſque eo quod appareat, quod ab anno 1611. in quo creatus fuit cenſus, uſque ad an. 1715. interfuiſſet aliqua ſolutio fructuum, qua tam longa temporis intercapedine elapſa, hodie non dubitatur, & conſtanter tenetur, quod nulla adſiſtat amplius actio creditori cenſus pro conſecutione eiuſdem, vel pro annuis eius penſionibus, ut ultra authoritates Doctorum id expreſſe do-
4 centium, & ſignanter *Card. De Luca de cenſ. diſc. 20. n. 10* plurics, ac pluries firmavit Sacrum Tribunal Rotæ Romanæ for-

miter

miter diſcuſſo articulo; ut in individuo *dec. 60. cor. R. D. Anſaldo dec. 436. n. 8. cor. Pamphilo dec. 399. n. 7. par. 17. recent. Romana Augumenti Dotis, & Legatorum 4. Maii 1695. cor. Priolo, Sabinen. Fideicom. 22. Aprilis 1701. §. primus, & 12. Iunii 1703. § nec ad impugnandum cor. Caprar. & 28. Aprilis 1704. §. abſque eo quod coram Lancett. Callien. Liberationis a moleſtiis 24. Aprilis 1705. §. & ſane cor. Priol Cornetan. Cenſus 1. Martii 1706. cor. Eodem § nullius, ſeu Terræ Pontiani Cenſus 19. Aprilis 1706. §. abſque cor. Kaunitz, & in Neapolitana Cenſus 13. Decembris 1709. §. præcipuum cor. Lancett. & in Romana Cenſus 17. Iunii 1715. §. rurſus coram Scotto.*

Et quidem hoc ſumma cum providentia cautum fuit, & ea, qua decet Supremi Tribunalis conſideratione ſtabilitum evaſit, nedum fundando hanc opinionem ad ſenſum iuris, ſed etiam præ oculis habendo eam iuris prudentiam, cum qua reiectis leguleicis rigoroſiſſimis dicteriis, melius providetur publico bono, & privatorum indemnitati ſuccurritur. Quia nimis arduum viſum fuit, quod creditor, qui per longiſſimum tempus neglexit exi- 5
gere, & penitus petere fructus cenſus, poſſit inde in iudicium venire, & reviviſcere tam antiqua iura ſui crediti, & prætendere annuas penſiones per tot annos decurſas, & ita integrum Patrimonium debitoris abſorbere, quando ſi annuatim diligens fuiſſet in receptione, & exigentia fructuum, nulli incomodum præbuiſſet, & propria iura illæſa, atque immunia reddidiſſet, quapropter ad æquitatem, & iuſtitiam confovendam, iure merito, invaluit hæc opinio, qua mediante repellitur creditor cenſus a petitione ſui crediti, quando defluxit longiſſimum tempus memoriam hominis exceedens, in quo nunquam fructus exegit, 6
ita providendo indemnitati poſſeſſoris bonorum, & ignari ſucceſſoris, ut bene fatetur *R. D. meus Anſaldus in addit. ad deciſ. 60. ſub n. 19.* & ratiocinatur *Afflict. contr. 49. n. 31. & ſeqq.*

Fortius quia æquitativa hæc iuſtiſſima fundamenta, quibus 7
amplexis hodie invaluit quotidianus ſtylus iudicandi in Tribunalibus, ut teſtatur *idem Dominus meus Anſaldus in dicta addit. ad dec. 60. ſub n. 19.* radices ſuas eduxerunt a ſolidiſſimis iuris principiis undique ſervandis, ac cuſtodiendis, nam certum eſt in iure noſtro; quod quicumque per longiſſimum tempus curſum excedentem hominum memoriam non fuit requiſitus de ſolutione, itaut nihil ſolverit, & per centum annos immunis fuit a ſolvendo, & a petitione proprii debiti, iura ei præbent tale præſidium, ut ſucceſſores creditoris repellere inde poſſit, allegando extinctionem ſui debiti, vel alium titulum ei magis proficuum, & opportunum ad infringendam ſerotinam inſtantiam

præ-

8 prætensi crediti, quia centenaria, quæ in hoc æquiparatur immemorabili, ut ait *dec. 340. n. 39. dec. 343 n. 6. inter recollect. per Palm. tom. 4.* favore debitoris inducit non simplicem præsumptionem solutionis, & extinctionis census, sed præsumptionem iuris, & de iure pro hac extinctione concludenda
9 ut bene firmat ultra authoritates in motivo adductas, quod revidetur §. 1. *Menoch. conf. 90. n. 63. & seqq. ubi testatur de magis communi Bero conf. 115. num. 11. lib. 1. Menoch. præsumpt. 131. n. 50. Rota dec. 29. n. 53. par. 7. rec. Rota in Mantiss ad De Luca tit. de dote dec. 2. n. 19.* qua mediante, se valide tuetur, & defenditur ab omni petitione crediti. Iura namque nostra ita venerantur centenariam, ut concesserunt, ei qui ipsam
10 allegat, & in ipsa fundatur, ut possit allegare pro se quemcumque meliorem titulum de mundo, *Natta conf. 627. Bertazol. conf. 476. n. 21. Gallia conf. 44 num. 26. Roland. conf. 89 n. 17. lib. 2. Bonsatt. conf. 188. n. 54. Cyriac. contr. 622. Cancer. variar. cap. 4 n. 139. Rota inter recollect. per Palm. decis. 345. n. 10. & prius dec. 2. n. 54 Buratt dec. 875. num. 7 Rota cor. Ubago decis. 52. n. 4. & seqq. Rota dec. 268. n. 19. 20. par 12. dec. 155. n. 8. par. 16. dec. 194. n. 15. 16. par. 18. rec. Legionen. Parochial. 22. Iunii 1706. §. quibus cor. Kaunitz. Novarien Parochial. 22. Iunii 1705. §. & nihilominus, cor. Caprara & Rot. Florent. coram Domino meo de Comitibus dec. 45. n. 29. & in §. 1. n. 40. ubi relat. & in Florent. Commendæ 24. Septembris 1717. §. quo posito, &*
11 *seqq. cor. eodem*, & in individuo titulum similis solutionis *Rota in Mantiss. ad De Luca tit. de dote dec. 2. per tot.* & signanter *n. 21.*

Idcoque Doctores nostri adeo munitos credidere debitores census, pro quibus iam defluxit centenaria non facta solutio fructuum, ut eos liberavere ab onere probandi, quod vere non fuissent soluti ifructus census, fueruntque contenti, ut id allegent reservando solum iura prætenso creditori concludentissime iustificandi contrarium, non per præsumptiones, sed per indubitatas
12 demonstrationes, ut in individuo firmant *Aymon. conf. 111. n. 11 Paul de Castr. conf. 293. & conf. 298. vol. 2. Bald. conf. 135. lib. 3. Peregr. conf. 81. n. 10 vol. 2. bene Afflict. contr. 49. sub num. 34. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 16. n 41. Marc. Ant. var. resol. 5. n. 15. & n. 19. Merlin. Pignattell. lib. 1. cent. 1. controv. 44. n. 5. Cenc. de censib. qu 117. n. 7. Romana Census 17. Iunii 1705. §. non relevante cor. Scotto*,

Talem ergo demonstrativam probationem non fecit in actis Dominus de Verdianis, quia fundabatur dumtaxat in antiquo illo instrumento census, nullamque aliam efficacem demonstrationem ostendebat pro evertendis iuribus illorum de Gallettis, qui ad

abun-

abundatiorem cautelam, & citra neceſſitatem plura etiam deducebant ad confovendum, quod vere ſecuta fuiſſet hæc extinctio cenſus, & quod vere numquam pro eo ſoluti fuiſſent fructus.

Iuſtificatum quippe abunde remanet numquam fructus fuiſſe ſolutos pro hoc cenſu, nedum ex exhibitione libri, in quo ſolebant illi de Gallettis uſque de tempore proximo creationi cenſus curare, ut inſcriberentur apocæ de recepto, nec non ex innumeris aliis receptis exaratis in foliis volantibus, ex quibus numquam apparet aliqua ſolutio pro hoc cenſu unde oritur potentiſſima iuris præſumptio, quod vere nulla interceſſiſſet ſolutio pro hac cauſa, nam ſatis ex iis iuſtificatum apparet quod apud illos de Gallettis non exter aliud documentum id ſuadens, & quod vere non intervenerit aliqua ſolutio, dum adnotata non extat in Libro ſolito eas deſcribere, ut inferius ex auctoritate DD. firmabimus, & ſignanter in §. *hoc obiectum*. 13

At quod plus eſt, res remaner abſque dubio ex ipſamet confeſſione in actis exiſtente illorum de Verdianis, qui declaraverunt nullam interceſſiſſe ſolutionem pro hoc Cenſu, uſque a ſuo principio, nam in eorum libello petierunt fructus uſque a die creationis, quod omnino ſufficere pro concludenda non facta ſolutione fructuum Cenſus ad effectum conſovendi centenaria, & oſtendendi eius extinctionem, in terminis tenet *Rota in Romana Cenſus* 17. *Iunii* 1715. §. *ultraquamquod cor. Scotto*. 14

Nec relevare poteſt illos de Verdianis proteſtatio adiecta dictæ petitioni fructuum uſque a die impoſitionis Cenſus: quod ramen bonum facerent quid legitime demonſtrabitur ſolutum ad computum dictorum fructuum: quia ex hoc ſane inficiari nequit, quin exinde oriatur implicita confeſſio fructus numquam fuiſſe ſolutos, dum clare per verba dererminata ſe ſe dixere creditores fructuum uſque a die impoſitionis Cenſus per hæc clara verba prolata in eadem Scriptura in verbis adhærentibus, & adnexis huic proteſtationi „ ibi „ Natrar etiam qualiter dicti Domini Filii, hæredeſ- „ que Domini Angeli Mariæ iunioris dd. mm. & nn. atque me- „ diari hæredes dicti Domini impoſitoris, & venditoris Cenſus „ ſunt debitores, & reſpective dictus Dominus Comparens dictis „ modis, & nominibus eſt creditor fructuum Cenſus prædicti in „ ſumma decurſorum ab impoſitione Cenſus „ *Proc. illorum de Verdianis a c.* 2. tali namque caſu ſicuti proteſtatio bonificandi ſolutum, quando oſtendatur quod adſit, non rollit vim petitionis illorum de Verdianis emiſſæ pro conſecutione omnium fructuum uſque ad diem impoſitionis Cenſus, ita non enervat implicitam confeſſionem eorum, quod numquam fructus fuiſſent ſoluti, ut in ſimi-

similibus ratiocinatur *Rota in dicta Romana Census* 17. *Iunii* 1715. §. *non attenta cor. Scotto*.

Pariterque iustificatum fuit ex validissimis circumstantiis, quod iam vere, & realiter secuta fuisset solutio, & extinctio huius Census; nam illi de Gallettis citra necessitatem, & solum ad maiorem comprobationem assumpti, & pro validando titulo a centenaria procedente, produxerunt in actis quamplures apochas recepto, partim quatum extant in foliis volantibus, multæ vero etiam sunt inscriptæ in antiquo libello destinato pro asservandis talibus apochis de recepto; In tali ergo libro leguntur adnotatæ multæ apochæ exaratæ a variis creditoribus eorum de Gallettis, sed in specie in ipso scripserunt quoque ii de Cungis, & de Verdianis varias receptiones pecuniarum, quæ dietim solutæ fuere, hæc igitur tam ampla, libera, & sincera editio tantarum apocharum de recepto facta ab iis de Gallettis non modicam præbet præsumptionem, quod vere apud eos nulla extet alia apocha de recepto concernens solutionem fructuum huius Census, de quo nihil apparet in tantis documentis exhibitis, nam ex tanta mole documentorum exhibitorum insurgit eorum favore præsumptio, quod non occulrassent quicquam ad veritatem rei detegendam conservativum, & coherentem.

Attento maxime quia ex timatione talium, tantarumque apocharum bene dignoscitur, quod tam Ioannes Maria Galletti, quam eius hæredes erant valde solliciti de solutione propriorum debitorum, dum eos dimittere curabant sine iudiciali interpellatione, & amicabiliter sæpe solidabant cum suis Creditoribus, ut signanter constat, quod individualiter id facere cum illis de Verdianis, nam pro alio Censu creato in sorte scutorum 50. de anno 1611. inde de anno 1635. amicabiliter cum iis solidationem expleverunt *Proc. a* 17. *t.* & viceversa pariter constat, quod ii de Verdianis solliciti erant in exigendo ab illis de Gallettis, quia & victualia, & animalia, & pecunias dietim accipiebant, quæ omnia sane col-
15 limant ad præsumendam solutionem, & debiti extinctionem, ut de sollicitudine debitoris in solvendo tenent *Rocc. disp.* 155. *n.* 5 *Romana Pecuniaria super iuramento in litem* 11. *Martii* 1699. *&* 4 *Iunii* 1700. §. *his accedit, ubi concordantes cor. Muto. Firmana Dotis* 25. *Iunii* 1703. §. *elicitur cor. Molines, Romana, seu Camerinen. Immissionis* 12. *Ianuarii* 1705. *cor. Muto, Rot. Florent. lib. motiv.*
16 120. *a* 21. & de diligentia creditotis in exigendo *dicta Romana Pecuniaria super iuramento in litem* 11. *Maii* 1699. §. *oritur, &* 4 *Iunii* 1700. §. *quia, cor. Muto, Firmana Dotis, & Fructuum* 25. *Iunii* 1700. §. *elicitur cor. Molines, Rot. Flor. lib. mot.* 120. *a* 21.

Quæ

Quæ omnia facilius recipienda sunt, quia res hodie non est inter debitorem, & creditorem, vel inter saltem primos hæredes eorum, sed inter mediatos successores unuscuiusque, & inter personas omnino ignaras creationis, continuationis, & extinctionis huius antiqui crediti, quod multum concludere pro præsumenda 17
extinctione debiti in genere firmant *Rota cor. Dunozzet. iun. decis.* 612. *num.* 18 *Ansald dec.* 60. *num.* 7. *Camerinen. Immissionis* 12. *Ianuarii* 1705. §. *etenim cor. Muto*, *Rota Florentina lib mot* 120. *a* 21. & in specie, quod suadeat extinctionem Census, pro quo per tantum temporis lapsum non apparent soluti fructus, firmant *Cornetana Census* 1. *Martii* 1706. §. *& sane cor. Priolo*.

His ita stabilitis non credidimus officere ea, quæ a Defensoribus illius de Verdianis sedulo inculcabantur, & quidem sæpe deducta obiectio, quod cum agatur de Censu creato per publicum Instrumentum, non currat præscriptio adversus creditorem.

Quia reiectio actionis creditoris instrumentarii Census, cui obstat centenaria non solutio fructuum, non procedit quidem ab iure præscriptionis simpliciter, sed ab iure centenariæ, quæ non solum operatur in vim præscriptionis, sed vere concludit solutionem, & suadet realem extinctionem Census, ut supra probavi- 18
mus: Verum quippe est, quod inter effrenatissima præsidia, quæ præbet centenaria debitoris inest etiam ius præscriptionis ab ipso quoque exercibile, quandocumque ei prosit, quia centenaria dat ius utendi, & allegandi quemcumque titulum de mundo.

Tamen ad effugiendas altercationes, quæ circa effectum, & usum præscriptionis aliquando suscitari solent, sat est in casu nostro respondere, quod illi de Gallettis dum coram Iudice comparuerunt, & excipere voluerunt de nullitate actionis illius de Verdianis, non allegaverunt præscriptionem, sed centenariam, ex qua educitur fundamentum extinctionis Census ob tam maximum lapsum temporis, in quo staru rerum non est opus disceptare de præscriptione, quia Doctores quoque, qui favent obiecto, & denegant præscriptionem contra creditorem censuarium, tam libere 19
admittunt, quod centenaria extinguat iura crediti, & solutionem concludat, ut bene *Afflict. constr.* 49. *Ansald. in adnotat. ad eius dec.* 60. *sub num.* 19.

Verum, quod plus est, obiecta conclusio de præscriptione admittenda, vel repellenda in Censu extranea omnino est a nostra hypotesi, non solum quia illi de Gallerris non se se tuentur clypeo præscriptionis, sed extinctionis Census, ut diximus, sed etiam quia examen, & disputatio Doctorum certantium, ac contra creditum censualem intret præscriptio, & animadversiones favorabiles creditori a Doctoribus allatæ solum versantur circa centenariam,

nariam, quia si examinare volumus authoritates in hac re allegabiles, facile recognosci poterit omnes versari ad summum circa præscriptiones triginta, vel quadraginta annorum; verum nulla forsan allegabitur magistralis, & authoritativa opinio Doctoris, quæ deneget iura præscriptionis centenariæ favore debitoris Census; In aliis etenim præscriptionibus Doctores aliqui difficultare solent tam validum ius extinguendi titulum crediti obiiciendo plures exceptiones, vel malæ fidei, & initii vitiosi, vel interruptionis ob tempora demenda a cursu ordinario, vel ratione rei, vel personæ, quæ omnia non admittuntur adversus centenariam, quæ currit contra quoscumque, & quandocumque, & dicitur longissimum tempus vitæ hominis, quo totum quicquid sub Mundi machina regitur, renovatur, ut scribit bene *Emerix. decis.* 1139. *n.* 20 *6. Rota in Mantiss. ad De Luca tit. de dot. dec.* 2. *& in Cornetana Census* 1 *Martii* 1706. §. *verum cor. Priolo.*

Ultra quamquod non adeo etiam tuta est in iure abstractive quoque, & in genere, & separatim a casu nostro propositio in obiecto allegata, quod adversus creditorem instrumentarium Census non currat præscriptio triginta, vel quadraginta annorum, quin potius Iudex non possit amplecti contrariam sententiam, fretus forsan magno numero Doctorum, & motus efficacissimis rationibus, nam pro admittenda præscriptione etiam in Censu concludunt 21 *Bald. in tract. de præscript.* 4. *par. principal. quæst.* 1. *& seq. Cene. de censib. par.* 2. *cap* 1 *quæst* 1. *artic.* 2. *num.* 12. *& par.* 3. *cap.* 1 *quæst.* 8. *artic.* 2. *num* 3. *Rota post eum decis.* 1. *n.* 2. *& num.* 4. 5. *& dec.* 16. *num.* 9.

Et ratio est quia in venditione Census non intelligitur venditus ille Census materialis, idest pecunia ipsa, quæ annuatim solvitur, sed formalis, idest ius illud eam percipiendi, quod ius 22 est illud, quod præscriptione acquiritur, & extinguitur, ut dixit *Cene. de censib. par.* 7. *cap.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 2. *num.* 12. *Merlin. controv. for.* 44. *num.* 19. *Scopp. ad eumd. cap.* 44.

Nec dicatur, quod cum agatur de Censu creato per Instrumentum, saltem favore creditoris, solvendi sint fructus a triginta novem annis usque ad diem petitionis eorum, & successive in posterum, usque ad sortis extinctionem. Quia obiectum hoc sæpe inculcatur in terminis præscriptionum, & varie inter Doctores ultramontanos, & citramontanos decisum reperitur in discussione articuli a quo pendet, nempe an, & quando in Censu unica præscriptione actio ad fructus consequendos extinguatur, vel potius tot requirantur præscriptiones quot sunt anni, in examine cuius articuli non immoror, tamquam extranei a casu nostro, in quo illi de Gallettis non intendunt se defendere ab illis de Verdianis

cly-

clypeo præſcriptionis, ſed validiſſimo præſidio centenariæ muniti; iam habent Cenſum pro extincto, mediante ſolutione ab iure præſumpta, quod ſane ſufficit ad hoc, ut non ſit amplius locus ad ullam fructuum petitionem, quia ex Cenſu extincto nulli debentur fructus, *Card. De Luca de cenſ. diſc.* 25. *num.* 1. *in fin. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 951. *num.* 20. *Rota poſt De Luca de cred. in Mantiſſ. dec.* 7. *num.* 18. *& dec.* 50. *num.* 1. *ubi concord.* 23

Non obſtare quoque credidimus ſubſequentia obiecta deducta ex parte illorum de Verdianis, qui ſemper procedunt cum æquivoco, ſupponendo, quod ius illorum de Gallettis conſiſtat in præſcriptione, quando vere fundamentum illorum de Gallettis eſt in pura, ac mera centenaria, qua mediante diluuntur omnia, quæ in contrarium afferuntur, & ſignanter illa, quæ inculcabantur innixe in animadverſione, quod Nicolaus de Verdianis non ſit hæres illorum de Cungis, ſed tantum fideicommiſſarius, contra quam dicebant non intrare iura hucuſque adducta, & prærendendo quoque, quod neque operetur centenaria, ex animadverſionibus deductis in *Florentina Fideicommiſſi de Capponis* 11. *Septembris* 1713. §. *præterea lapſus centenariæ*, *cor. Dom. meo Bonfini*, *& in Florentina Immiſſionis* 13. *Maii* 1717. §. *nam quod attinet*, *cor. Dom. meo Fiſcali Venuti*. 24

Dum pro everſione obiecti ſat eſt recogitare nos non verſari in præſcriptione iuris fideicommiſſi, in quibus terminis alloquuntur allatæ authoritates, a qua hypotheſi valde remota eſt ſpecies caſus noſtri; aliud quippe eſt præſcribere adverſus Fideicommiſſarium iura fideicommiſſi, eique denegare actionem reivindicatoriam, & recuperationem bonorum male diſtractorum, aliud eſt præſcribere adverſus Fideicommiſſarium iure centenariæ titulum exigendi, allegando validam annullationem tituli; primo caſu intrant ſane omnia, quæ in authoritatibus in obiecto allatis afferuntur, & inſerviunt pro eviranda efficacia centenariæ, demendo ſcilicet tempora intermedia vitæ eorum, quæ excomputari ſolent, & plura alia admittendo, quæ ad enervandam vim præſcriptionis ſolent afferri etiam ad centenariam non admittendam; Secundo vero caſu ea, quæ adducuntur, locum non habent, quia probata extinctione Cenſus in vim centenariæ, ac habita ſolutione eiuſdem in vita eius, qui Cenſum conſtituit (dum etiam dum vixerat non fuerunt ſoluti fructus) certum eſt, quod ſuffocata ſunt iura, quæ militare nunc poſſent favore Fideicommiſſarii, & is caret titulo pro actione intentanda, quia dum fuit extinctus Cenſus, antequam Fideicommittens moreretur, iſque in vira ſortem Cenſus recuperavit, certum eſt, quod hæres, vel fideicommiſſarius univerſalis omnium etiam bonorum, nullum ius habet adverſus eum, qui

quondam debitor fuit, & mediante ſolutione iam ab obligatione ſe ſe liberavit, nam Fideicommiſſarius ius tantum habet in bonis, & iuribus ſibi relictis de tempore mortis Fideicommittentis, nec plus iuris habere poteſt, quam quod habuiſſet Fideicommittens, qui quidem nullum ius, nullamque actionem habere poſſet adverſus eum, qui iam facta ſolutione extinxit debitum, in quibus terminis, nempe quando agitur de inducendo a centenaria annullationem tituli, & concludendi ſolutionem debiti, certum eſt, quod non intrant iura, & animadverſiones a Doctores allatæ pro effugienda centenaria admiſſæ favore Fideicommiſſarii agentis tei vindicatione ad bona fideicommiſſaria non rite alienata; imo omnes Doctores admittunt, quod vere in tali caſu centenaria operetur cum omni efficacia, nullumque tempus intermedium ſit demendum, ſed currat contra quoſcumque continuatim, & proſit cuicumque, & quandocumque, itaut ſilere faciat omnes magis privilegiatos, ut ſunt Pupilli, & Eccleſia, ut in terminis Pupillorum firmant *Gloſſ magna in fin. in Leg unica Cod. ſi adverſ. uſucapien Romana Augumenti Dotis, & Legati impreſſ in Mantiſſ. ad De Luca tit. de dot dec 2. num. 9. & in fin. tit. 6. Tiburt. Caſtri Sambuci 12. Iunii 1711. §. & licet verſic. ſecus §. vindicata coram Aldrovando*, & in terminis Eccleſiæ *ſan. mem. Urban. VIII. in eius Conſtit 270 tit. de præiudicial. Eccleſ. Galleſ. in comment. ad dicta Conſtit. impreſſ. poſt tract de in integr. reſtitution. fol. 125. & ſeqq. Rota deciſ. 155 num. 10. par. 16. recent.* & in terminis *Romana Cenſus 17. Iunii 1715. §. quo poſito cor. Scotto*. Et in individuo, quod centenaria ſilere faciat ſimilia iura contra Fideicommiſſarios firmant *Cyriac. contr. 3. num. 63. Bonden. colluct. 29. num. 16. vol. 2. ibique relati*.

Authoritates vero in obiectum adductæ, omnes alloquuntur in terminis fideicommiſſi ad effectum non inducendi centenariam in præiudicium Fideicommiſſariorum ad recuperationem bonorum Fideicommiſſo ſuppoſitorum, cum expreſſa prohibitione ea alienandi relictorum tempore mortis, indeque a ſucceſſoribus in dicto Fideicommiſſo diſtractorum, quo caſu ſtante hac prohibitione alienationis Doctores admittunt, quod non interet centenaria pro alienatione ſubſtinenda, quia cum ſuum principium deſumat a perſona prohibita alienare, titulus etiam non eſt legitimus, & prohibitus, ut bene inter cœtetos air diſtinguendo *Peregrin. de fideicom. art. 41. num. 15. & alibi paſſim*. At in aliis materiis, in quibus eſt poſſibilis titulus non prohibitus, procedens a perſona prohibita, tunc certe effectum producit centenaria concludens, vel extinctionem tituli, vel aliud quodcumque melius præſidium favens eam alleganti; Cumque non verſemur in hac ſecunda ſpecie, centenaria præſumere

mere facit in caſu iſto ſolutionem, & extinctionem Cenſus, quia ſemper, & quandocumque erat permiſſum Ioanni M. Galletti, vel eius hæredi libere ſolvere, & cenſum extinguere, & propterea allegatio huius tituli tanquam poſſibilis, & non prohibiti produci poteſt a centenaria, & excludit quamcumque actionem in contrarium, 27
Cephal. conſ. 403. *n.* 62. *lib.* 3. *Peregrin. conſ.* 15. *lib.* 4 *Decian. conſ.* 24. *num.* 110. *lib.* 1. *Riminald. iun. conſ* 16. *num* 6. *Palm. alleg.* 203. *num* 691. *Fontanell. deciſ.* 217. *num.* 19. *& ſeqq. & in recent. deciſ.* 218. *num.* 51. *par* 6. *deciſ.* 29. *num.* 2. *par.* 7. *deciſ.* 253. *num.* 5. *& ſeq. par.* 13. & his relatis bene diſtinguendo concludit *Rota in Mantiſſ. ad De Luca tit. de dot. dec.* 2. *n* 2. *& ſeq.*

Minuſque obſtare diximus, quod cum agatur a Nicolao de Verdianis in Iudicio concurſus creditorum illorum de Gallettis, ideo non intret ius centenariæ non ſolutionis fructuum Cenſus, quia iſta tantum operetur favore Tertii poſſeſſoris bonorum, non autem favore Debitoris Cenſus, vel eius Hæredum mediatorum, vel immediatorum, in quibus una cum iure ſucceſſionis tranſit quoque vitium malæ fidei, quæ impedit initium præſcriptionis, & centenariæ.

Etenim animadverſum fuit, quod ſi vere procederent omnia obiecta ab illis de Verdianis inculcata, ius centenariæ nunquam daretur, & demendum eſſet hoc nomen ab albo Doctorum, nam ſi in ſenſu eorum iſta non currit, nec favore hæredum debitoris, nec contra fideicommiſſarios, nullus fere eſt terminus, in quo ipſa operari poſſit, & tamen Doctores omnes ita venerantur hoc nomen, tantamque venerationem habent huic iuridico titulo, ut iam conceſſerit ei, qui pro ſe allegat centenariam, ius allegandi omnem meliorem titulum de Mundo ſibi magis proficuum, ut iam diximus. Cæterum, obiectum hoc allegatum facile ſubmovetur a ſuo fundamento, reflectendo, quod vere hoc procedit, & locum habet in omnibus aliis minoribus præſcriptionibus non vero in terminis centenariæ, in qua non demitur tempus informatorum, 28
nam ſemel inchoata centenaria, continuative tempus curit, nec interrumpitur, ut ait *Rota in Mantiſſ. ad De Luca tit. de dote dec.* 2. *num.* 24. nec amplius conſideratur mala fides, quæ in debitore forſan fuerat, ſed omnia purgata conſiderantur a tam longiſſimo 29
tempore centum annorum, ut in terminis decidit *Rota Roman. cor. Emerix. dec.* 1139. *num.* 4. 5. 6. & bene concludit *Rota in Mantiſſ. ad De Luca tit. de dot. dec* 2. *num.* 12. Ideoque in computatione huius centenariæ non ſolum in caſu noſtro non eſt demendum tempus vitæ Ioannis Mariæ Galletti, qui Cenſum venoidit, ſed imo hoc tempus eſt illud, quod maius præbet argumentum extinctionis eiuſdem, nam vivente adhuc venditore Cenſus, is

non ſolvit penſiones per longum ſpatium triginta, & ultra annorum, nec fuit per hoc unquam pulſatus a creditore, ex quo educitur, quod vere ſtatim fuit extinctus Cenſus inter ipſofmet conſtituentes; ideoque excluditur etiam ſuppoſitum malæ fidei in debitore, ex qua vellent eruere impedimentum præiudiciale nedum ei, ſed etiam hæredibus pro removenda centenaria, quæ tantum abeſt, quod poſſit inficiari, quin potius indubitatum eſt, quod
30 ad differentiam minorum præſcriptionum, in quibus terminis inveni Doctores tenentes fundamenta obiecti, currit indubitanter favore hæredis debitoris, ut in individuo ad effectum inducendi Cenſus extinctionem, firmat *Cancer. variar. reſolut. par.* 1. *cap.* 15 *num.* 41. *in fin.*

Nihilque obſtare viſum fuit id, quod ſucceſſive ſuſcitavere defenſores illorum de Verdianis, qui cognoſcendo efficaciam centenariæ, animum revolverunt ad illius vim effugiendam, non amplius allegando antedictas iuris regulas adduci ſolitas pro enervandis iuribus præſcriptionum, ſed confugiendo ad obſervationes facti prætendendo, quod ipſa non adſit, & quod interrupta fuiſſet a ſolutione fructuum ad quem effectum ponderabant tres apochas de recepto productas ab illis de Gallettis, quæ ſunt anni 1631. ad 1634. addendo obſervationem expreſſionis exiſtentis in ſcriptura productionis earum, facta ſub die 11. Auguſti 1717. in qua adſunt hæc formalia verba „ ibi „ pro„ ducono un Libro di altre ricevute di diverſi caratteri, e „ perſone, alcune delle quali ſono concernenti l' intereſſe de' „ Cenſi di Caſa Cungi, e Verdiani, concernenti l' affare del „ Cenſo domandato dal detto Sig. Avverſario, *Proc. a 6.* „ vim faciendo in iis ultimis verbis, quaſi quod ex hac productione probetur ex confeſſione Partis, quod vere tales ſolutiones fuiſſent expletæ pro cenſu controverſo, & ita quod impediant vim centenariæ. Hoc obiectum ergo nec in facto, nec in iure ſubſiſtere viſum fuit. Non quidem in facto, ſive conſiderentur verba ſcripturæ productionis, ſive apochæ de recepto emiſſæ nomine Vincentii Cungi, qui cenſum ſcut. 200. creavit, ſive omnes aliæ ſimiles Apochæ in actis exiſtentes. Nam quantum attinet ad expreſſiones appoſitas in ſcriptura productionis, non educitur ex iis, quod Defenſores illorum de Gallettis confiteantur apochas pereutere ſolutiones controverſi Cenſus, ſed ſolum dicunt productionem factam fuiſſe cohærenter diſputationi cenſus controverſi, nam ipſam fecere ad demonſtrandum, quod vere in actis exhibebant omnes apochas de recepto, quæ in manibus illorum de Gallettis exiſtebant congruenter ad negocia omnia uſque tunc habita cum illis de Verdianis, inter quas

nulla

nulla aderat apocha de receepto verificativa exiſtentiam huius prætenſi cenſus ſcut 200. & in tantum dixerunt „ concernenti „ l'affare del Cenſo domandato „ in quantum ex productione ipſarum bene confovebant prædictam eius extinctionem, nam oſtendebant, quod illi de Gallettis erant vigilantiſſimi in ſolutione aliorum debitorum, quæ vere exiſtebant favore illorum de Cungis, & de Verdianis, quaſi quod ſi hoc etiam in eſſe fuiſſet, pro eo quoque diligenter ſolviſſent. Hæc igitur facta productio apocharum cohærenter rationibus convalidativis non exiſtentiam prætenſi Cenſus, & quæ quidem facta fuit ad effectum concludendi extinctionem eiuſdem; non eſt ergo aliter interpetranda, ut contra intentionem producentis det anſam inſiſtentiæ Partis, ſed imo debet concludere aſſumptum eas exhibentis nempe demonſtrando quod nulla interfuit ſolutio pro Cenſu ſcut. 200. quia in libro producto, & inter apochas exhibitas, ubi extant aliæ apochæ de receepto inter illos de Gallettis cum iis de Cungis, & de Verdianis, nulla adeſt earum, quæ appareat facta in cauſa huius Cenſus, conſtans etenim, & recepta eſt hæc concluſio, quod remaneat probata negativa ſolutionis eo ipſo, quod adnotata non reperitur in iis libris, in quibus ſimiles ſolutiones ſolitæ ſunt deſcribi, *Hercolan. de negat. n. 168. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 139. n 20. Palm. alleg. 75. n. 27. Rota coram Celſo dec. 268. n. 11. & cor. Duran. deciſ. 368. n. 39. 40. & cor. Buratt. dec. 73. n. 12.*

Non minus vero obiectum in facto corruit ex individuali ponderatione apocharum de receepto, quæ extant in actis conſcriptæ ab anno 1631. ad annum 1634. factæ favore Vincentii de Cungis emptoris Cenſus, ex quibus ii de Verdianis educere prætendunt everſionem titulis extinctionis erutæ a centenaria; nam iſtæ apochæ non ſunt factæ a Vincentio, ſed ab eius fratre, & nil aliud dicunt, niſi hæc præciſa verba, nempe illa ſignata ſub die 20. Ianuarii 1631. quæ ita ſe habent „ io „ Angelo Cungi ho ricevuto dal Sig. Gio. Maria Galletti a conto di „ mio Fratello Vincenzio Cungi lire 46. e 10. ſoldi in un Porco „ di libbre 290. che tanto monta a lire 16. il cento, & in fe„ de &c. „ aliæ ſub die 16. Iunii 1634 ita dicunt „ io Ange„ lo Cungi ho ricevuto a conto di M. Vincenzio mio Fratello „ dal Sig. Gio. Maria Galletti lire 31. in un Poreo avuto 1633. „ di libbre 185. & in fede. E più l'anno 1633. due Porei „ l'uno di libbre 126., e l'altro di libbre 137. montano „ lire 39. „

En igitur, quod iſtæ apochæ nullam explicant cauſam ſolutionis, nec ab ipſis deducitur, an eorum vigore Io. Maria Galletti

ſolvat debitum, vel potius Angelus Cungi nomine fratris recognoſcat debitum favore illius de Gallettis ob iam factam ipſi conſignationem animalium; Impoſſibile ergo credidimus ex iis educere probationem concludentem ſolutiouum fructuum cenſus ſcut. 200. de quo in ipſis nulla fit mentio, nec ſumma, quæ ex eis apparet ſoluta, ullam habet correſpondentiam cum fructibus, qui annualiter fuiſſent debiti in vim prætenſi cenſus, ut clare patet; cumque ad evictionem tituli derivantis a centenaria, & contra præſumptionem iuris, & de iure, quam ipſa inducit pro concludenda extinctione non ſufficiant quidem generice probationes, ideo hæc omnia reiecimus, & pro nihilo habendas eſſe credidimus, quia Doctores noſtri clare monent, quod adverſus tam tutum præſidium a centenaria derivans non admittantur etiam præſumptiones, ſed neceſſarium ſit ei, qui contra titulum erutum a centenaria venit, iuſtificare concludentiſſime contrarium per claras demonſtrationes integram probationem facientes, itaut excludant omne poſſibile, *Ioſeph de Roſa conſ.* 12. *ſub n.* 47 *verſ. niſi contraria De Luca de fideicomm. diſc.* 264. *n.* 6. *& ſeqq. Rota dec.* 29. *n.* 52. *par.* 7. *rec. Romana augumenti dotis, & legatorum* 4. *Martii* 1695. *cor. Priolo* quæ eſt *in Mantiſſ. ad De Luca tit. de dot. dec.* 2. *n.* 19. 20. *& Rota Noſtr. in dicta Florentina Commendæ* 1717. § *quoniam & §. præſertim.*

Et eo magis corruit in facto obiectum ex animadverſione aliarum apocharum de recepto in actis exhibitarum, quæ omnia ſane ſuadent in aliam cauſam ſolutionem ceſſiſſe, quam in illam cenſus ſcut. 200. quia nedum de illo non alloquuntur, ſed ulterius ſunt conſcripræ a perſonis de domo de Verdianis, non de Cungis, & ideo poſſunt habere quidem cauſam relativam ad cenſum ſcut. 50. cantantem in creditum illorum de Verdianis numquam vero poſſunt adaptari ad cenſum creatum a Vincentio de Cungis; ſed quod plus eſt, ex remotione ipſarum indubitanter apparet, quod vere ipſæ non percutiunt cenſum controverſum creatum de anno 1611. per publicum Inſtrumentum pro annuo fructu ſcut. 7. pro centenario, nedum quia in dictis apochis numquam hic cenſus enunciatur, & viceverſa in maiori parte ipſarum refertur titulus crediti longe diſtantis ab hoc cenſu, ſed etiam quia dictæ apochæ de recepto etſi ſint pro maiori quantitate in foliis volantibus, tamen multæ ipſarum ſunt deſcriptæ in quondam Libro tento ab illis de Gallettis pro conſervatione apocharum de recepto, in quo continuative reperiuntur expreſſæ ſolutiones factæ, ex eo igitur clare patet, quod non legitur ulla apocha de recepto, in qua exret enunciativa ſolutionis pro hoc cenſu, & viceverſa ex pluribus

ex

ex dictis apochis habetur, quod ſub die 9. Novembris 1611. extat alter cenſus creatus per Scripturam privatam ſcriptam manu Ioannis Mariæ Galletti ſorte ſcut. 50 favore illorum de Verdianis, in quam cauſam ſubſequuntur ſolutiones, ut apparet ex apochis ſæpe conſcriptis cum expreſſione relativa ad hunc cenſum in ſorte ſcut. 50. ut conſtat ex *Proc. a 16. & ſeq.* illorum de Verdianis; cum ergo iſtæ ſolutiones factæ cum expreſſione rituli alterius cenſus ſint continuativæ ad illas apochas, in quibus non eſt expreſſio rituli crediti, & correſpondeant ipſis quoad ſummam ſolutionis, nec non concludant paucas ſolutiones, magis correſpondentes fructibus cenſus ſcut. 50. quam cenſui ſcut. 200. nulli dubium eſt, quod potius ſunt referibiles ad illud debitum, in quod clare ceſſerunt explicitæ aliæ ſolutiones, & de cuius exiſtentia non dubitatur, quam ad aliud debitum numquam inter Partes recognitum, vel expreſſum, & de cuius exiſtentia non apparet; ſolutio namque ſemper ſolet re- 31
ferri ad cauſam certam potius, quam ad incertam, ex deductis per *De Luca de cred. diſc. 44. n. 10. & per Rot. apud Merlin dec. 507. & dec. 741. cum aliis apud Adden. ad Buratt. dec 541. §. verum.*

Potiſſime attento, quod de anno 1635. ſub die 23. Decembris 1635. ut ex dicto *Pr. a 17. t.* clare patet, quod inter illos de Gallettis, & inter illos de Verdianis interfuit quædam diſpunctio creditorum, & ſolidatio cum expreſſione reliquatus inter ipſos, ibique enunciatur quidem cenſus ſcut. 50. numquam vero fit mentio de alio cenſu ſcut. 200. & tamen valde improbabile eſt, quod ſi hic adhuc extaret, numquam de eo inter Partes facta fuiſſet mentio, præcipue ſi pro eo interfuiſſent ſolutiones; non eſt etenim valde probabile, quod illi de Verdianis ita cauti fuiſſent relevare reliquatum cenſus minoris, nihil vero curaſſent de maiori, quod vere multum veriſimilitudinis præbet, quod uſque tunc ipſi ſcirent cenſum ſcut. 200. creatum per publicum Inſtrumentum extinctum fuiſſe eadem die ſuæ creationis; & viceverſa fuiſſe creatum aliud per Scripturam privatam in ſumma ſcut. 50. in cauſam cuius omnes ſolutiones illorum de Gallettis factæ fuiſſent; hæc quidem omnia facile nobis ſuadent iura centenariæ non apparentis ſolutionis fructuum pro d. cenſu ſcut. 200. quæ tribuit illis de Gallettis ius ita ſupponendi in vim iuridicæ facultatis ipſis impertitæ, allegandi in vim eius omnem ſibi magis proficuum titulum de Mundo, ex iuribus ſupra allatis.

Non attenta replicatione, quod non exter in actis ulla apparentia huius reductionis, quia imo apparet de identitate duorum cenſuum in ſorte valde diſcrepantium, quorum ille in ſorte ſcut. 200. eſt creatus favore illorum de Cungis, alter in ſorte ſcut. 50

eſt

est creatus favore illorum de Verdianis, nec repugnet, quod ambo creati sint sub eadem die cum diversis personis; nam a Defensoribus illorum de Gallettis replicabatur, retorquendo has animadversiones, ponderando scilicet improprietatem, seu inverisimilitudinem constituendi duos census sub eadem die, & propulsando pariter difficultatem derivantem a diversitate personarum, cum alia reflexione, quod non est impossibile, quod illi de Verdianis sicuti successerunt in bonis illorum de Cungis, ita ipsi recepissent solutionem census creati in sorte scut. 200. pro summa scut. 150 & pro residuali summa scut. 50. novassent obligationem, creando novum censum, & ad præservationem hypothecæ usque in diem creationis antiqui census, cuius erat sors diminuta, feciſſent privatam Scripturam signaram sub die 9. Novembris 1611. in qua die fuerat per Instrumentum creatus alter census novatus, & extinctus, quam præsumptionem non inopportune educebant ex qualitate privatæ Scripturæ, sub qua fuit confectus census, quæ sæpe subiacet suspicioni antidatæ, signanter cum simus in iudicio
32 concursus aliorum creditorum, ut ponderat *Sanch. a Melo tractat. de iudic. credit. qu.* 11. *per totum Salgad. Labyrint. credit. par.* 2. *cap.* 30. *num.* 77.

In iure non minus corruit obiectum, quia in casu etiam, quo illæ apochæ de recepto, quæ in Processu illorum de Verdianis extant a 17. exaratæ ab Angelo Cungi sub diebus 20. Ianuarii, & 14 Februarii 1631. nec non 16. Iunii 1634. cum iis intermediis pluries allegatis; & in quibus neque adest titulus, pro quo solutio facta sit, ideoque referri prætenditur ad censum in sorte scut. 200. nihilominus istæ non sufficerent ad enervandam vim lapsus longissimi temporis sufficientis ad inducendam præsumptam extinctionem huius census, nam ab anno 1634. ad annum 1715. in quo iudicialiter petita fuit eius solutio, iam interceſſerunt 80. anni, intra quod temporis curriculum iam Rota Romana, & Tribunalia admiserunt præsumptam extinctionem census, animadvertendo, quod sufficit ad hoc longa temporis intercapedo 60. vel 70. annorum, ut in terminis dixit *R. P. D. meus Ansaldus dec.* 60. *n.* 6. quia vis non stat in præscriptione, sed in effluxu longissimi temporis, in quo non sint soluti fructus, ex quo præsumitur, quod vere census fuisset extinctus, quo stante Rota Romana non stetit in aritmetica computatione annorum usque ad numerum adamussim centum, sed contenta fuit lapsu temporis longissimi, unde appareat quod vere non possit haberi memoria huius extinctionis, & sicuti hodie hominum vita brevissima est, ita stabilitum fuit, quod sufficiat ad id concludendum cursus 60. vel 70. annorum, quapropter iustissimum erit in casu nostro id admit-

mittere in lapſu etiam 80. annorum, ut de tempore huic proximo, nempe annorum 83. deciſum fuit in *Cornetana Cenſus* §. *& ſane* 1. *Martii* 1706. *cor. Priolo*, & in terminis 80. annorum firmavit *Rota in Gallien. Liberationis a moleſtiis* §. *& ſane* 24. *Aprilis* 1705. *cor. Priolo*. 35

Nihil demum obſtant aliæ enunciativæ a Procuratore illorum de Gallettis factæ in actis, in aliquibus Scripturis, & ſignanter in illa exhibita ſub die 7. Ianuarii 1716. & 13. Ianuarii ciuſdem anni per quas videtur dicere, quod cenſus in ſorte ſcut. 200. fuiſſet redactus ad ſortem ſcut. 50. prætendendo ex hoc enervare titulum centenariæ, mediante hac præſuppoſita confeſſione Partis reſtrictæ ad titulum reductionis cenſus.

Quia pluribus reſponſionibus hoc obiectum eliſum remanſit, prima quatum eſt, qnod non revocatur in dubium, quin vigeat cenſus in ſorte ſcut. 50. inter illos de Verdianis, & illos de Gallettis, qui cenſus ex confeſſione Partis emiſſæ in ſolidatione anni 1635. *Pr.* illorum de Verdianis *a* 17. *t.* originem ſuam trahit ab obligatione expleta ab Ioanne Maria Galletti per privatam Scripturam de manu eius ſubſcriptam ſub eadem die 9. Novembris 1611. in qua die fuit creatus cenſus ſcut. 200. per publicum inſtrumentum; & ſicuti pro cenſu ſcut. 200 nunquam fructus ſoluti fuere, & viceverſa pro cenſu ſcut. 50. fructus annualiter vel in parte, vel in totum ſemper fuerunt vel ſoluti, vel recogniti, hinc eſt, quod allegatio ſequutæ reductionis cenſus ſcut. 200. ad ſummam ſcut. 50. non eſt allegatio tituli diverſi ab eo, in quo inſiſtebatur, deducti a centenaria, quod cenſus ſcilicet ſcut. 200. ſuiſſet extinctus; nam eumdem effectum extinctionis operabatur quoad eum centenaria non ſolutio fructuum, quam reductio ſortis, & novatio contractus ciuſdem, facta ſub eadem die ſuæ creationis; non eſt etenim impeditum ei, qui ſe fundat in ſolutione cruta in vim centenariæ corroborare hunc titulum præſumptionibus conſequutivis, & coadiuvantibus hanc iuris interpretationem, immo ex iis indubitantius concluditur aſſumptum, ut videre eſt in Deciſionibus ſuperius allatis, & ſignanter in *dec.* 436. *n.* 8. 9. *cor. Pampbil. Callien. Liberationis a moleſtiis* 14. *Aprilis* 1705. §. *& ſane cor. Priolo Cornetana Cenſus* 1. *Martii* 1706. §. *verum cor. Priolo*. 37

Ponderando maxime, & hæc eſt ſecunda reſponſio ad obiectum Partis, quod ſi Procurator illorum de Gallettis allegaſſet hanc reductionem ad titulum, ut defenſores illorum de Verdianis conantur prætendere, recedendo a ſolida cauſæ defenſione derivante ab iuribus centenariæ, rem prorſus delictuoſam commiſiſſet, & eum *Card. De Luca tit. de indic. diſc.* 96. *n.* 21. *& diſc.* 38

dise. 97. n. 7. & de emphyt. dise 65. n. 5. mererentur redargui labe imprudentiæ, & ſtultitiæ; unde ad evitandam hanc ſuppoſitionem, omnis poſſibilis interpretatio ſumenda eſt, nempe intelligendo, quod ipſi hanc expreſſionem reductionis cenſus allegaſſent, in quantum per ipſam convalidabatur centenaria quoad effectum concludendi extinctionem cenſus ſcut. 200. quo poſito non inde poteſt fieri ius in allegatione tituli, niſi quantum ex ea magis convalidetur aſsumptum coherens extinctioni cenſus deductæ a centenaria, & eum hac ſola intentione, & ad hunc finem tantum credendum nobis eſt, quod Procurator inculcaſſet reductionem cenſus ſcut. 200. in ſorte, & creationem novi cenſus in ſorte ſcutorum 50. quo ſtante non poteſt ex hoc argui, quod illi de Gallettis fuiſset præiudicatum circa effectus immemorabilis, & centenariæ, quia intrat regula, quod pro-
38 ductio ad unum finem facta, non obſtat quoad alium, & diverſum, ex *Grat conſ. 14. n. 17. lib. 1. Rota cor. Seraphin. deciſ. 377. n. 5. & in rec. dec. 285. n. 4. par. 2. rec.*

Addendo demum, quod ſi hæc expreſſio in vim tituli præiudicialis centenariæ habenda eſſet, nihilominus hoc minime præiudicare poſſet illis de Gallettis, multoque minus eorum creditoribus concurſus intentati in Curia Montis Sancti Sabini quia independenter ab omni allegatione tituli competit ipſis validiſſimum tutamen undique certum a centenaria erutum, ideoque non potuit Procurator eorum ipſis præiudicare, hoc titulum negligendo, vel ei reculando vel ipſum ita intervertendo, quicquid enim eſſet ſi principalis mediante aſſertione alterius tituli in actis perſonaliter ita declaraſſet, vel ſpeciale mandatum ad hoc Procuratori dediſset, certum eſt, quod non potuit Procurator alias nocere principali in committendo, ſcilicet in allegando in actis titulum præiudicialem ſuo Principali, quia un-
39 dique recepta eſt diſtinctio, quod Procurator noceat Principali in omittendo, non vero in committendo, ut bene *Bald. in cap. 1 col. 2. & litt non conteſt. Ridolphin. in prax. cap. 6. num. 114. Rota cor. Gregor. dec. 75 n. 1 Adden. ad eumd. n. 4 & dec. 282 n. 9. Surd. dec 151. n. 16. & alibi paſſim dec. 294. in fin. coram Burati.* & in ſpecie, quod allegatio alterius tituli facta a Procuratore ſine ſpeciali mandato ſui Principalis, non noceat Prin-
40 cipali, qui fundatur in beneficio centenariæ, *Rota cor. Ludoviſ. dec. 403. n. 11. dec. 285. ſub n. 4. verſ. accedit par. 2. Rota dec. 44. n. 9. par. 10. rec.*

Tandem non intrare obiectum credidimus, quod in iudicio in quo ſumus, ſcilicet concurſus creditorum, intentato ab iis de Gallettis, non ſit curanda exceptio centenariæ deducta a debi-

bitoribus, quia cum ipſi iam per ceſſionem bonorum ſuorum amiſiſsent dominium, & actiones activas, & paſſivas, nec agere, nec conveniri poſſint, ideo eorum non ſit in iudicio hæc iura exercere. Quia obiectum ſæpe deductum in ſimilibus caſibus 41
ſemper reiectum extitit ex eius iuridica inſubſiſtentia, quam fuſe oſtendit, *Salgad. Labyr. credit. par. 1. cap. 14. & n. 22. & ſeqq.* nam certum eſt in iure debitorem cauſantem concurſum, & bonis cedentem, nec actiones activas, & paſſivas amiſiſſe; Sed ei, & in eum dirigi, & libere exerceri, & agi poſſe, ac ſi non ceſſiſſet, & per conſequens ipſum poſſe excipere contra creditores de non ſubſiſtentia crediti, vel de eius extinctione, quia nec dominium, nec proprietatem bonorum amiſit, interim pendente iudicio concurſus, & quouſque cum effectu iuxta Sententiam graduationis bona ſua vel diſtrahantur, ut ex pretio creditoribus ſatisfiat, vel inter eoſdem iuxta debiti menſuram dividantur, diſtribuantur, & finaliter adiudicentur Iudicis Sententia, & determinatione finali, ut bene concludit *Text. in Leg. is qui bonis 3. ff. de ceſſion. bonor.* „ ibi „ is, qui bonis ceſſit ante rerum venditionem, utique bo„ nis ſuis non caret, quare ſi paratus ſit ſe defendere, bona „ eius non væneunt „ *& Leg. quem pœnitet, ff. eodem tit. & Doctores in dicta Leg. 3.* ubi *Bartol & Angel. & ex Leg. 2 Cod eod. tit. Bartol. Salicet. & Caſtrenſ. Cappella Tholoſan. qu. 134. Burnus de ceſſione bonorum qu. 15. principal. per tot. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 9. n. 50. Petrus Gregor. in ſintagma iuris lib. 22. cap. 11. n. 2 par. 3. Weſſembec. in paralit. dicta Leg. is qui n. 6. Gaſpar. Manſ. in patrocin. debit decad. 2. qu. 9. n. 60.* quos refert, & ſequitur *Salgad. Labyrint. credit. par. 1. cap. 14. n. 31. 32. 33. & num 50. & ſeqq.* bene *Amat. dec. 93. per tot. Paſqualig. de virib. patr poteſt. par. 2. cap 9. n. 57.*

Cumque aliis obiectionibus tam in facto, quam in iure bene ſatisfactum fuerit in Motivo, quod revideatur, ita ad illud me remitto.

Et ita utraque &c.

Ioannes Baptiſta de Cerretanis
Iudex primar. appell. Montis S. Sabini.

DE-

DECISIO XXXIII.

FLORENTINA PECUNIARIA

29. Martii 1719. cor. Aud. IACOBO DE COMITIBUS.

ARGUMENTUM.

PLures in hac Decisione afferuntur casus, in quibus emens a Fisco non acquirit securitatem a molestiis creditorum anteriorum ad limitationem *Text. in Leg. bene a Zenone Cod. de quadrien. præscript.* & concord & explicatur Statutum Florentinum *libr. 2. rubr. 99.* & aliud *lib. 2. rubr. 57.* nec non Lex Unionis Magistratuum Capitaneorum Partis, & Officialium Fluminum de die 18. Septembris 1549.

SUMMARIUM.

1 *Officium, & Congregatio Farinarum habet Iura Fiscalia, prout omnes alii Magistratus Civitatis Florentiæ.*

2 *Item Magistratus DD. Novem.*

3 *Item Mons Communis, seu Graticularum.*

4 *Emens a Fisco bona incorporata præcedentibus proclamatibus statim tutus est a quibuscumque Creditoribus hypotecariis.*

5 *Prout emens a Magnis Etruriæ Ducibus, vel aliquo Magistratu Florentino.*

6 *Limita primo respectu Creditoris censuarii, qui de tempore subhastationis erat satisfactus de fructibus. Contra* n. 8. *Declara ut* n. 9.

7 *Sors Census repeti potest in Iudicio concursus universalis, secus in venditione pignoris particularis, & de ratione.*

10 *Maxime si de tempore subhastationis remanebant bona sufficientia pro securitate Creditoris Census.*

12 *Limita secundo regulam de qua supra* num. 4. *in absente a loco Proclamatum, & de ratione* num. 11.
In absente probabilis est ignorantia num. 11.

13 *Hoc tamen Mantuæ non observatur ob Leges particulares.*

14 *Sublimita limitationem, si distantia a loco Proclamatum modica sit.*

15 *Sufficit enim quod Creditor sciverit, vel scire potuerit bona sui Debitoris publice subhastari.*

16 *Declara sublimitationem, ut absentia per decem milliaria non dicatur modica.*

17 *Immo*

17 *Imma ſufficere ad hunc effectum permanentiam extra Civitatem, vel Locum, ubi publicata fuerunt Edicta.*

18 *In Edictis reſpicientibus factum Civitatis ſufficit abſentia a Civitate, in reſpicientibus factum Diœceſis ſufficit abſentia a Diœceſi.*

19 *Amplia ut nec noceat quod quis ſit loco vicino, niſi ſolitus ſit converſari in loco, ubi fuit publicatum Bannum. Contrariæ auctoritates declarantur* num. 23.

20 *Fiſcus vendere nequit Iure Creditoris ſine ſubhaſtatione.*

21 *Amplia etiam ſi vendat rem tanquam ſuam.*

22 *Et hoc expreſſe diſponitur a Statuto Florentino.*

24 *Limita tertio regulam de qua ſupra* num. 4. *in bonis Clericorum. Lex bene a Zenone Cod. de quadrien. præſcript non comprehendit Clericos eorum bona etiam patrimonialia* ibidem.

25 *Item non procedit in rebus Eccleſiæ.*

26 *Nec in Patrimonio Eccleſiaſtico, ad cuius titulum quis fuit ordinatus.*

27 *Bona aſſignata in Patrimonium Clerici beneficii naturam ſortiuntur, & gaudent privilegiis conceſſis bonis Eccleſiæ.*

28 *Florentiæ viget obſervantia, ut etiam Clericis comparcant in Iudiciis incorporationis, & venditionis bonorum factæ a Fiſco.*

29 *Declaratur hæc praxis procedere in Clericis ſponte comparentibus, & in citationibus excitatoriis, non vero in præceptivis, & arctativis* & n. 30.

31 *Limita quarto regulam, de qua ſupra* num. 4. *cum Fiſcus vendit Iure Creditoris, non vero Iure proprio.*

32 *Iure proprio vendere dicitur, cum vendit ex cauſa confiſcationis.*

33 *Limita quinto cum Fiſcus promiſit Emptori pretii reſtitutionem in caſu moleſtiæ, vel alia pacta privatam utilitatem reſpicientia in Inſtrumento appoſuit.*

34 *Limita ſexto cum venditio facta fuit ſalvis Iuribus alienis, vel ſine aliorum præiudicio.*

35 *Conſtitutio Zenoniana eſt exorbitans, & in dubio contra illam reſpondendum.*

36 *Et ob tot limitationes quas patitur, hodie numquam fere in praxi locum obtinet.*

37 *Statutum Florentinum lib. 2. rubr. 99. diſponit venditionem factam auctoritate Communis Florentiæ adeo valere, ut poſſeſſor amplius moleſtari nequeat.*

38 *Eiuſque diſpoſitio procedit in omnibus Magiſtratibus Civitatis Florentiæ.*

39 *Non afficit Clericos ex defectu poteſtatis.*

40 *Nec comprehendit abſentes, & ignorantes, nec Fiſcum vendentem Iure Creditoris.*

41 *Statuta recipiunt paſſivam interpretationem a Iure Communi.*

42 *Aliud Statutum lib. 2. rubr. 57. diſponit, quod ſequuta adiudi-*

catione bonorum debitoris per Iudicem prævijs proclamatibus Creditor poſt annum amplius non audiatur.

34 *Excipiuntur tamen in eodem Statuto abſentes a Civitate, Territorio, & Diſtrictu Florentiæ.*

44 *Unum Statutum recipit declarationem ab alio magis clare, & ſpecifice loquente.*

45 *Referens recipit declarationes, & limitationes contentas in relato.*

46 *De Lege Unionis Magiſtratuum Capitaneorum Partis, & Officialium Fluminum, qui tractent remiſſive.*

47 *Lex quoque prædicta comprehendit ſolum venditiones factas a Fiſco Iure proprio, non autem Iure Creditoris.*

USque de anno 1619. Laurentius Bonaiutus impoſuit annuum cenſum favore Ioannis Baptiſtæ Pini, cum fideiuſſione, imo verius principali obligatione Ioannis Monteclati, qui ex poſt exercuit Officium Camerariatus Congregationis ſuper taxa, & gabella macinatus, & farinarum; Cumque ingens ex hac cauſa debitum contraxiſſet Proviſor Generalis gabellæ præfatæ incorporati iuſſit bona ipſius, eaque ſucceſſive vendi mandavit, prævia tamen publicatione edictorum, ſeu proclamatum, quibus omnes creditores, ſeu intereſſe habere prætendentes in bonis incorporatis admonebantur, ut intra certum terminum comparerent ad deducendum iura ſibi ipſis competentia ſub comminatione, quod dicto tempore elapſo perpetuum ſilentium non comparentibus imponeretur.

In ſequelam dictorum proclamatum die 16. Auguſti 1637. fuerunt vendita Iacobo Raffaellio duo Monteclari debitoris prædia pro prætio ſcutorum 3030. contra quem egit Dominica cauſam habens ab emptore cenſus, & ex poſt Alexander, & Fratres de Scalis eius ſucceſſores pro obtinenda ſatisfactione cenſus præfati tamquam creditores anteriores Officio dictæ Gabellæ, & Sententiam favorabilem in hac audientia me referente a Congregatione ſuper taxa, & gabella farinarum obtinuerunt.

Licet enim Officio, ſeu Congregationi peæfatæ ſuper hoc fiſcali introitu Sereniſſimi Domini Noſtri ſpecialiter deputata competat omnia, & ſingula privilegia, quibus gaudet Fiſcus, ut favo-
1 re omnium huius Civitatis Magiſtratuum deciſum fuit in *dec. Flor.* 50. *n.* 14. *& ſeqq & n.* 29. *&* 30. *cor. Me, & in Florentina Præſentionis* 22. *Februarii* 1717. *art.* 2. *pariter cor. Me*, §. *quam vigore, nunc impreſſa deciſ.* 115. & præter addu&ta in *d. deciſ.* 50. *n.*
2 20. quoad Magiſtratum DD. Novem *Anſald conſ.* 43. *ſub n.* 32.
3 de Monte Communi, ſeu Graticularum *Anſald. d. conſ.* 43. *n.* 32

do

de Religione Divi Stephani ultra relatos in *d. dec.* 50 *num.* 22. *in additionibus ſecundis ad tit.* 5. *cap.* 8. *Statutorum eiuſdem Sacræ Religionis n.* 18 hæc habentur „ e per facilitare la riſcoſſione dei „ crediti della Religione, ha il Sereniſſimo Gran Duca dichiara- „ to, che alla ſua Religione di S. Stefano ſi competa il medeſi- „ mo privilegio, e braccio, che ſi compete a' Magiſtrati di Fi- „ renze, e di Siena, & al Fiſco ancora dell' A. S. Sereniſſima, „ e quelli medeſimi, che gode l' Azienda di S. A. non ſola- „ mente in materia della riſcoſſione dei crediti, ma in ogni altra „ generalmente „

Et conſequenter videretur dicendum venditionem ab eodem Officio per viam publicæ ſubhaſtationis peractam ad favore Domini de Raffaellis de bonis debitoris dicti Officii ex cauſa exactionis præfatæ taxæ fuiſſe validam, & invulnerabilem, ita ut Emptor a quibuſcumque Creditoribus eiuſdem Debitoris, utcumque anteriori hypotheca munitis amplius moleſtari non poſſit; Ea ratione, quia ubi Fiſcus vendit prævia incorporatione, & proclamatione cum certo termino aſſignato Creditoribus ad agendum tunc dicto tempore elapſo, & venditione ſequuta Emptor manet ſecurus ab omnibus Creditoribus, qui ius pignoris, vel amiſſum, vel remiſſum nequeunt amplius exercere, ut publica fides haſtæ fiſcalis tuta, & inviolata reddatur, iuxta *Textum in Leg. ſi hypotecas. & Leg ſi eo tempore 6. Cod de remiſſione pignorum, Caſtrenſ. in Leg. final num.* 4. *Cod ſi adverſus Fiſcum, Neguſant de pignorib. membr.* 3 *par.* 6. *num.* 25 *Peregrin. de Iure Fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 199. *& libr.* 6 *tit.* 4. *num* 20. *Gait de credit. cap.* 4. *quæſt* 12 *num.* 2165. *Maſcard de probation concluſ.* 1173. *n.* 28. *&* 30. *Guazzin de confiſc concluſ* 17. *num.* 1. *fol. mihi* 101 *Acoſt. de privileg. creditor regul.* 2. *ampliat.* 7 *num.* 117. *&* 119 *Odd de reſtitut. in integr. quæſt.* 97. *num.* 15. *& ſeqq. Farinacc de delictis, & pœnis quæſt* 25. *num.* 181. *Merlin de pignorib. lib.* 4. *qu.* 109. *num.* 57. *Caball. reſol. crimin. caſ.* 233. *ex num.* 1. *Fabr. in Cod. lib.* 8. *tit.* 15. *definit* 2. *Mangil de evict. quæſt.* 171. *num.* 1. *& ſeqq Olea de ceſſion. iur: tit.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 27. *Maſſin. de confiſc. quæſt.* 41. *num.* 28. *fol.* 232. *& quæſt.* 48. *num.* 7. *fol* 286. *Carleval. de Iudic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 23. *num.* 4. *& ſeqq.* ubi plura iura concordantia allegat *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 99. *num.* 21. *Poſth. de ſubhaſt inſpect.* 54. *num.* 30 *De Marin. reſol.* 336. *num.* 29. *lib.* 1. *Polit. de præeminent. regiar. audient. tom.* 1. *tit.* 8. *cap.* 15. *num.* 9. *fol.* 221. *Gob. conſult.* 51. *n.* 5. *& ſeq. lib.* 2. *& in Leg. bene a Zenone quæſt.* 1. *num.* 3. *& ſeqq.* ubi plures citat, *& quæſt.* 2. *num.* 84. *& ſeq. Laurent. dec Avenionen.* 17 *num.* 1. *Fontanell. dec.* 221. *n.* 15. *& ſeqq. Sperell. dec.* 184. *n* 1. *& ſeqq.*

& ſeqq. Rot. poſt De Luc. de credit. in Mantiſſ. dec. 49. *num.* 1. &
5 in præciſis terminis diſtractionis factæ a Sereniſſimis Magnis Erruriæ Ducis, vel a Fiſco Florentino, aut alio Magiſtratu iura fiſcalia habente *Soccin. ſen. conſil.* 46. *num.* 14. 16. *&* 17. *lib* 4. *Barbat. conſil.* 27. *per tot. lib.* 4. *Sfort. Odd. conſil.* 99. *num.* 1. *& ſeqq. Aldobrandin. conſil.* 83. *num.* 12. *& ſeqq. & num* 36. *lib.* 1. *Fatinell. reſponſ.* 76. *num.* 9. *&* 10. *Rot Noſtr. deciſ.* 24. *num.* 47. *& ſeqq. inter impreſſ. cor. Me, ubi alii adducuntur.*

6 Attamen rheorica hæc in ſuis terminis vetiſſima viſa non fuit Dominis præſenti hyporheſi applicabilis ex pluribus; & primo, quia de anno 1636. tempore, quo fuit facta prima citatio edictilis dictus R. D. de Pinis cum non eſſet creditor agere nequibat, ut ad limitationem dd. Iurium *Rot. poſt De Luc. de credit. in Mantiſſa dict deciſ.* 49. *num.* 2 *& ſeqq.* ea ratione, quia de fructibus Cenſus erat ſatisfactus, & ſors eiusdem Cenſus erat irrepetibilis,
7 cum non ageretur de diſtrahendo totum, & integrum Patrimonium Debitoris in univerſali Iudicio concurſus, ſed unicum Prædium ad inſtantiam unius Creditoris, quibus in terminis non permittitur repetitio ſortis Cenſus, & hoc ideo procedit, quia in concurſu univerſali formato per Debitorem conſenſus iſtius inſervit loco disdictæ, & declararionis animi; in Iudicio autem particulari, in quo Debitor non eſt Actor, ſed tanquam Reus convenitur nullo modo conſiderari, vel præſumi poteſt inſtauria, ſeu voluntas ipſius Debitoris Cenſum redimendi, ut ponderat *Salgad. labyr. credit. par.* 1. *cap* 19. *n.* 16. *& ſeqq. & alii paſſim.*

Non obſtantibus authoritatibus contrariis firmantibus, quod
8 huiuſmodi Bannimenta, & publicæ ſubhaſtationes comprehendant, & afficiant Creditores, utcumque improprie, in diem, vel ſub conditione, ut in puncto Creditoris ex cauſa annui Cenſus *Peregrin de iur. Fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 202. *verſ. rurſus, Guazzin. de confiſcat concluſ.* 17. *num.* 13. *&* 14. *Maſſin. cod. tract. qu.* 41. *num.* 52. *Amat reſol.* 11. *num.* 16. *&* 17. ubi plurimos alios citat *Gob. conſult.* 52. *num.* 9. *& ſeqq. & num.* 16. limitans ſolum *num.* 10. Creditores conditionales, qui a Statuto Loci præſervantur, ſubdens id diſponi etiam a Statuto Florentino, & Piſtorienſi, *Olea de ceſſion. iur. tit.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 36. *& in addit. ad dict. num.* ubi adducit concordantes, *Rot Noſtr. apud Catan. dict. dec.* 14. *n.* 27. *Rot. Rom. poſt De Luc. de credit. in Mantiſſ. d. dec.* 49. *n* 4.

Prædictæ enim authoritates, vel loquuntur quando adeſt Lex
9 particularis in loco id præcipiens; vel in creditore omnia ſciente non in ignorante; vel procedunt in bonis venditis per Fiſcum tamquam propriis, & ad ipſum ſpectantibus, non in illis, de quibus agitur iure Creditoris a Fiſco alienatis; vel procedunt quando

ſumus

ſumus in Iudicio univerſali concurſus; non vero in venditione bonorum in publica ſubhaſtatione ad inſtantiam unius, vel plurium Creditorum; iſto enim caſu Emptor ſecurus non eſt nec creditor anterior, qui certus eſt, & citatus non fuit ius ſuum amittit, ut declarat *Olea de ceſſion. iur. tit. 4. dict. quæſt. 2. num. 27. & ſeqq. & num. 36. & in addit. ad num. 29. & 36.* & in his terminis Concurſus univerſalis, & incorporationis omnium bonorum loquitur *Rot. Noſtr. apud Catan. dec. 14. ſub n 30.*

Signanter quia in caſu noſtro ſatisfactis creditoribus de tempore dicti proclamatis concurrentibus, remanebant bona ſufficientia pro ſecuritate cenſus; in quibus terminis creditor non poteſt 10
ſortem repetere; quidquid ſecus forſan dicendum foret ſi creditoribus diverſas executiones petentibus, & diſtractis bonis debitoris pro eorum creditis, totum Patrimonium debitoris inter creditores poſteriores diſtribueretur, itaut non ſupereſſent bona ex quibus in poſterum ſatisfieri poſſet creditor cenſus; quo caſu ne ille in futurum periclitaretur poſſet creditor ſortem principalem repetere, ut diſtinguit *Olea de ceſſ. iur. tit. 4. qu. 2. in addit. n° 37. Rota Noſtra apud Catan d. dec. 14 n. 30.*

Secundo theorica ſupradicta locum habere non poteſt in caſu noſtro, in quo R. D. Ioannes Baptiſta de Pinis creditor tempore promulgationis edictorum habitabat prope Civitatem Prati, & præciſe in Ædibus Parrocchialis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Capezana pro exercitio curæ animarum, uti perpetuus rector illius; Qui locus a Terra Piſciæ, ubi edicta publicata fuerunt per 22. milliaria circiter diſtat: Ac propterea cum creditor cenſus non fuerit præſens in loco bonorum, ubi proclamata publicata, & bona ſubhaſtata fuerunt, nullum præiudicium eidem irrogare po- 11
tuit taciturnitas, & non comparitio; Quia cum in abſente probabilis ſit, & præſumatur ignorantia, in individuo *Soccin. ſen. in alia Cauſa Florentin. d. conſ 46. n. 24. il p in fin. lib 4 Turrett. de alio Bannim. Magni Ducis loquens conſ. 13. n. 2. & 3. lib. 1. Roland. a Valle conſ. 64. n. 34. lib. 2. Farinacc. fragment. crim. par. pr. verb bannimenta n. 36. Aſin. de execut §. 6. cap. 42. ſub n. 2 Borgnin. Cavalcant. dec. 17. n. 38. par. 1. Sperell. deciſ. 184. n. 5. Rota Noſtra apud Menoch dec. 7. n. 22. & ſeqq.*

Ex hoc capite preſervatum abſenti remanet omne ius adeo ut etiam lapſo tempore quandocumque agere poſſit adverſus Fi- 12
ſcum eiuſque emptorem pro ſuo credito, ut litteraliter legitur in dicta Lege ſi eo tempore „ ibi „ ſi eo tempore, quo præ„ dium diſtrahebatur programmate admoniti creditores, cum præ„ ſentes eſſent, ius ſuum exequuti non ſunt, poſſunt videri obli„ gationem pignoris amiſiſſe „ & notant ibi Scribentes omnes,

Soccin. ſen. conſ. 46. *n.* 24. *&* 27. *lib.* 4. *Roland. a Valle d. conſ.* 64. *n.* 33. *&* 34. *lib.* 2. *Alex. Turamin. in Leg. non puto par.* 3. *qu.* 2. *n.* 28. *& ſeqq.* ubi quod hæc opinio eſt æquior, & ſequenda, *ff. de iur. fiſc. fol. mihi* 250. *impreſſionis Venetæ ann.* 1606. *Peregrin. de iur. fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *ſub n.* 20. *verſ. ſed contra quod abſentibus compendioſa hæc præſcriptio non noceat, Maſſin. de confiſc. qu* 41. *n.* 46. *Aſin. de execut.* § 6. *d cap.* 42. *per totum, & cap.* 49. *n.* 1. *& ſeqq. Fatinell. d. reſp.* 76. *n.* 42. *Gob. in Leg. bene a Zenone Cod. de quadriennali præſcriptione qu.* 2. *n.* 85. *& ſeqq. & qu.* 3. *n* 37. *&* 38. ubi declarat, & pluribus congeſtis *conſ.* 52. *n.* 2. *&* 3. ubi quod hoc procedit de iure, ſed non obſervatur
13 Mantuæ ob leges particulares, *Laurent. dec. Avenionen.* 17. *ſub n.* 3. *verſ. alio igitur modo, & ſub n.* 5. *verſ. nam ſi iuxta ignorantia, Sperell. dec.* 184. *n.* 6. *Cavalcan. d. dec.* 17. *n.* 37. *par.* 1. & ſuper alio Bannimento Sereniſſimi Magni Ducis ſcribens *Turrett. d. conſ.* 13. *n.* 1. *& ſeqq. lib.* 1.

Haud relevante quod cum proclamata facta fuerit diverſis temporibus, & annis, plurieſque reiterata in Terra Piſciæ, & in
14 Civitate Piſtorii in publicis Emptoriis Creditor parum diſtans a dicta Civitate ſcientiam proclamatum commode habere potuerit, cum iſta innoteſcere poſſint etiam abſenti; ut pluribus relatis firmat *Mangill. de ſubhaſt. qu.* 65. *n.* 12. *Poſth. eod. tract. inſpect.* 29. *num.* 61. *& ſeqq.*

Ac proinde negligentia in comparendo operatur, ut creditor amplius audiri non poſſit; Ad hunc enim effectum ſat eſt creditorem ſciviſſe, vel ſcire potuiſſe bona ſui debitoris publice ſubhaſtari, ad hoc ut amplius agere nequeat adverſus emptorem iure haſtæ Piſcalis omnino ſecurum, ut ſcribunt *Peregrin. de iur. fiſc. lib.* 6. *d. tit.* 4. *n.* 20. *Turamin. de iur. fiſci par.* 3. *qu.* 2. *n.* 28. *Larrea alleg. fiſc.* 43. *n.* 13. *Gob. in d. Leg. bene a Zenone qu.* 2. *ſub num.* 88.

Cum enim bona de quibus agitur alienata fuerint in Terra Piſciæ vigore proclamatum, tunc temporis ibidem publicatorum, curandum non eſt de bannimentis, & diſtractionibus bonorum per plures annos poſt factis in Civitate Piſtorii; Cœte-
16 rum diſtantia creditoris ab utroque loco bannimentorum ſufficiens eſt in præſenti ad effectum de quo agitur; Poſito enim quod præfata Eccleſia Parrocchialis diſtet a Terra Piſciæ ultra viginti milliaria, & a Civitate Piſtorii ultra decem hoc ſufficit; Nam ignorantia, quam in abſente preſumi probatum eſt ſupra, §. *Secunda theorica*, non requirit quod abſens ſit in Partibus remotiſſimis, ſed ſatis eſt Pinum permanſiſſe extra iuriſdictionem Piſcien. & Piſtorien. in loco remoto bannimentis: ſufficere enim

per-

permanentiam in ſubiecta materia extra Civitatem, vel locum, ubi publicata fuerunt edicta, & Territorium Diœceſim, ac di- 17
ſtrictum illius diſponitur in Florentino Statuto, de quo infra §. *eumque*, & eſt etiam de iure, ut in propria noſtra materia firmant *Alex. conſ.* 31. *n.* 5. *lib.* 5. *Roland a Valle d. conſ.* 64 *n.* 33. *&* 34. *lib.* 2. *Eugen. conſ.* 87. *lib* 2. *Gilian. ad Statut. Peruſinum* § *Bannimenta in annot. n.* 2. *Maſſin. de confiſcat. qu.* 41. *num.* 47. *Farinace. fragment. crimin. par.* 1. *verb. Bannimenta n.* 37. *& ſeqq.* ubi quod ſi bannimenta reſpiciunt factum Civitatis ſuffi- 18
cit abſentia a Civitate, ſi factum Diœceſis ſufficit abſentia a Diœceſi, *& n.* 40. ubi quod nec ſatis eſt, quod quis ſit in loco vicino, niſi ſolitus ſit converſari in loco, ubi fuit publica- 19
tum bannum, *Aſin. de execut.* §. 6. *d. cap.* 42. *n.* 1. *&* 2. *Borgn. Cavalcan. d. dec* 17. *ſub n* 38. *par.* 1.

Minus obeſſe valet, quod ſuperius deducta procedant in terminis privatæ alienationis factæ per Fiſcum; Non vero quando præcedentibus edictis ad excitandos alios Creditores in publica ſubhaſtatione rem ſui debitoris diſtraxit, ut ſibi ſatisfaceret, tunc namque Creditores, qui non comparuerunt, amplius non audiuntur adverſus emptorem, vel Poſſeſſorem rei venditæ quamvis illam habuerit a Fiſco iure creditoris diſtrahente.

Diſtinctio enim hæc eſt contra aperta iuris principia, quibus 20
cautum eſt Fiſcum non poſſe vendere rem iure creditoris ſine ſubhaſtatione, ut clare diſponit *Textus in Leg.* 1. *&* 2. *Cod. de fide inſtrum. & iur Haſtæ Fiſcalis lib.* 10 *& Leg. ſi quis fundum, Leg ſi deſerta Cod. ſi propter public penſit. Petrus Barboſ. in dicta Leg.* 1. *ſub n.* 54 *verſ.* & inde infertur *& n.* 55. *& ſeqq.* ubi
quod eadem ſubhaſtatio requiritur ſi Fiſcus vendat rem tamquam 21
ſuam, & teſtatur de vetiori, & adducit, & declarat contrarios *Cod de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum Peregr. de iure Fiſci lib.* 6. *dict. tit.* 4. *n.* 4. *&* n. 5. *verſ. quarto intervenire debent, & ſeqq Mangil. de evict. dict. qu.* 17. *num.* 13. 15. *& ſeqq. De Luca ad Gratian. diſcept.* 907 *n* 7 *verſ. pariter Gob. in dict. L. bene a Zenone qu.* a *n* 70. *& ſeqq.* ubi quod hoc etiam diſponitur in Statuto Florentino, *& n* 83. 22

Neque contrarium ſuadent auctoritates in obiecto allegatæ, 23
quia aut loquuntur de creditore ſciente venditionem factam a Fiſco, & tacente, prout ſunt, *Peregr. de iure Fiſci dict. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 20. *Larrea alleg. fiſcal.* 43. *n.* 13. *& antea n.* 1. „ ibi „ „ & eo præſente vendita domo „ aut procedere poſſent quando abſens parum a loco bannimenti diſtaret, vel eſſet ſolitus reverti ad Civitatem, & locum bannimenti, vel ſi ibi poſt breve tempus rediit, & permanſit, vel ſi abſens notitiam eius

quod

quod in proclamate continetur a præsentibus habuisset, vel si ignorantia esset crassa, & supina, aut si versaremur in concursu universali creditorum, qui afficit etiam absentes, & ignorantes ut declarant *Farinacc.* ubi supra *Asin. de execut.* §. 6. *cap.* 42. *sub n.* 2. *fol. mihi* 343. inter tractatus *diversor. de execut.* aliæque auctoritates mox citare § *cum enim*.

Præterea ex alio non minus claro fundamento obtinere de-
24 bent Domini de Scalis, quia nempe Ioannes Baptista de Pinis de tempore venditionis factæ erat Clericus, cuius creditum Zenoniana constitutio, ea huiusmodi edicta ob iurisdictionis defectum non comprehendunt, *Soccin. sen in alia Causa Florentin. dict conf.* 46. *n.* 14. *lib.* 4. *Gabriel commun. concl. lib.* 5. *de acquirend. possess. concl.* 2. *n.* 19. *Afflict. in prælud constit Neap. qu.* 14. *n* 3. *& seqq. Cyriac contr.* 463. *n.* 39 *Castill. controv. lib.* 2. *cap* 5. *n.* 28 *& seqq. Hermosill. ad Leges Hispan.* 53. *lib.* 5. *par.* 5. *Gioss.* 2. *n.* 2. *Gob. in dicta Leg. bene a Zenone qu.* 3. *n.* 3. *& seqq. & dict consult.* 51. *n.* 33 *& plenissime consultat* 54. *n.* 23. *& per tot. & conf.* 76. *n.* 26. *& seqq.* ubi quod ita fuit Mantuæ a Senatu iudicatum *Sperell. dict. dec.* 184 *n.* 14. *& seqq.*

Idque ipsum clare elicitur ex eodem *Textu* in dicta *Leg. bene a Zenone* „ ibi „ cum omnia Principis intelligantur „ quæ verba adaptari nullo modo valent ad bona, & effectus Clericorum etiam patrimoniales, cum in istis Princeps Laicus nullam habeat iurisdictionem & potestatem, ut considerat in prædictis nostris terminis *Sperell. sepæ citata dec.* 184. *n* 15.

Signanter quia super censu de quo agitur constitutum fuit Patrimonium ad cuius titulum dictus Reverendus Dominus Ioannes Baptista de Pinis ordines Sacros suscepit; proindeque sicut
25 dispositio dictæ *legis bene a Zenone* non procedit in rebus Ecclesiæ, *ad Text. in canon. quicumque* 12 *qu.* 2. *& ibi Gloss. in cap.* 2. *de reb. Ecclesiæ non alienand. ibique Hostiens. n.* 1. *Abbas n.* 5. *& conf.* 3. *n.* 8. *lib.* 1. *Zabbarell. n.* 2. *Anchoran. n.* 3. *Anania n.* 5. *Imol. sub n.* 2. *Soccin. sen. dict. conf.* 46. *n.* 14. *& 15. lib.* 4. ubi de alienatione facta a Fisco Florentino, *Barbat. cit. conf* 27. *n.* . *vers. & si quispiam dixerit Amice lib.* 4. ubi pariter de alienatione facta a Fisco Reipublicæ Florentinæ, *Turamin. in dict. Leg. non puto par.* 3. *qu.* 2. *num.* 18. *ff. de iur. Fisci fol. mihi* 248. *impressionis Venetæ anni* 1606. *Cyriac. dict. controv.* 464. *n.* 38. *Gabriel. de acquirend. possess dict. concl.* 2. *num.* 18. *Mart. de iurisdict. par* 4. *cap.* 48. *n.* 24. *Petra de fideic. qu.* 14. *num.* 152. *Caldas de empt. & vendit. cap.* 12. *n.* 27. 28. *& 33. & qu. forens. lib* 2. *cap.* 29 *n.* 14. *& seqq. Peregrin. de iur. Fisci lib.* 6. *dict. tit.* 4. *n.* 18. *vers.*

verſ. undecimo limita, Gob. in dicta Leg. bene a Zenone dict. qu. 3. n. 1 & ſeqq. & dict. conſ. 54. n. 23 & per tot. & conſult 76 n. 26. & ſeqq. Laurent dict. dec. Avenionen. 17. n. 3 verſ at ſi ageretur de re eccleſiæ Sperell. citat deciſ. 184. n. 9 & ſeqq. & num. 16. & ſeqq.

Ita locum habere non poteſt in patrimonio, cum quo Clericus fuit ordinatus, ut in individuo tradunt *Ciarlin. contr. 22. n.* 26
28. *Genuen. practicabil. Eccleſiæ qu. 157 ſub num. 1. Gob. in dicta Leg. bene a Zenone qu. 3. n. 4. & ſeqq. Sperell. dicta dec. 184. n. 17. & plurib ſeqq.*

Bona enim ad quorum titulum Clericus Eccleſiaſticos ordines ſuſcepit gaudent privilegiis conceſſis Eccleſiæ bonis ex quo 27
beneficii naturam ſortiuntur illiuſque loco ſuccedunt, *Gob. in dict Leg. bene a Zenone citat. qu 3. ſub n. 4. & pleniſſime proſequit. Sperell dict dec 184. ſub n 17. & ſeqq.*

Minime relevante, quod in hac Curia ab antiquiſſimo tempore invaluerit inconcuſſa obſervantia, quod Clerici creditores compareant in Iudiciis incorporationis, & venditionis bonorum factæ per Fiſcum, tam ex cauſa confiſcationis, quam crediti ſuper 28
Patrimonio ſui Debitoris prævia generali citatione omnium intereſſe habentium, ſicuti de hac praxi Florentiæ vigente originaliter teſtatur *Caſtrenſ in Leg teſtamenta num 7. Cod. de teſtament.* ubi ita Florentiæ conſuluiſſe dicit *Sabell in ſumma §. Clericus num. 53. & & in praxi univerſali § citationi num. 63 Rot Noſtra poſt eum in ſumma t 1 in fin cap. 7. n. 90. & ſeq. Surd dec. 26. n. 1.*

Quoniam cum Bannimenta huiuſmodi continentia comminationem, quod ſi intra certum terminum intereſſe habentes non compareant amittant iura, & actiones, quas habent in rem proclamita, imponendo eis perpetuum ſilentium, ſint preceptiva, & coarctativa, Clericos afficere non poſſunt, ut articulo mature diſcuſſo, & adductis pluribus concordantibus magiſtralirer firmat *Gob dict. conſ 54. num. 23. & per tot.* ubi plures rationes, & fundamenta huius opinionis adducit, *& num. 57. & ſeqq. & num. 77. & ſeqq.* ubi reſpondet omnibus rationibus, & auctoritatibus contrariis, & *num. 84. & 85.* ubi quod non potuit invenire cautelam, per quam Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ huiuſmodi cridis imponentibus perpetuum ſilentium affectæ remaneant, & in fine teſtatur favore Clericorum, & Perſonarum Eccleſiaſticarum fuiſſe iudicatum a Senatu Mantuano, *& conſult. 76. num. 13. & 14. & n. 26. & ſeqq.* ubi pariter in fine teſtatur ita fuiſſe iudicatum a Senatu aliique ſupertus citati §. *præterea*.

Contrariæ vero auctoritates loquuntur, & procedunt in caſu, quo Clericus ſponte compareat, & citatio ſit excitatoria, non 29

arcta-

attativa, ut declarat in obiecto allegatus *Sabell in summa dict.* §. *Clericus num.* 53. *& in practica universali* §. *citationi num* 63. & explicat etiam contrarios *Gob. dict. consult.* 54. *num.* 76. *& seqq. & dict. consult.* 76. *num.* 27. ubi quod si Clerici comparent pro uno credito non possunt vigore huiusmodi edictorum excludi ab alio crediro, pro quo non comparuerunt.

Quarta ratio, ob quam non intrant leges denegantes DD. de Scalis audientiam in eo consistit, quod non fuit alienata substantia Principis, vel Fisci, sed Dominus Provisor Officii super Taxa, & Gabella Farinarum Prædiq Monteclari debitoris distraxit iure Creditoris, quo casu emens a Fisco tutus non est; ea ratione,
31 quia quando Fiscus rem Debitoris apud se existentem tamquam sui debitoris effectum pro consecutione sui crediti alienat, in his terminis magis Debitor, quam Princeps, & Fiscus vendere intelligitur proindeque tali modo emens privilegia Fisci non consequitur, ut distinguunt *De Marin. resol.* 18. *sub num.* 62. *lib. pr. Gratian. discept* 907. *num.* 19 *&* 20. ubi quod dicitur vendere rem tanquam suam quando vendit iure confiscationis, *Larrea allegat. fiscal.* 22. *num.* 66. *& seqq. & alleg.* 43. *num* 12. *Massin. de confiscat. quæst.* 48. *num* 11. *fol.* 287. *Caldas de emption. & vendition. cap.* 12. *num.* 36. *&* 37. *& quæst. forens. lib.* 2 *cap.* 29. *sub num.* 18 *Mangil. de evict. quæst.* 171. *num.* 12. *Turamin. in Leg. non puto par.* 3. *quæst.* 2. *num.* 13. *fol.* 247. *impressionis Venetæ anni* 1606. *Gabriel. de acquir. possess. dict. conclus.* 2. *num.* 17. *Peregr. de Iur. Fisc lib.* 6. *dict. tit.* 4. *num.* 18. *vers limitanda modo est*, egregie *Acost. de privileg. creditor. regul* 2. *ampliat* 6. *num.* 122. *Petr. Barbos. in Leg.* 1. *num.* 53. *& seqq. & num.* 72. *& seqq. Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, *Antonel. de tempor legal. lib.* 2 *cap.* 99. *num.* 24. *&* 25. ubi quod quando Fiscus vendit ex causa confiscationis dicatur vendere rem tanquam suam, *Gob. in d Leg.*
32 *bene a Zenone quæst.* 2. *num.* 109. *& seqq. & num.* 117. *& seqq.* ubi idem firmat *Cod. de quadrien. præscript.* & infinitos citat *Fatinell. dict. respons.* 76. *sub num.* 22 *Sperell. dict. dec.* 184. *sub n.* 3. *vers. prout*, *& sub num.* 8. *Sanfelic. dec.* 397. *num.* 30. *Christin. decis. Belgic.* 88. *num.* 5. *lib.* 1. *Rot. cor. Coccin. dec.* 732. *num.* 9. *in rec. decis.* 479. *n.* 5. *par.* 1 *& dec.* 523. *n.* 9. *&* 10. *p.* 18.

Et quinta demum ratio ob quam prædictarum Legum dispositio
33 evitatur in præsenti ex eo resultat, quod Provisor dicti Officii in Instrumento venditionis factæ Raffaellio promisit eidem restitutionem pretii, quod indicat iura Creditorum, & hypotecas, quibus bona vendita affecta reperiebantur præservare voluisse, & consequenter privilegio *Leg. bene a Zenone*, uti noluisse, cum alias nec restitutionem pretii, nec alia pacta, quæ privatam utilitatem

concernunt in Inſtrumento apponi conſenſiſſet, ut probat *Textus in dicta Leg. bene a Zenone 3. verſic. eodemque modo*, ubi Imperator Sereniſſimæ Auguſtæ hanc prærogativam negat, quia Curatores, per quos eius ſubſtantia gubernabatur in venditionibus evictionem, & alia, quæ ſunt privatæ utilitatis pacta in Inſtrumentis adiecerat, *Cyriac. controv. 582. n. 39.* plene *Gob. in dict. Leg. bene a Zenone quæſt. 2. num. 59. & ſeqq. & num. 61. & ſeqq.* prout beneficium huius Legis locum non habet ſi Princeps, vel Fiſcus conveniat tum Emptore, ut in ſe ſuſcipiat rei venditæ defenſionem, *Purpurat. conſil. 279. ſub num. 10. Gob. in dict. Leg. bene a Zenone citat. quæſt. 2. num 64.*

Iſto enim caſu perinde haberur, ac ſi venditio facta fuiſſet ſalvo iure creditorum, quibus venditor præiudicare noluiſſe cen- 34
ſetur; in quibus rerminis emens a Principe, vel Fiſco hoc beneficio non utitur, ut in ſpecie alienationis factæ ſalvis iuribus alienis, & ſine illorum præiudicio, *Facbin. conſil 57. num. 11. lib. 2. & conſ. 80. num. 7. lib. 3. Gabriel. commun. concluſ. lib. 5. tit. de acquirend. poſſeſſ. concluſ. 2. num. 36 Peregrin. de Iur Fiſci lib 6. tit. 4. ſub num. 18. verſic. ſexto limita, Antonell. de temp. legal. lib. 2. dict. cap. 99. num 29. Hermoſill. ad LL. Hiſpan. 53. gloſſ. 1. num. 11. Petr de fideicom. quæſt. 14. num. 153. Gob. dict. conſultat. 53 num. 33 & 34. & in dict Leg. bene a Zenone citat. quæſt. 2. num 63. & 67. Rota in recent. dict. deciſ. 523. num. 14. & 15. par. 18.*

Prædicta clare oſtendunt Zenonianam Conſtitutionem in præ- 35
ſenti locum habere non poſſe, & tamen quatenus hucuſque relata aliquam involvere poſſent dubietatem, adhue ſemper capienda eſſet interpretatio illa, per quam diſpoſitio Conſtitutionis prædictæ excluſa remanet; cum illa ſit exorbitans, & iniqua appelletur a Doctoribus tamquam auferens alteri rem ſuam contra omnia Divini, & Humani Iuris principia, ut tradunt *Menoch. conſ. 2. num. 334. verſ. reſpondetur tertio, Antonell. de tempor. legal. lib 2. dict. cap 99. num. 23. in fine, Fatinell. dict. reſponſ. 76. num. 14. & num. 21. Gob. in dict. Leg bene a Zenone qu. 11. num. 12. & ſeq. & dict. conſ. 51. num. 19. & 20.*

Et quod hodie nihil, aut parum dicta *Lex bene a Zenone* aliæ- 36
que ſimiles operentur, & practicari poſſint ob tot tantaſque limitationes, quas recipiunt *Cepperell.* pro Fiſco Florentino ſcribens *reſolut fiſcal. 23. num. 50 Gob.* pluribus adductis *in dict. L. bene a Zenone qu. 1. num. 44. & 45.*

Exploſa diſpoſitione Iuris Communis viſum pariter fuit obi- 37
cem facere non poſſe cenſuram Statuti Florentini *lib. 2. rubr. 99.* diſponentis venditionem factam auctoritate Communis Florentiæ

adeo

adeo firmiter ſubſtineri, ut poſſeſſor bonorum venditorum ab aliquo amplius moleſtari, aut pulſari nequeat, ut in individuo huius Statuti reſpondit *Barbat. conſil. 27. num. 3 lib. 4. Sfort. Odd. dict. conſil. 99. num. 16. Rot. Noſtr. apud Catan. dict. deciſ. 14. n. 27. & lib. mot. 20. §. obſtat fol. 90. & die 18. Martii 1570. libr. mot. 33. & lib. 36. fol. 424. §. quo vero ad bona poſſeſſa, & lib. 59. fol. 102. §. 2.* quod Statutum habere locum in Fiſco cæteriſque
38 Magiſtratibus Civitatis Florentiæ habentibus iura fiſcalia, quæ ſucceſſerunt loco, & vice Communis Florentiæ, proſequitur *Odd. dict. conſil. 99. in princip. verſic. & certe, & n. 16. Rot. Noſtr. apud Catan. citat. dec. 14. num. 28.*

Statutum enim præfatum ex defectu poteſtatis non ligat Clericum, nec Eccleſiaſticas Perſonas, ut in individuo alterius ſimilis
39 Statuti Officialium Turris diſponentis, quod nemo veniens contra alienationem factam a Fiſco Florentino poſſit audiri reſpondit *Soccin. ſen. ſæpe cit. conſil. 46. n. 8. 9. 12. 13. 15. & ſeq. lib. 4.* & ſuper Statuto Mantuano in ſubiecta materia reſpondit *Gob. dict. conſult. 54. n. 25. & ſeqq. & n. 53. & ſeqq.*

Prout non comprehendit abſentes, & ignorantes, nec Fiſcum rem iure Creditoris vendentem, ut proſequitur ſuper dicto Sta-
40 tuto Florentino *Soccin. ſen. cit. conſ. 46. n. 27. lib. 4.*

Nam Statuta huiuſmodi interpretationem, & declarationem recipere debent a Iure Communi, adeout ab iſto reſtringi limitari, & interpretari debeant, ut quanto minus fieri poſſit Iuri
41 Communi derogent, ut in ſpecie Statuti Florentini de ſubiecta materia diſponentis *Barbat. dict. conſil. 27. num. . verſic. & eſt diligenter ponderandum illud Statutum lib. 4. Alexand. conſil. 106. n. 5. lib. 5. Soccin. ſen. cit. conſ. 46. num. 27. lib. 4. Caball. conſil. 35. num. . lib. 1.*

Præcipue quia præfatum Statutum Florentinum in fine dictæ *rubr. 99.* ſe expreſſe remittit ad aliud Statutum in *rubrica 57.*
42 eodem libro ſecundo, quo cautum eſt, quod ſequta adiudicatione bonorum Debitoris facta per Iudicem Creditori præviis proclamationibus, ut quicumque ius prætenderet teneatur comparere infra annum, eoque elapſo denegat comparenti audientiam, de quo *Dec. conſ. 558. ſub num. 3. & ſeqq. Alex. d. conſ. 106. num. 1. & ſeqq. lib. 5. Mangil. de ſubhaſt. qu. 65. num. 14. & 15. Rot. Noſtr. apud Magon. dec. 79. per tot. apud Monach. dec. Florent. 7. num. 1. & ſeqq. & apud Caball. conſ. 35. n. 1. 3. & 10. lib. 1. lib. motiv. 87. fol. 334. §. ſtante Statuto.*

Cumque in eodem Statuto de datione in ſolutum litteraliter excipiantur abſentes a Civitate, Territorio, & Diſtrictu Flo-
43 rentiæ „ ibi „ Exceptis minorum 18. annis, & abſentibus a „ Civi-

„ Civitate, Territorio, & Diſtrictu Florentiæ tempore dictæ da-
„ tionis in ſolutum „ & obſervat etiam *Rot. Noſtr. dict. lib. mo-
tiv. 87. fol. 334. §. cæterum, & apud Magon. dict. deciſ. 79. ſub
n. 3. & apud Monac. dict. dec. 7. n. 35.*

Hinc ſequitur cum hac eadem limitatione intelligi debere 44
aliud Statutum in rubrica 99. Tum quia unum Statutum declaratur
ab alio magis clare, & magis ſpecifice loquente, ut in ſpecie
Gob. d. conſ. 51. n. 87. & in præciſis terminis Statuti Florentini
*Seccin. ſen. ſæpe cit conſ. 46. n. 33. lib. 4. Rot. Noſtr. apud Cabal.
dict. conſil. 35. num 9. lib. 1. & conſil. 128. n. 193. lib. 2.*

Tum etiam quia cum Statuentes in rubrica 99. ſe refetre vo-
luerint ad diſpoſita in rubrica 57, referens recipere debet decla- 45
rationes, & limitationes contentas in relato, ut tradunt *Rot. Rom.
poſt De Luc. lib. 1. dec. 3. n. 9. & lib. 4 dec. 30. num. 9. lib 5.
dec. 47. n. 10. & lib. 7. dec. 31. num. 5. & dec. 32. n. 6. lib 9.
dec. 20. la 2. n. 6. lib. 10. deciſ. 79. n. 4. & in Recineten. Pecu-
niaria 19. Ianuarii 1714. §. quo ſtante cor. Emin. Scotto.*

Et demum difficultatem ingerere non valuit aliud obiectum
deſumptum ex Lege Unionis Magiſtratuum Capitaneorum Partis,
& Officialium Fluminum diei 18. Septembris 1549, de qua agunt 46
*Sabell. in praxi univerſali §. Capitani num 2. 3. 4. 5. & 6. §. Cre-
ditori num. 4. ſub n. 6. 8. & 9. §. Notai num. 8. §. Rettori n. 3. &
ſeqq. num. 9. & ſeqq. num. 13. 15. & 16. Bonfin. in diſcept. de re-
duct. ſeu diminut. pretii vulgo sbaſſi art. 2. §. primus eſt, verſ con-
ſonat Lex fol. 17. Rot. Florent. apud eumdem Bonfin. ad banniment.
general. cap. 45. append. 1. num. 23. & ſeqq. in Florentina in Cauſa
Baldovinetti, e Fiſco de menſe Februarii 1714. §. firmata, & ſeqq.
cor. Bellutio*, quod Motivum non fuit a Miniſtris Fiſci approba-
tum, & contra ſcripta in eo reſolutum in Sacro Collaterali
Conſilio die pr. Auguſti 1720. in cauſa Volpi, e Fiſco.

Lex enim præfata locum habere non poteſt in præſenti hy-
poteſi, nedum quia ſervata non fuit forma a prædicta Lege Unio-
nis præſcripta; Verum etiam quia Lex recenſita comprehendit 47
ſolum venditiones factas a Fiſco, vel Magiſtratu cius iura habente
iure proprio, non illas factas, ut hic iure Creditoris, ut probant
auctoritates ſupra relatæ §. *quarta ratio*, & §. *prout non compre-
hendit*. Et ita utraque &c.

Iacobus de Comitibus Audit.

DECISIO XXXIV.

FLORENTINA CAMBIORUM

19. *Maii* 1719. *lib. mot.* 142. 803. *cor. Aud.* IACOBO DE COMITIBUS.

ARGUMENTUM.

COmpenſatio fit legis miniſterio ad ſiſtendum curſum uſurarum, & Cambiorum, nec excluditur, ex traditione pecuniæ cum declaratione „*per ſtare a calcolo*„ quæ potius importat extinctionem debiti, quam pignoris dationem, & contraria declarantur. Plura de atteſtationibus Mercatorum, eorumque ſtylo, & quid & quantum ſit eis deferendum in materia litterarum cambii.

SUMMARIUM.

1 *Compenſatio ſit ipſo iure ad ſiſtendum curſum uſurarum.*
2 *Amplia etiam ſi agatur de uſura licita, & favorabili.*
3 *Potiſſime vero ſi agatur de Cambio, quod eſt lucrum odioſiſſimum:*
4 *Hæc compenſatio eſt conformis conſuetudini Mercatorum.*
5 *Operatur eumdem effectum veræ ſolutionis.*
6 *Item amplia Florentiæ etiam ſi pecunia ad manus creditoris perveniat ex alia cauſa, vel titulo ſeparato.*
7 *Si perveniat ex titulo dependente a proprio credito, compenſatio induit naturam veræ, & effectivæ ſolutionis.*
8 *Exceptio compenſationis opponi poteſt, etiam a fideiuſſore.*
9 *Verba* „ ſtiano a calcolo „ *quid importent,* & num. 12. & 29. & ſeqq.
10 *Compenſatio reſultat ex contrapoſitione partitarum ex conſuetudine Mercatorum.*
11 *Calculatio ſolutionis ad certum computum debiti operatur extinctionem eiuſdem pro concurrenti quantitate.*
13 *Mercatores Florentini ſunt peritiſſimi.*
14 *Litteræ Cambii fuerunt ab illis inventæ.*
15 *Eorum opinioni Iudex multum deferre debet in interpetratione verborum mercantilium.*
16 *Amplia etiam ſi illorum atteſtatio ſit extraiudicialis: Limita ſi ſint intereſſati.* n. 26. *Item limita, ſi partes Iudicis aſſumant* num. 27.
17 *In interpetranda mente, & verbis Mercatorum melior intelligentia eſt illa, quæ reſultat a ſolito, & ſtylo eiuſdem Mercatoris.*

18 *De-*

18 *Deſcriptio* „ in conto a parte „ *denotat pecuniam non fuiſſe receptam in extinctionem proprii crediti.*

19 *Pecuniam fuiſſe datam in pignus, non in ſolutum arguitur ex quo debitor de ea diſpoſuit.*

20 *Ius diſponendi arguit in diſponente dominium.*

21 *Per dationem pignoris non transfertur, ſed remanet penes debitorem.*

22 *Transfertur per dationem in ſolutum.*

23 *Creditum proprium non compenſatur cum credito rationis Bancariæ.*

24 *In repreſentante duas perſonas creditum nomine proprio non compenſatur cum debito nomine alieno, & e converſo.*

25 *Verba ſemper regulantur iuxta id, quod principaliter inter partes actum fuit.*

28 *Mercatoribus deponentibus iuxta iuris aſſiſtentiam potius deferendum eſt, quam contrariis.*

30 *Super intelligentia verborum mercantilium Iudex poteſt ſe extraiudicialiter informare.*

31 *Stylus particularis, ut ſuffragari poſſit requiritur quod ſit multiplex, & uniformis.*

32 *Excluditur ex voluntate partium in contrarium.*

33 *Creditor nequit in præiudicium debitoris, mandantis pecuniam, eiuſque fideiuſſorem variare modum, & formam præſcriptæ computationis, & ſolutionis.*

34 *Ratio finalis potius, quam verba, eſt attendenda in interpetratione contractus.*

35 *Et illa capienda eſt, quæ principali intentioni non repugnat.*

36 *Verbum* „ ſtiamo „ *importat perfectam actus durationem, & perſeverantiam rei in futurum.*

37 *Dictio* „ però „ *latine* idco *denotat cauſam finalem.*

38 *Dictio* „ principalmente „ *quid importet.*

39 *Reſiduum præſumitur ceſſiſſe in extinctionem debiti, ſi prior ſumma pariter ceſſit.*

40 *Equiparatorum eadem eſt determinatio.*

41 *A maioritate rationis ſolventis voluntas conijcitur.*

42 *Pecuniam non fuiſſe datam in pignus arguitur ſi hæc cautela in libris creditoris, in quibus alias expreſſit, fuit omiſſa.*

Reverendiſs. Dominus Philippus de Salviatis Epiſcopus Biturgen. ut ſe exgravaret a rigoroſo intereſſe cambiorum currentium, & limitatorum ad rationem octo pro centenario, quo premebatur uſque de anno 1626. favore Rationis Bancariæ Matthæi Galli, & aliorum; accepit a Monte Pietatis huius Inclitæ Civitatis ſcuta 5200. cum annuo intereſſe ſcutorum 5. & $\frac{5}{6}$ pro

pro centenario sub fideiussione Laurentii Galli, Cammilli, & Antonii Bandinucci ea sub conditione, quod pecunia pervenire deberet in eandem Rationem Bancariam Dominorum. de Gallis ad dispositionem ipsiusmet Reverendiss. de Salviatis, qui continuando ordinem præscripsit eidem Rationi, quod raleam summam pro credito sibi quocumque nomine spectante retineret, & poneret, ut vulgo dicitur *a calcolo con il debito, che ho con Voi*, reliquam vero solveret diversis creditoribus in eodem ordine designatis; cum hoc tamen, quod DD. de Gallis non tenerentur statim dimittere creditores prædictos, sed postquam Marchio Vincentius de Salviatis Episcopi frater fuisset in mora solvendi scuta 800. annua eidem Monti mediante persona eorumdem DD. de Gallis; quibus ad hunc effectum data fuerat ab Episcopo facultas exigendi dictam annuam prælationem sibi sua vita durante, debitam a præfato D. Marchione Vincentio eius fratre, & pro incommodo exactionis, & solutionis respective conventa fuit Mandatariis solita provisio unius tertii pro quolibet centenario.

Antequam extingueretur debitum prædictum cum Monte decessit Reverendiss. Episcopus, & sic cessavit præfata annua præstatio scutorum 800. Unde Ministri Montis prædicti aliique creditores satisfactionem sui crediti petierunt, & obtinuerunt ex pecuniis, ut supra depositis apud Rationem Bancariam DD. de Gallis, cuius deputati, iudicialiter instetterunt graduati pro sorte, & fructibus cambii ab anno 1626. usque ad præsens decursis contra Patrimonium D. Cammilli Terrieſi unius ex fideiussoribus, nec non contra Patrimonium, & bona Antimi Terrieſi pro debito Episcopi cum Ratione Bancaria prædicta; Ortaque controversia an cambium prædictum remanserit extinctum de anno 1630. quo fuit ab Episcopo ordinata eisdem DD. de Gallis positio pecuniarum ad calculum eorum crediti cambiarii, vel potius vigeat, adeout fructus debeantur usque ad præsens, & usque ad illius extinctionem, causæque momentis diu ad trutinam revocatis, tandem in hodierna audientia uniformibus suffragiis concluſum fuit absolvendos fore, & esse a petitis Hæredes beneficiatos D. Francisci, & Antimi Terrieſi, aliosque litis consortes.

Cum enim DD. de Gallis usque de anno 1630. receperint de mandato Episcopi Philippi de Salviatis eorum debitoris summam scutorum 5200. illi mutuatam a Sacro Monte Pietatis; subintrat iuris dispositio præcipiens compensationem debiti usurarii cum pecunia debitoris recepta per creditorem, & quidem solo iuris ministerio, & citra ulla oppositionem ad sistendum exosum cursum usurarum, ita ut instantanea oriatur satisfactio, & ex-

tin-

tionctio ſtatim acceptum fuerit hinc inde debeti ſecundum *Text. litterales in Leg. ſi conſtat* 4. *Cod. de compenſ.* „ ibi „ ſi conſtat „ pecuniam invicem deberi ipſo iure pro ſoluto compenſationem „ haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraque parte de- „ betur utique quoad concurrentes quantitates eiuſque ſolius, „ quod amplius apud alterum eſt uſuræ debentur „ *Leg. etiam C. eod. Balduec. ad Ramon. obſerv. ad conſ.* 36. *n.* 26. *late Guttierez de compenſat. lib.* 1. *qu.* 6. *ex n.* 71. *ubi n.* 74. ampliat in quo- 2
cumque genere uſuræ utcumque licitæ, & favorabilis, quod etiam firmat *Merlin. de pignorib. lib.* 5. *tit.* 1. *qu.* 6. *n.* 1. *& ſeqq. & n.* 6. *Berſan. de compenſat. cap.* 1. *qu.* 6. *n.* 20. *cap* 2. *qu.* 16. *n* 23 *cap.* 3. *qu.* 13. *n.* 12. *Urceol. conſ.* 61. *n.* 13. *Rocc. diſp.* 146. *n.* 3
5. *& ſeqq.* ubi fortius in cambio, quod eſt lucrum odioſiſſimum, *De Luca de camb. diſc.* 2. *n.* 21. *in fin. diſc.* 31. *n.* 7. *de credit. diſc.* 46. *n.* 15. *diſc* 163. *n.* 8. *Paulut. diſſert.* 80. *ex n.* 46. *ad* 58. *tom.* 2. *ubi n.* 48. quod Iudex eam ſupplet ex officio declarando, a iure iam factam compenſationem in cambio, ut ibi *n.* 50. *Rot in rec. dec.* 183. *n.* 5. *& ſeqq.* ubi quod id eſt conforme 4
mercatorum conſuetudini, *& dec.* 409. *n.* 21. *& ſeqq. par.* 9. *dec.* 32. *n.* 16. *par.* 15. *dec.* 63. *ex n.* 4. *ad* 8. *par.* 18. *deciſ.* 427. *n.* 13. *dec.* 657. *n.* 2. *par.* 19. *& cor. Coccin. dec.* 1090. *n.* 1. *Emerix. iun. dec.* 140. *n.* 3. *Anſald. dec.* 63. *n.* 24. *& ſeqq.* ubi quod 5
ex hac compenſatione reſultat idem effectus, quod ex vera ſolutione.

Idque ſi in hac Civitate procedit etiamſi creditor pecuniam 6
ſui debitoris habuerit ex alia cauſa, vel titulo ſeparato, & a proprio credito diverſo, quia ad evitandas uſuras ſemper, & ubique benigna legis providentia ſupplet compenſationem ipſo iure, ut de hac praxi in Civitate Florentiæ vigente teſtantur, *Tuſch.* olim in hac Civitate Iudex emeritus *pract. concl. litt. C. verb. compenſatio concl.* 493. *n* 4. *Merlin.* in hac Civitate pariter Auditor *de pignor. lib.* 5. *tit.* 1. *qu.* 6. *n.* 8. *Rot. cor. Coccin. dec.* 1090. *num.* 3. *& ſeqq.*

Quanto fortius procedere debet in præſenti hypotheſi, in qua Epiſcopus Salviatus debitor ad hunc finem præciſum pecu- 7
niam a Monte fuit mutuatus, eamque DD. de Gallis ſolvi mandavit in eorum computa cambiaria, quo in themate compenſatio induit naturam veræ, & effectivæ ſolutionis, & redolet purum calculum pecuniæ datæ, & receptæ ex una eademque cauſa cambiorum, ut per *Bald. in L. mevius* §. *arbiter ff. fam. erciſc. Rovit. conſ.* 60. *n.* 3. *lib.* 1. *Galeott. lib.* 2. *contr.* 63 *n.* 12. *Berſan. de compenſat. cap.* 2. *qu.* 15. *n.* 17. *Munoz. de ratioc. cap.* 21. *n.* 2 *&* 22. *De Luca de camb. diſc.* 31. *n.* 7. *de dote diſc.* 99 *n.* 5. *de credit. diſc.* 61. *n.* 5. *Capyc. Latr. dec.* 25. *n.* 23. *Rot. cor. Bich dec.*

151. *n.* 29. *dec.* 231. *n.* 28. *par.* 9. *dec.* 63. *num.* 5. *par.* 18 *rec.*

8 Taliſque compenſationis exceptio, tanquam realis, ſicut debitori principali competeret adverſus ipſius creditorem; Pariformiter eius fideiuſſori ſuiſque hæredibus ſuffragari eſt textus expreſſus in *Leg. verum* 4. *Leg. ſi quid* 5. *ff. de compenſat. Maur. de fideiuſſor. ſect.* 9. §. 2. *n.* 1. *& ſeq. ſect.* 10. § 9. *n.* 3. *& 4. Hering. cod. tract. cap.* 20. §. 6 *num* 4. *& ſeqq. Olea de ceſſ. tit.* 6. *qu.* 11. *n.* 22. *Berſan. de compenſat. cap.* 3. *qu.* 1. *n.* 11. *& qu.* 2. *n.* 7. *Guttierez cod. tract. lib.* 4. *qu.* 20. *ex n.* 22.

Diſpoſitioni iuris communis adſtipulatur, & favet voluntas contrahentium eiuſdem compenſationis inductiva, deſumpta ex Chirographo per Epiſcopum Salviatum ſubſcripto die 14. Maii 1630. & per DD. Gallos tunc acceptato, in quo poſt ordinem ſeu mandatum Epiſcopi ad eoſdem Gallos directum, ut reciperent Montis pecunias] ſub diſpoſitione mandantis, ſtatim ipſe ſubiungit „ ibi „ *vi dico, che intendo principalmente ſtiano a cal-* „ *colo al debito, che ha con Voi* „ quæ ſane verba *ſtiano a cal-*
9 *colo* ſignificant idem, ac ſi dictum fuiſſet, quod dictæ pecuniæ computentur, ſeu verius contraponantur in calculo, aut computo debiti cambiarii, ſub quo Mandantem retinebant obnoxium per introitum, & exitum datorum, & reſpective in eandem cauſam acceptorum, ut arguit *Text. in Leg.* 1. *Cod. de error. calcul. Angel. Aretin. conſ.* 48 *n.* 15. *verſ. nam ponere in calculum, Gratian. cap.* 183. *n.* 1. *cap.* 793. *n.* 1. *Urceol. de tranſact. quæſt.* 98. *num.* 1. *& ſeqq.*

Atque ex hac demandata contrapoſitione partitarum debiri, & crediti in eodem folio, ſeu computo exiſtentis, utrumque remanet adeo conglutinatum, & intermixtum, ut mutua compen-
10 ſatio, & extinctio reddatur indubitata tam ſi per modum ſolutionis, quam etiam ſi per viam crediti vulgo *dare, ed avere*, partitæ fuerint inſcriptæ, iuxta notiſſimam mercatorum praxim iuris diſpoſitioni conformem, de qua teſtantur *Alex. conſ.* 85. *n.* 5 *lib.* 2. *Rovit. conſ* 65. *n.* 3. *& ſeqq. lib.* 2. *ubi Altimar. n* 12. *in fin. Amat reſol.* 41. *n* 3. *Guttierez de compenſat lib.* 3. *qu.* 6. *ex n.* 43. *Anſald. de mercat. diſc* 12. *n* 18. *diſc.* 83. *n.* 37. *Rota Ianuen. dec.* 16. *n.* 8 *Rot. Rom. cor. Gregor dec.* 366. *num.* 3. *ubi Adden. n.* 8. *in fin. Cavaler. dec.* 165. *n* 1. *Bich dec.* 176. *n.* 19. *& ſeqq. Ottobon. dec.* 55. *n.* 3. *Anſald. dec.* 43 *n.* 4. *& poſt Zacch. de oblig. cameral. dec.* 199. *n.* 2. *& ſeqq. par.* 10. *dec.* 50. *num.* 7. *dec.* 271. *n.* 27. *par.* 17. *dec.* 424. *n.* 3. *& dec.* 657. *n.* 4. *& ſeq. par.* 19. *Romana Redditionis rationis* 10. *Februarii* 1716. §. *quamquam cor. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore Rot. Noſtr. in Florent. Pecuniaria* 19. *Decemb.* 1692. §. *fin. cor. b. m. Aud. Marino.*

Et

Et in ſpecie quod calculatio ſolutionis ad certum debiti computum, ſeu partitam operetur electionem, & extinctionem 11
eiuſdem debiti pro concurrente quantitate pecuniæ per creditorem receptæ, & in tale computum calculandæ reſpondit *Gabriel. conſil.* 48. *n.* 4. *verſ. interpretandum lib.* 1. *Ger. Spin. conſ.* 23. *num.* 6. *verſ. ſed tamen Gratian. diſcept.* 224. *n.* 76. *Epiſc. Rocc. diſp.* 144. *ante n.* 11. *verſ. ita tamen Rot. cor. Cavaler d. dec.* 165 *ſub n.* 2.

Minime relevante quod verba *ſtare a calculo* importare non 12
poſſint extinctionem ſortis, ſed ſolam ceſſationem fructuum, qui amplius currere non debent poſtquam mercator poteſt lucrari ex eadem pecunia quam retinet ad diſpoſitionem debitoris, ut in individuo fuit alias deciſum a duobus celeberrimis Advocatis ſcilicet a qq. DD. Senatore Ferrante de Capponibus, & Iacobo de Federighis ſub die 12. Martii 1655. in Cauſa Carneſecchi, e Galli, & in eorum Motivo dixerunt „ ibi „ perchè ſi vede, che „ da principio l' intenzione di dette Parti non fu, nè è ſtata nel „ modo, e per l' effetto preteſo dal Sig. Angiolo; poichè una „ convenzione di doverſi tenere denari a calcolo non può inferi- „ re pagamento, eſsendo, che lo ſtare calcolo s' intende a fa- „ vore del debitore, e perchè il denaro sborſato ſtia a ſuo „ conto, e poſſa valerſene, e intanto, che non ſe ne vale ceſſi „ a favor ſuo l' intereſſe, ed il cambio, come appunto ſi vede „ eſſer ſeguito tra d. Sig. Angiolo. „

Cui interpretationi ſuperaddebant Defenſores DD. de Gallis adſtipulari, nedum praxim univerſalem plurium inſignium Mercatorum Civitatis Florentinæ, & Liburnenſis unanimiter deponentium iuxta ſtilum, & conſuetudinem ipſorum verba predicta *ſtare a calculo* non importare contrapoſitionem, & extinctionem debiti, ſed quod pecunia ſolum ſtet loco cautionis, & impediat interim curſum Uſurarum: Cumque in his Civitatibus Mercatores ſint in eorum 13
profeſſione valde verſati, & expertiſſimi, ut magnificando peritiam Mercatorum Florentinorum tradunt, *Reverend. Anſald. de commerc. & mercat. diſc. general. n.* 42. *Sabell in ſumma* §. *mercat. n.* 20. *in fin. verſ. de peritia*, *Rot. Noſtr. poſt eum tom.* 3. *alleg. cap.* 12. *n.* 28 *fol. mihi* 99. *impreſſ. Venetæ anni* 1697. *Rot. Rom. cor. Gregor. dec.* 126. *n* 1. *& cor. Merlin. dec.* 597. *n.* 4. *&* 36. *& dec.* 754 *n* 9. *verſ. nec contemnenda*, *& n.* 10. a quorum 14
perſpicacia, & rerum mercantilium experientia commercium recognoſcere debet introductionem Litterarum Cambii, quarum ipſos fuiſſe inventores, ſcribunt *de Rubis in Hiſtoria Civitatis Lugdunen. fol* 249. & materia plene diſcuſſa, & contrariis opinionibus reprobatis *Du Pui de Litt Cambii cap.* 2. in fine a Gallica in Italicam linguam traductus a *Martellino d. cap.* 2. „ dell' „ origine del contratto del Cambio da una Piazza all' altra per

mez-

mezzo di lettere n. 3. 4. e 5.„ impress. Florentiæ anno 1718.
1 quod repetit idem *Martellin.* „ in Epistola ai Sigg. Negozianti „ Fiorentini„ *column. 2. & seq.* impress. in principio dicti tractatus, ubi quod fuerunt etiam Inventores plurium scientiarum, & Artium, quas enumerat.

15 Eorum opinioni, & praxi ab ipsis observatæ Iudex multum deferre debet in interpetratione verborum mercantilium, *Mans. cons.* 104. *n.* 40. *& cons.* 127. *sub n.* 32. ubi de Mercatoribus Florentinis, *& cons.* 497. *edita in causa Liburnensi n.* 9. *Turr. de comb. disp.* 2. *qu.* 15. *n.* 44. *Ansald. de commerc. & mercat. disc.*
16 72. *n.* 24. ubi etiamsi attestatio sit extraiudicialis, *& dict. disc. general. n* 41. 44. *& seqq D. meus Audit. Casareg. de commerc. disc.* 10. *n.* 57. *&* 58. ubi de Mercatoribus Pisanis, & Liburnensibus, de quibus etiam *De Luc. de credit. disc.* 108. *n* 16. *Raudens. dec. Pisan.* 4. *n.* 108. *Rota Nostra apud Torr. variar. tom.* 2. *Miscell. par.* 1. *tit.* 12. *dec* 26. *n.* 30. *fol.* 687. *post tom.* 3. *sum. Sabell d cap.* 12. *n.* 28. *& decis.* 32. *n.* 41. *&* 42. *& in Florent. seu Ulyssiponen. Cambii super facultate cambiandi cum se ipso* 1717. §. *istamque dec* 112. *n.* 52. *& seqq. inter hactenus impressas coram me, & in Liburnen. Mandati* 15. *April.* 1719. *n.* 81. *cor D. meo Audit. Calderono, Rot. Rom. cor. Gregor. d. dec.* 126. *n.* 1. *Buratt. dec.* 419 *n.* 6. *Duran. dec.* 368. *n.* 12. *vers. quibus, & num.* 37. *vers. qui stilus, & dec.* 416. *n.* 8. *vers. quorum fidibus Emerix. iun. dec.* 302. *n.* 5. *dec.* 463. *n.* 7. *& dec* 482. *n.* 7. *decis.* 515. *n.* 8. *& dec.* 826. *n.* 14. *& dec* 871. *n.* 8. *Ansald. decis.* 43. *n.* 23. *in rec. dec.* 199. *n.* 7. *& seqq. par.* 10. *dec.* 73. *num.* 36. *&* 37. *par.* 12. *dec.* 58. *n.* 3. *dec.* 121. *n.* 6. *& seqq. & dec.* 123. *num.* 3. *& dec.* 366. *n.* 5. *par.* 13. *dec.* 80. *n.* 4. *par.* 18. *& dec.* 447. *num.* 10. *par.* 19 *post Turr. de Camb. dec.* 34. *vers. nec adversantur, &*
c *seqq. post Salgad. Labyrint. creditor. dec.* 7. *n.* 5. *vers. ac in terminis repetita cor. Dunozzet. Iun. dec.* 829. *n.* 7. *& dec.* 112. *n.* 28. *dec.* 113. *n.* 12. *dec.* 149. *n.* 6. *&* 7. *& dec.* 208. *n.* 6. *post eundem Salgadum, & post De Luc. de credit. in Mantiss. dec.* 26. *num.* 10. *& de usur. dec.* 18. *n.* 11. *&* 12. *dec.* 19. *num.* 2. *& dec.* 20. *n.* 5. *& apud Torr. variar. tom.* 2. *Miscel. par.* 1 *tit.* 11. *dec.* 12. *n.* 23. *ubi concordantes fol.* 426. *& in Rom. Assicurationis Navis* 29. *Aprilis* 1705. §. *maxime cor. Eminentissimo Priolo.*

17 Sed etiam stylum, & solitum DD. de Gallis, qui alia vice qua similem contractum inierunt, convenerunt pecuniam teneri debere ad calculum, & interim cambiari debere: in interpretanda autem mente, & verbis Mercatorum dari non potest intelligentia rutior, & magis germana, ea quæ, resultat a solito & stilo, eiusdem mercatoris in specie, *Reverendiss. D. meus Ansald.*

ſuld. de Mercat. diſc. general. n 49. *Rot. Ianuen. de mercatur. dec.* 1. *n.* 35. *& dec.* 176. *ſub n.* 16. *verſ. additio etiam Rot. Rom. cor. Buratt. dec.* 419. *n.* 4. *in rec. dec.* 266. *n.* 7. *par.* 13. *& dec.* 80. *n.* 5. *par.* 18. *& poſt De Luc. de credit. in Mantiſſ. dec.* 25. *n.* 4.

Et huic ſtylo forſan inhærendo iidem Domini de Gallis pecuniam prædictam non contrapoſuerunt propriis creditis, ſed illam in creditum, & faciem eiuſdem Reverendiſſimi de Salviatis deſcripſerunt *in conto a parte*, & omne quod fuit ſolutum creditoribus fuit contrapoſitum prædicto credito *in conto a parte*: Ex quo eruitur Rationem Bancariam noluiſſe extinguere propria credita, quæ habebat cum Epiſcopo prædicto *Anſald. de merc. diſc* 51. *n.* 24. *Rot poſt Salgad. Labyrint. credit. dec.* 223. *ſub n.* 5. *& in rec dec.* 424. *n* 17. *par.* 19. 18

Quandoquidem obiectum huiuſmodi funditus examinatum nullius roboris reperrum fuit apud Dominos. Quo enim ad rem iudicatam attinet Motivum in dicta cauſa editum noſtræ hypotheſi non eſt applicabile; nedum quia Carneſecchus, qui pecuniam exburſavit diverſis vicibus, & temporibus non elegit certum debitum, in quod cedere deberet ſolutio, imo eadem pecunia uſus eſt de illa ad libitum diſponendo; Quod indicat pecuniam fuiſſe datam in pignus non in ſolutum pro debiti extinctione, cum iſto caſu de ea amplius debitor diſponere non potuiſſet, ius enim diſponendi arguit in diſponente dominium *Bart. in Leg ſi quis* § *differentia ſub n.* 4. *ff. de acquirend poſſeſſ. Rot. Lucen apud Manſ. tom.* 10. *de empbitheuſ. conſult.* 3 *num* 18. *Senat. Mantuan apud Bonden. collect.* 44 *n.* 276. *lib.* 2. *Rot Rom. cor. Coccin. dec.* 406 *n.* 1. *inter diverſ. dec.* 696 *n.* 4. *verſ ſi quidem par.* 4. *in rec dec* 12. *n.* 4. *par.* 2. *& apud Baldnec. deciſ. & res iudicat. tit* 4. *de Dote dec.* 34. *n.* 14. 19 20

Quod non tranſfertur in creditorem, cui fuit traditum pignus, ſed remanet penes debitorem, *Leg. ſi contingat, & Leg. ſi nulla Cod de pignorat. action. Leg reſcriptum in princ ff. de diſtract. pignorum Leg. non eſt novum ff de acquirend poſſeſſ Gratian. diſceps.* 174. *n* 21. *& ſeqq. Merlin. de pignor. lib.* 4 *tit.* 3 *quæſt.* 103. *n.* 5. *& ſeqq. Rot. Noſtra apud Manſ conſ.* 343. *num* 90. *&* 95. *Rot. Rom poſt De Luc. de fideicom. dec.* 97. *n.* 9 *&* 10. *coram Buratt. dec.* 889. *n.* 1. *in rec. dec.* 256. *n.* 9. *par.* 18 *& dec* 374. *num.* 11. *par.* 19. *& in Romana, ſeu Florentin. Pecuniaria* 3. *Iunii* 1718. §. *nec pariter cor. Lancetta*. 21

E converſo vero tranſfertur in creditorem, cui pecuniæ ſolutæ ſunt, vel bona inſolutum tradita pro debiti extinctione, *Leg. exemplo in princ. ff. de action. empti, & leg. ſi ita diſtrabatur* §. 1. *ff. de contrahenda empitone Manſ. conſ.* 383. *n.* 47. ubi plu- 22

res

tes adducuntur, *Merlin. de pignorib. lib. 5. tit. 1. q. 4. n. 1. Rot. Ianuen. apud Balduce. dec. & res iudic. tit. 2 de prælatione decis. 2. n. 4. & seqq. in rec. dec. 374. n 10. par. 19. & post De Luc. de fideicom. d. dec. 97. n. 9. & 10. & in d. Romana, seu Florent. Pecuniaria 3. Iunii 1718. §. quo vero, & §. nec pariter cor. Reverendiss. meo Lancett.*

Verum etiam quia Carnesecchus erat creditor Rationis Bancariæ DD. de Gallis, quia eidem Rationi pecuniam soluit; Ex oppositio autem Angelus habebat creditum, non Rationis, sed proprium contra Carnesecchium: ex quo sit ut non potuerit inter
23 unum, & aliud creditum fieri compensatio, ut in puncto quod creditum proprium non compensetur cum credito Rationis Bancariæ, & e contra *Bald. in Leg. eius n. 5. Cod. de compens. Amat. resol. 17 n. 4. Salgad. Labyr. credit. par. 1. cap. 9. n 64.* & ge-
24 neraliter quod compensatio non habeat locum pro eo; vel contra eum, qui duas personas repræsentans est creditor nomine proprio, & debitor alio nomine, *Salgad Labyr. cred. par. 1. cap. 9 n 61. & seqq. & par. 2. cap. 22. n. 97. & seqq. & par. 3 cap. 6. §. unic. n. 14. & seqq. Francisc. Rocc. de decoct. mercat. not. 93 n. 268. & seq. Amat. resol. 17. n. 1. & seq. Manf.* in alia Causa huius regii dominii *cons 465. n. 2. & seqq. De Luca de pluralit. legal. cap. 6. n. 10. & cap. 7. n. 4. & 5. Bersan. de compens. cap. 1. qu. 4. n. 12. & cap. 2. qu. 1. n. 20. Guttierez cod. tractat. lib. 2. qu. 6. ex n. 37. & qu. 19. n. 32. Altimar. de nullitat. par. 5. rubr. 1. qu. 45. n. 7. ubi plurimi adducuntur fol. 151. Impressionis Venetæ Rota in rec. dec. 427. n. 4. & 10. par. 19.*

Et ulterius in dicto Motivo præcise determinatur eamdem compensationem esse faciendam cum debito cambiorum utpote duriori magisque consentaneo utilitati debitorum verisimiliter inibi contemplatæ; quæque in proposito evidentior esse non potest in toto contestu negocii principaliter gesti pro liberando Episcopo a Cambiorum currentium voragine, & suffocatione, cui Contrahentium intentioni famulantur verba quomodocumque con-
25 cepta sint, quæ semper regulantur iuxta id, quod principaliter inter partes actum fuit, ut per *Text. in Leg si quis gestum Cod plus valere quod agitur Leg. si per impressionem Cod. quod metus causa Leg. si filius familias §. penultimo ff. ad Maced. & Leg. verum 40. ff. de furtis firmat Rot. cor. Carill. dec. 274. n. 12. Cels. decis. 116. n. 5 & seqq. Emerix. iun. decis. 649. n. 10. post Cenc. de censib. decis. 368. n. 3. Rot. Nost. in Liburnen. Mandati 15. Aprilis 1719. num. 46. cor. Domino meo Auditore Calderono.*

Respectu vero praxis, & styli mercatorum iste obesse non valuit, quia Episcopus Salviatus, qui Chirographum exaravit,

& in

& in eo adiecit verba *ſtare a calculo* non erat Mercator, & atteſtatio Mercatorum fuit confecta, & primo loco ſubſcripta a DD. Coſmo Del Sera, & Senatore Laurentio Corſino intereſſe habentibus in cauſa; cum primus expreſſe in actis comparuerit una ſimul cum DD. de Gallis, & ſecundus ſit ſocer D. Angeli; proindeque tanquam intereſſatis eorum depoſitionibus, & alio- 26
rum, qui ex poſt ſucceſſive ſubſcripſerunt deferendum non eſt, ut in individuo tradunt *Reverendiſs. D. meus Anſaldus de commer. d. diſc. general. ſub n.* 45 *Rota Noſtra in d. Liburn. Mandati* 15. *April.* 1719. *n.* 82. *cor. D. meo Audit. Calderono.*

Præcipue quia Mercatores prædicti non teſtantur ſimpliciter de intelligentia verborum *ſtare a calculo*, iuxta ſenſum, & uſum mercantilem, ſed aſſumendo ſtatum præſentis Cauſæ cum omnibus ſuis circumſtantiis litem, & controverſiam, de qua agitur definitive decidunt: in quibus terminis eorum depoſitiones in iudicando attendendæ non ſunt: Mercatorum enim iudicio in re 27
concernente eorum profeſſionem circa praxim mercantilem fides præſtanda eſt, non vero in iis quæ deciſoria concernunt, & in quibus ipſi partes Iudicis potius aſſumunt, quam ſimplicis Periti, ut proſequitur *Reverendiſs. Anſaldus de commerc. diſc.* 24. *n.* 21. ubi ſcripſit in alia Cauſa Florentina *D. meus Audit. Caſaregi de commerc. diſc.* 48. *n* 17. *Rot poſt Salgad. Labyr. credit. dec.* 7. *n.* 6. *repetita cor. Dunozzett. iun. dec.* 829. *n.* 8. *& poſt De Luca de credit. in Mantiſſ. dec.* 26 *num.* 10. ubi plures alii allegantur, *Rota Noſtra in d. Liburnen. Mandati* 15. *Aprilis* 1719. §. *fin. cor. D. meo Audit. Calderono*, ubi cœteri congeruntur.

Tantoque magis, quia in contrarium producta fuit atteſtatio plurium inſignium Mercatorum affirmantium verba prædicta *ſtare* 28
a calculo mercantiliter loquendo, importare extinctionem debiti: qui tanquam ſuffulti aſſiſtentia iuris, de qua ſupra, & adminiculati ab extraiudiciali notitia, & a voluntate Partium, de qua infra præferendi ſunt eiſque magis fides præſtanda venit, ut probant ſuperius citati, ſignanter *Scace. de commerc.* §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 62. *verſ. Rota illa*, & de Mercatoribus Florentinis loquens *Rot. cor. Merlin. dec.* 754. *n.* 11. 15. 16.

Eoque validius, quia plures alii Mercatores, & Periti ſcripturales a nobis extraiudicialiter requiſiti, & interrogati com- 29
probarunt veram interpretationem, & ſenſum verborum *ſtare a calculo* ſecundum uſum mercantilem ſonare in extinctionem iſtorumque opinio pariter conſideranda eſt, quamvis in ſcriptis non depoſuerint, cum de intelligentia verborum mercantilium, tam- 30
quam de re notoria poſſit Iudex ſe extraiudicialiter informare, ut in ſubiecta materia *Franciſcus Roccus de aſſecurat. notab.* 68. *n.*

247.

247. & ſeqq. impreſſ. poſt 2. tom. reſp. legal. Palm. nep. alleg. 75. n. 28. ubi plures adducuntur, *Reverendiſſ. Anſald. de commerc. & mercat. d. diſc. general. n.* 47. *Bonden. collectat. legal.* 43. *n* 202. *lib.* 2. *Caſtill. dec. Sicil.* 3. *n.* 10. *Rot. Bononien. apud Monachum dec. Bononien.* 52. *n.* 7. & 8. *Rot. Ianuen. de mercat. dec* 4 *n.* 17. *dec.* 16. *n.* 13. *dec.* 52. *n* 1. *dec.* 138. *n.* 3. & *dec.* 148. *n.* 4.

Quo vero ad ſtylum particularem, & ſolitum Rationis Bancariæ DD. de Gallis, obicem facere non poteſt, quod alia vice Ratio Bancaria prædicta verba *ſtare a calculo* adhibuerit in ſenſu extinctionis excluſivo: quoniam ad hoc ut ſtylus particularis valeat ſuffragari requiritur, quod ſit multiplex, & uniformis, ut in ſubiecta materia *Reverendiſſ. D. meus Anſald. de commerc. & mercat. d. diſc. general n.* 50. *Rota in rec. d. dec.* 80. *n.* 6. *par.* 18. quod in præſenti non conſtat, immo in allato caſu Partes id ſpecifice declararunt, quod oſtendit diſpoſitionem iuris, & praxim mercantilem eſſe in contrarium, ubi ſpecialis declaratio facta non eſt; Cumque in præſenti Epiſcopus Salviatus debitor ſuam voluntatem expreſſerit, quod cambia haberentur pro extinctis, ut inferius oſtendimus, §. *hæc quæ de per ſe*, dicitur conſtare de voluntate in contrarium, & proinde aſſertus ſtylus excluditur, ut proſequitur *Rot. d. dec.* 80. *n.* 5. & 6. *par.* 18. *rec.* 31 32

Prout obeſſe non valet, quod Ratio Bancaria DD. de Gallis ſummam ſcutorum 3350. poſuerit *in conto a parte*; Quia cum DD. de Gallis acceptaverint ordinem Epiſcopi Salviati, & mandatum in eo contentum, limitatum, & reſtrictum ad ponendam dictam ſummam in computum ſuorum cambiorum; non utique potuerunt, in præiudicium mandantis eiuſque fideiuſſorum abſentium, & ignorantium variare modum, & formam præſcriptæ computationis, & ſolutionis, *Reverendiſſ. Anſald. de commerc. & mercat. diſc.* 51. *n.* 5. *Rot. Rom. cor. Dunozzett. iun. dec.* 465. *n* 9. & 10. & *cor. Bich. dec.* 406. *n.* 42. & *ex n.* 46 & *apud Torr. var tom.* 2. *Miſcellan. par.* 1. *tit.* 11. *dec.* 2. *n.* 7. *fol.* 392. & *in rec. dec.* 592. *num.* 11 *cum duob. ſeqq. & dec.* 612. *n.* 12 *par.* 5. *Rot. Noſt. in Florentin. Accomandit.* 25. *Auguſti* 1705. §. *poichè cor. b. m Aud. Bizzarrino.* 33

Hæc quæ de per ſe vera ſunt, adhuc clariora redduntur ponderato integro contextu recitati Chirographi, ſeu mandati in cæteris eius partibus, ex quibus Contrahentium intentio pro omnimoda extinctione prædictorum Cambiorum evidens redditur, & primo quia ſub eius primordio Epiſcopus Salviatus mutui a Monte recepti eam reddidit rationem utilitatis, ac beneficii ſibi obvenientis „ *perchè mi vengo a ſgravare di maggior intereſſi di Cam-* „ *bi* „ hæc autem ratio præciſe conſona iuris præſumptioni inducenti compenſationem ad liberandum ab oncre uſurarum, manifeſtam 34 35

stam ostendit voluntatem illius extinguendi debita cambiaria DD. de Gallis, quorum aliqua erant currentia, reliqua autem ad rationem octo pro centenario, alioquin citra eorum extinctionem a nimio rigoroso cambiorum interesse debitor ex gravatus non fuisset contra claram, & finalem causam contractus, quam pro eius 34
usta interpretatione perpendendam fore magis, quam conceptionem verborum dixerunt *Scacc. de commerc. & camb.* §. 1 *qu.* 1 *n.* 358. *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 12. *n.* 15. *& seqq. Marquard. de iur. mercat. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 65. *Urceol. de transact. qu.* 8. *n.* 48. *& seqq. Reverendiss. D. meus Ansald. de commerc. disc.* 55. *n.* 38. *Rot. in rec. dec.* 348. *n.* 1. *& seqq par.* 17. *dec.* 282. *n.* 28. *& seqq. par.* 18. *& dec.* 646. *n.* 28. *par.* 19.

Non relevante, quod etiam in sensu, quo verba *stare a calculo* non importent extinctionem sortis possint tamen causare cessationem fructuum, medio tempore, quo pecunia erit apud Rationem Bancariam pro eius cautela ex quo interim eadem ratio cum praefata pecunia potest lucrari. Tollitur enim obiectum ponderando, quod cum hac interpretatione Episcopus debitor non habuisset optatum finem se exgravandi a maiori interesse cambiorum, dum cessatio fructuum fuisset temporalis, & non perpetua, & in casu nostro per duos annos circiter durasset; imo dari potuisset casus quod nedum Episcopus debuisset solvere eosdem fructus cambiorum, sed etiam interesse Monti Pietatis ad rationem scutorum quinque, & quatuor quinti pro quolibet centenario, quod cum principali intentioni Episcopi sit omnino 35
repugnans dicendum est, ipsum exoptasse totalem dictorum cambiorum extinctionem eius voluntati, & naturae contractus magis consentaneam, & adaptatam per ea, quae notant *Petr. Santerna de assecurat. par.* 4. *n.* 4. *inter tract. diversor. de mercatur. fol. mihi* 878. *Impressionis Lugdun. anni* 1592. *Turr. de camb. disp.* 1. *quaest.* 14. *n.* 20. *&* 21. *Marquard de iur. mercator. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 69 *& cap.* 13. *sub n.* 16. *&* 19. *Rev. Ansald. de commerc. disc.* 21 *n.* 7. *& disc.* 55. *n.* 39. *Rot Ianuen. de mercat. dec.* 7. *n.* 6.

Rursus contrarius intellectus adversatur etiam verbis eiusdem Chirographi, in quo dictum fuit *Stiano a calculo*: verbum enim *stiano* ostendit dictarum pecuniarum computationem in debita cambiaria DD. de Gallis nequaquam suspensam, & temporalem extiturum, sed firmam, permanentem, atque in vim perpetuae extinctionis operativam secundum indolem, & naturam 36
eiusdem verbi *stiano*, quod praefefert perfectam actus durationem, & perseverantiam rei semper in futurum ita mansurae, ut probant *Redenasc. cons.* 56. *n.* 23. *Rot. Rom. cor. Dunozzett. iun. dec.* 630. *n.* 13. *& in rec. dec.* 630. *n.* 34. *par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 197. *n.*

79. *par.* 5. *dec.* 168. *n.* 18. *& ſeqq. par.* 17. *Rot. Noſtr. inter dec. Lucen. diverſor. Palm. nep. dec.* 213. *n.* 64.

In idem ſecundo loco adſtipulatur ſequens diſpoſitio capta a particula „ *però vi dico, che intendo principalmente ſtiano a cal-*
37 „ *colo col debito, che ho con voi* „ quæ ſane particula *però*, latine *ideo* denotat talem calculationem fieri ad effectum liberandi mandantem a debito cambiorum, cum ſuapte natura deſignet eiuſam actus expreſſam atque finalem, *Grat. dict.* 81. *Barboſ. diction.* 144. *n.* 3. *&* 5. *Mareſcott. var. lib.* 2. *reſol.* 105. *n.* 19. *Sammiat. contr.* 197. *n.* 19. *Paulut. differt.* 50. *n.* 11. *Rot. cor. Coccin. dec.* 1471. *n.* 47. *Gregor. dec.* 2 *n* 3 *Emerix. iun. dec.* 1029. *n.* 21.

Conſiderato præſertim adverbio illo *principalmente*; Si enim pecunia per DD. de Gallis a Monte exigenda, ut exacta fuit
38 reponi debuit principaliter in calculum eorum crediti pro liberando Epiſcopum Salviatum a maiori intereſſe cambiorum: ſignum evidens, quod creditum Rarionis ſimpliciter, abſolute, & prælative ad alios erat extinguendum, *ad Text. in Leg.* 1. §. *nec Caſtrenſe ff. de collat. bonor. Barboſ. dict.* 274. *n.* 4. *&* 5. *Rota dec.* 337. *n.* 1. *par.* 16. *dec.* 48. *n.* 2. *par.* 17. *rec.*

Non diſſimili attentione tertio loco dignum videtur, quod poſt computatam ſummam debitam Rarioni Bancariæ DD. de Gallis, in eodem mandato ſubiungitur, omne reſiduum ſolvendum eſſe aliis creditoribus, deindeque redimendum pignus debitoris „ ibi „ *& ogni reſtante ſerva per pagare &c.* „ & rurſus „ ibi „ „ *e tutto quello reſtaſſe fino alla ſomma di ſcudi* 5200. „ ex hac ergo mentione reſidui, deſtinati pro extinctione aliorum credi-
39 torum, merito arguitur priorem quoque ſummam cedere debuiſſe in pariformem ſatisfactionem cambiarii capitalis DD. de Gallis, ut in ſpecie tradunt *Revit. conſ.* 65. *n.* 4. *& ſeqq. lib.* 2. *Coſta de ſcient. cent* 1. *diſtinct.* 20. *n.* 1. *&* 8 *Rot. Genuen. dec.* 16. *n.* 9. *Rot. Rom. poſt Zacch. de oblig. cameral. dec.* 199. *n.* 22.

Eoque validius quia litera eiuſdem mandati unam eamdemque oſtendit intentionem debitoris, tam reſpectu DD. de Gallis, quam aliorum eius creditorum, quibus omnibus voluit cum pecunia a Monte recepta ſatisfacere. At certo certius apparet cœreros creditores eſſe dimittendos prævia ſolutione irrevocabili ſicut ita in effectum dimiſſi extiterunt; & in conſequens illud,
40 idem dicendum eſt, quo ad DD. de Gallis in verbis, & mente mandantis omnino parificatos, iuxta regulam æquiparatorum, quorum eandem eſſe determinationem, ſtatuit *Textus in Leg.* 1. *ff. de legat. pr Barboſ. axiom.* 14. *n.* 1. *&* 2. *D. meus Audit. Caſareg. de commerc. diſc.* 30. *n.* 21. *Rot. dec.* 98. *n.* 20. *par.* 19. *rec. & poſt De Luc. de donat. dec.* 4. *num.* 18. *tom. pr. apud Torr. var. tom.* 2 *Miſcell. par.* 1. *tit.* 12. *dec.* 8. *n.* 26. *fol.* 616.

Qui-

Quinimo totalis extinctio, quæ reſpectu aliorum debitorum certa eſt, indubitata dici debet reſpectu DD. de Gallis, quos Epiſcopus Salviatus cæteris creditoribus in actuali ſatisfactione præferri voluit, & quorum reſpectu ſolum verificabatur, quod Epiſcopus mutuum acceperat a Monte Pietatis pro ſe liberando a maioribus uſuris, cum exceptis cambiis DD. de Gallis nullum aliud debitum in Chirographo enunciatum eſſet fructiferum: ac propterea ſi debita infructifera Epiſcopus cum pecuniis præfatis extinguere voluit, multo magis hoc idem voluiſſe credendum eſt in debitis ſub graviſſimis uſuris, ad quem effectum pecunias ſub uſuris moderatis a Monte acceperat, deſumpta coniecturata voluntate Epiſcopi a maioritate rationis prout fieri poſſe, & debere, eſt *Textus in Leg. fin. ff. ad Leg. Rhod. de Iactu* de quo in ſubiecta materia *Marquard. de Iure Mercatorum lib. 4. cap. 7. num. 71.* 41

Quintum ponderandi locum præbet factum DD. de Gallis, qui in libris Rationis omnes cautelas pro obligatione, & fideiuſſione facta a Laurentio Monti Pietatis deſcripſerunt „ ibi „ *Il* „ *qual Cammillo, e Antonio Bandinucci ne hanno promeſſo in ſo-* „ *lidum la conſervazione ſenza alcun danno al detto noſtro Loren-* „ *zo &c. e ha dato (ideſt Epiſcopus) per aſſegnamento oltre alle* „ *generali obbligazioni di ſe, e di tutti i ſuoi Beni ſuo credito* „ *annuo di ſcudi 800. &c. e tutte le maſſerizie &c.* „ unde ſi pecunia aſſignata Rationi Bancariæ credita iſtius non extinxiſſet, ſed ſervire debuiſſet pro cautela, & ſecuritate fideiuſſionis; ſicut alias cautelas deſcripſerunt in libris, ita & hanc, quæ omnibus aliis erat præcipua, & tutior deſcriptioni depoſiti adiunxiſſent, ut ab omiſſa deſcriptione in libris arguit *Paulut. diſſer. 80 ex n. 18. Rota in rec. dec. 458. n. 3. par. 14.* & in terminis mercatoris omittentis deſcribere in libris negocii, per *Text. in Leg. Neſennius de negoc. geſt. firmant Anſald. de commerc diſc. 46 num. 23. & ſeqq. Gratian. dec. Marchiæ 178. in addit. n. 5. Rota coram Seraph. dec. 375. n. 2. ubi concordantes, Beninceſ. deciſ. 185. n. 6. in rec. dec. 437. n. 9. par. 13.* 42

Et ita utraque &c.

Antonius Gabriel Calderonius Rotæ Audit.
Iacobus De Comit. S. R. C. Audit. & Relat.
Hieronymus Vieri S. R. C. Audit.

DECISIO XXXV.

EADEM FLORENTINA CAMBIORUM

die, & anno iisdem coram Audit. IACOBO DE COMITIBUS.

ARGUMENTUM.

DOcte, & subtiliter evacuantur obiecta adducta contra fundamenta præcedentis decisionis, & opportune plura de cessione extintiva ad quid prosit, & quando facta censeatur, itemque nonnulla de depositio irregulari, & de mercatoribus præcipue Florentinis valde notabilia afferuntur.

SUMMARIUM.

1 *Verba* „ a disposizione „ *denotant dominium.*
2 *Item verba* „ in credito „
3 *Mandatum in rem propriam revocari nequit.*
4 *Præservatio Iurium excludit debiti extinctionem.*
5 *Præservatio supponit subiectum conservabile.*
6 *Cessio translativa fieri nequit debitori, vel alteri cuius nomine solventi, sed resolvitur in quietantiam,* n. 7. & 8. *Limita si adsit mixtura Tertii* n. 20
9 *Præservatio creditori iam satisfacto est inutilis..*
10 *Cessio translativa ad commodum Procuratoris alieno nomine solventis fieri nequit.*
11 *Solutio etiam facta a fideiussore, & a Tertio quocumque debitum extinguit, & liberat debitorem.*
12 *Mobilia, & argenta penes debitorem existentia veniunt sub hypotheca, item annuæ vitalitiæ præstationes* n. 14.
13 *Debitor in præiudicium Creditoris anterioris pacisci nequit, quod posterior præferatur.*
15 *Et generaliter factum debitoris nequit præiudicare creditori.*
16 *Item repudiare aut remittere nequit iura iam creditoribus quæsita.*
17 *Amplia etiam si creditores sint Chirographaris.*
18 *Observantia subsequta declarat, qualis fuerit mens contrahentium ab initio.*
19 *Etiam si resultet ex facto nullo, & invalido.*
21 *Cessio etiam extinctiva operatur ad effectum anterioritatis crediti.*
22 *Extinctiva reputatur si non sit cessum creditum, sed iura crediti.*

23 *Ma-*

23 *Maxime ſi ceſſa ſint iura ad certum effectum obtinendi indemnitatem a moleſtiis.*
24 *Item ſi mens principalis contrahentium fuit extinguere, cui verba ceſſionis famulari debent.*
25 *Item ſi alias incompatibilitas, & repugnantia adeſſet in contextu ceſſionis.*
26 *Fideiuſſoris intereſt iura primi debiti in ſecundum transferri, & ad quem effectum.*
27 *Non eſt inconveniens ceſſionem operari diverſos effectus reſpectu diverſarum perſonarum ſcilicet debitoris, & fideiuſſoris.*
28 *Fideiuſſor per ſolutionem liberatur, nec in novam incidit obligationem abſque ſcientia, & ratihabitione, & ex quibus hæc excludatur.*
29 *Pecunia retinenda pro ſecuritate non cenſetur ſoluta in extinctionem debiti.*
30 *Dictio* „ come „ *eſt ſimilitudinaria, & relativa, & ſignificat identitatem inter ea quibus adiicitur.*
31 *Pecunia in dubio potius data præſumitur in ſolutum, quam in pignus.*
32 *Partitæ deſcriptæ in libris mercantilibus probant mentem deſcribentis.*
33 *Depoſitum irregulare, & quantitativum in Banco Mercatoris reſolvitur in mutuum & compenſatur cum debito deponentis.*
34 *Maxime ſi depoſitum ſit correſpectivum contractui debiti.*
35 *Contractus præiudicialis non eſt præſumendus initus a mercatore Florentino.*
36 *Cives Florentini ſunt ingenioſi, & Sagaces.*
37 *In eorum pueris ſicut in Aſculanis quandoquidem relaxantur ſolemnitates; ſed contra* num. 38.
39 *Fideiuſſio eſt contractus regulariter fideiubenti præiudicialis.*
40 *Fideiuſſor in præmium fideiuſſionis licite aliquid conſequi poteſt, ut Florentiæ ſervatur.*
41 *Item Mercator Mandatarius exequens ordinem mandantis.*
42 *Contractus ab eventu non ſunt iudicandi.*

DRædictis itaque hoc modo ſe habentibus in nihilo obſiſtunt argumenta ad ſuadendum contrarium dicti mandati intellectum, Montis nempe pecunias neutiquam ceſſiſſe in extinctionem crediti DD. de Gallis, ſed in computo ſuſpenſo poſitas fuiſſe pro cautione eorum fideiuſſionis; non enim relevat, quod in præfato Chirographo Epiſcopus Salviatus aſſeruerit pecunias prædictas ad eius diſpoſitionem ſtare debere „ ibi „ quali denari devano venire in potere voſtro

„ a mia disposizione &c. „ quæ verba præservant dominium Epis-
1 copi, ad cuius dispositionem pecuniæ stare debebant; ut de ver-
bis *a dispozizione*, *Reverendiss. D. meus Ansald. de commerc. disc.* 87. *n.* 36. *& seqq. Rot. cor. Ubag. dec.* 3. *n.* 4 *& in rec. dec.* 289.
2 *n.* 17. *par.* 17. & de verbis ad credirum, *Rot. cor. Bich. dec.* 500 *& dec.* 541. *utrobique n.* 2. *& cor. Cerr. dec.* 494. *n.* 3. *& seqq. & n.* 9. *Emerix. iun. dec.* 156. *n.* 6. *& in rec dec* 405. *num.* 22. *& seqq. & dec.* 428. *n.* 6. *par.* 19. *& apud Paulut. dissert.* 36. *decis.* 2. *n.* 1. *ubi plurimi*, *& n.* 15. *& in Romana reintegrationis depositi* 8. *Maii* 1716. §. *nec ad præservandum cor. R. P. D. meo Cerro* & consequenter extinctionem debiti excludunt.

Quoniam sive memorata reservatio disponendi importet verum dominium ad favorem Domini sibi ipsi de rebus suis dispositionem præservantis, sive operetur in vim simplicis facultatis, semper, & utrobique quæstio ista ad alios effectus forte operativa in casum non factæ dispositionis, nullam inducit amaritudinem, quando in eodem actu reservandi immediate subicitur præcisa dispositio reservatarii, ut in hac specie contingit, in qua Episcopus post verba præservativa statim subiunxit „ però per la pre-
„ sente vi dico, che intendo principalmente stiano a calcolo col
„ debito, che ho con voi „ tunc namque facultate disponendi ad exercitium deducta in gratiam eiusdem creditoris reservatarius universam eius potestatem consumpsit, & si quod dominium habebat, illud transtulit in creditorem acceptantem, cuius favore
3 disposuit, atque eadem dispositio redolens mandatum sibi solvendi, veluti in rem propriam Mandatarii statim evasit perfecta, & irrevocabilis, ut notat *Reverendiss. D. meus Ansald. de commerc. & mercat. disc.* 65. *n.* 19. *& seqq. D. meus Audit. Casareg. eodem tract. disc.* 39. *n.* 9. *Episcop. Rocc. disput.* 134. *n.* 19. *Rot. Nostra apud Catan. dec.* 4. *n.* 91.

Minus talem cautionem compensationis exclusivam præbet
4 declaratio in Chirographo emissa, quod iura propria DD. de Gallis, & aliorum creditorum per eos prævia cessione dimittendorum ipsis salva, & illæsa remanere debeant pro eorum cautela, usquequo debitum Montis foret penitus extinctum, quod ostendit debita cum ratione Bancaria adhuc vigere, ut cæteris adductis in alia causa Florentina firmavit in individuo *Rota in Romana seu Florent. pecuniaria* 3 *Iunii* 1718. §. *nec pariter*, *&* 16. *Ianuarii* 1719 §. *idque confirmatur cor. R. P. D meo Lancetta*.

5 De natura enim præservationis est præservare id, quod invenit in suo statu præsupponendo subiectum iam existens conservabile, *Episcop. Rocca disp.* 59. *n.* 10. *Monach. dec. Bononien.* 54. *num.* 9. *Rota in rec. dec.* 522. *n.* 9. *par.* 19.

Obic-

Obiectum enim tollitur ponderando, quod cum DD. de Gallis debitoris nomine, & mandato, atque ex pecunia ad eum libere pertinente, non tam ipſis, quam aliis creditoribus ſatisfacere tenerentur; nullam utique eorum peculiari commodo reportare valuerunt ceſſionem translativam, quæque proinde, licet actu conventa redditur ineſficax, atque reſolvitur in ſimplicem debiti quietantiam, ut de ſolutione per debitorem, vel eius nomine peracta eſt *Textus in Leg. nulla Cod. de ſolut. Bart. in Leg. modeſtinus n. 4. ff. eodem Epiſc. Rocca cap. 131. n. 30. & ſeqq. Pacion. allegat. 181. n. 1. Mell. obſervat. 149. n. 3. D. meus Aud. Calderon.* in hac Cauſa Coniudex *reſol. 40. numer. 56. Rot. Rom. poſt Oleam de ceſſion. iur. dec. 8. n. 15. cor. Ubald. dec. 759. num. 4. Coccin. dec. 2055. n. 3 & 4. Rota Noſtra penes Urceol. dec. 12. n. 18. in fin. & cor. me dec. Florent. 23. n. 28.* 6

De ſolutione facta cum pecunia exiſtente in libera diſpoſitione debitoris, qui ſolvi mandavit, neutiquam in gratiam ſolventis impetrari poſſe ceſſionem, dixerunt *Pacion. alleg. 154. num. 7. Gob conſ. 126. num. 16. Torr. variar. tom. 3. Miſcell. par. 2. tit. 12. dec. 14. n. 3. & ſeqq fol. mihi 280. Rot. cor. Priol. dec. 189. n. 5. dec 452. n. 9 Dunozzet. iun. dec. 858. num. 4. Ubald. dec. 849. n. 7. in rec. dec. 356. n. 22. par. 16. deciſ. 145. n. 16. par. 18. & dec 515. n. 6. par. 19.* 7

De pari ſolutione facta mandante debitore, quod hæc facta præſumitur nomine procuratorio principalis, & ad eius liberationem obtinendam perinde ac ſi ab ipſo præſente geſta extitiſſet *Poſth. reſolut. 67. n. 2. Gob. conſultat. 88. n. 10. Reuerendiſs. Anſald de commerc diſc. 65. num. 53. & ſeqq.* quodque creditori ſatisfacto iura primæva inutiliter præſervantur, eoque inutilius ad commodum ipſius Procuratoris ſolventis per ceſſionem tranſferuntur, *Andreol. contr. 348. n. 17. Epiſcop. Rocc. diſp. 131. n. 32. De Luc. de credit. diſc. 168. ſub n. 4. Rot. cor Dunozzet. iun. dec. 878. n. 4. Carill. dec. 166. n. 12. & 13. poſt Cenc. de cenſib. dec. 368. n. 3. & ſeqq. & in rec. deciſ. 273. n. 7. & 8. par. 9.* 8 9 10

Et in puncto fidciuſſoris ſolventis non quidem ſuo, ſed nomine principalis debitoris nullam ſupereſſe actionem, quæ in eum transferri valeat cum omnes per talem ſolutionem debitoris nomine factam intertemptæ cenſeantur poſt *Gloſſ in L. Papinianus verb. & ſuo nomine ff. mandat firmat. Guttierez. alleg. 4. n. 10. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ 4 Gloſſ. 18. par. 2. n 84 Carleval. de iudic. tit. 3. quæſt. 35. n 5. & 11. Olea de ceſſion. iur. tit. 5. qu. 1. n. 20. in fin. & quæſt. 4. num. 25.* 11

Haud relevante, quod cum hac intelligentia ceſſio, & reſpectiva præſervatio iurium remaneret inutilis, & non operativa, quando

quando admissa contraria interpretatione illæ possent esse utiles, & efficaces, intelligendo verbum *cessioni* de passivis, quas mediante persona Bandinucci Ratio Bancaria habebat contra Episcopum, qui recognoverat bonam fidem, & ad se spectare in Chirographo declaraverat: Nova enim, & apud Iuristas, usque adhuc incognita visa fuit DD. hæc cessio iurium; cum debitor, qui sub alieno nomine debitum contrahit, sit verus debitor, & pro facienda declaratione, quod debitum ad se spectet nulla indigeat cessione. Proindeque non de istis cessionibus, sed de aliis a tertiis creditoribus reportandis, dicendum est intellexisse Episcopum, qui postquam in prima parte Chirographi, seu ordinis declaravit summam scutorum 3350. debitam Rationi Bancariæ stare debere ad calculum, deinde semper locutus est de pecuniis solvendis tertiis creditoribus, a quibus voluit reportari debere cessionem iurium credens forsan Rationem Bancariam solvendo ex pecunia de ipsius ordine ad eam pervenra talem cessionem reportare posse, prout ex lectura dicti ordinis constat plura alia credidisse, & voluisse, quæ iuri consentanea non sunt.

Voluit enim argenta, & mobilia ipsius obligara, & hypotecata remanere favore Rationis Bancariæ prælative quoad omnes alios
12 creditores quod iuri repugnat; Cum enim mobilia, & argenta penes debitorem existentia sint affecta, & hypothecata creditoribus, *Merlin de pignor. lib. 2. tit. 1. qu. 49 n. 1. & seqq. & num. 9 & seqq.* ubi alii referuntur cæteriseque adductis, *Rot. Nostr. in Florent. Prælationis 22. Februar. 1717. ab incar. art. 2. §. etiamsi sint mobilia cor me fol. 22.* non potest debitor in eorum præiudi-
13 cium pacisci, quod super illis potiora sint iura creditoris posterioris, *Leg. si unus §. ante omnia ff. de pact. & L. debitorum Cod. eodem Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 4. n 8. Molfesius ad consuetud. Neapol. tom. 3. par. 15. qu. 6. num. 10. Carleval. de iudic. tom. 2. disp. 28 sub n 30. Marquard. de iur Mercat. lib. 4. cap 10. sub n 36. Ansald.* in alia causa Florentina *de commerc. disc. 85. num. 17. & seqq. Constantin. ad Statut. Urb. annot. 26. n. 103. & seqq. Mans* in Causa Florentina *cons. 433 n. 1 vers. nec obstare, & seqq. & cons. 434. n. 13. & 19. & cons. 435. n. 3. & seqq. De Luc ad Franch. dec. 101. n. 25.* ubi reiicit Caponum contrarium tenentem.

Sic etiam præscribi non poterat quod primæ solutiones contraponi deberent creditis posterioribus, & hypotheca destitutis, prout fecit Episcopus motus eronea ratione, quod annua scuta 800. solvenda Monti Pietaris essent pecuniæ ipsius liberæ, & de quibus ad eius libitum disponere poterat: Ista enim erat annua præstatio Episcopo sua vita durante, debita a Marchione Sal-
14 viato eius fratre ob computa inter ipsos solidata super quibus annuis

nuis vitalitiis præſtationibus ius quæritur Creditoribus illaque ipſis hypothecata ſunt, ſicut alia bona communis debitoris *Merlin. olim huius noſtræ Rotæ Audit. de pignorib. lib. 2. dict. tit. 1. qu. 44. n. 1. & ſeqq. Card. De Luc. de legat. diſc. 37. n. 4. 6. & ſeqq.*

Pari ratione declarare non poterat, quod Ratio Bancaria nihil de pecuniis depoſiti ſolvere teneretur, uſquequo Marchio Salviatus eius Frater non eſſet in mora ſolvendi dicta ſcuta 800. annua Monti Pietatis; cum Creditores Epiſcopi potuiſſent quando- 15
cumque petere, & conſequi integralem ſatisfactionem eorum crediti ex pecuniis debitoris, nec in hac parte eis aliquod præiudicium debitor inferre poterat, *Leg. debitorem Cod. de pignorib. Rot. apud Palm. Nep. dec. 233. n. 17. dec. 367. n. 26. dec. 431. n. 26 & poſt De Luc. de dote in Mantiſſ. dec. 13. n. 19.*

Et denique demandare non poterat, quod ſi intra quinque menſes lis cum Bandinuccio ſuper medietate ſcutorum 945. non fuiſſet terminata eidem ſolvi deberet integra ſumma ita præiudicando creditoribus, in quorum damnum non poterat debitor renuntiare liti, & Bandinuccio ſcuta 472. 10. donare, ſicut iura 16
creditoribus quæſita remittere, aut repudiare, *Leg. debitorem Cod. de pignorib Andreol contr. 175. n 13. Manſ. conſ. 24. ex n. 31. tom. 1 Marquard de iur. mercat lib. 4 cap. 10. n. 36. & 37. De Luc. de dote diſc. 160. n. 15. & de credit. diſc. 137. n. 19. & diſc. 138. n. 2. & ſeqq.* ubi ampliat etiam ad creditores Chirographarios, *Salvad. Labyrint creditor. par. 2. cap. 14. n. 3. & ſeqq. Torr.* 17
de pact futur. ſucceſſ. lib 2. cap. 46 n. 24. & ſeqq. Hevia de commerc. terreſtr. lib 2 cap. 28 n. 33 Conſtantin ad Statut Urb. annot. 26. n. 121. & annot. 31. n. 89 Tartagl de reſervat. Statutar. art. 11. n. 3. & ſeqq. Gratian. dec. Marchiæ 17. n 14. Capyc. Latr. dec. 8. n. 13. & ſeqq. Balduec. dec. & res iudicat. tit. 3. de legat. & fideicom dec. 25. n. 48. & ſeqq.

Ex quibus omnibus aliiſque in dicto ordine legendis, ſicut conſtat Epiſcopum plura ordinaſſe, quæ de iure ſubſiſtere non poterant: Ita cum eodem errore proceſſiſſe credendum eſt dum ordinavit ceſſionem iurium reportari debere a tertiis creditoribus ex pecunia debitoris dimiſſis: Augeturque dicti erroris veriſimilitudo, ex obſervantia, & facto ipſo Rationis Bancariæ, que dimittendo creditores in Chirographo deſcriptos, & ſignanter Nicolaum Berardum ab eo ceſſionem iurium translativam reportavit, & promiſſionem de non moleſtando æſſignamenta deſtinata pro ſatisfactione Montis: Ex ſubſecuto enim facto, & obſervantia Partium arguitur qualis fuerit animus, & voluntas contrahentium 18
de tempore contractus, ut in noſtris terminis *Scacc. de commerc. & camb. § 2 Gloſſ. 3. n. 119 Dom. meus Audit. Caſareg. de commerc.*

merc disc. 30. *n.* 28. *& disc.* 38. *num.* 26. *&* 27. *Torr. variar. iur. quæst. tom.* 2. *tit.* 11. *de mercat. qu.* 7. *n.* 14. *fol.* 368. *Rot. Ianuen. de mercat. dec.* 71. *n.* 6. *& dec.* 152. *n. pariter* 6. etiamsi fa-
19 ctum sit nullum, & invalidum, cum etiam ab isto arguatur qualis fuerit voluntas, & intentio contrahentium, ut in propria nostra materia *Rot. apud Torr. var. iur. qu. tom.* 2. *tit* 11. *de mercatura dec.* 15. *n.* 29. *folio mihi* 436. *& generaliter Altograd. cons.* 5. *num.* 12. *lib.* 1. *Sanminiat. contr.* 38. *n.* 37. *Torr. var. iur quæst. tom.* 2 *Miscell. par.* 1. *tit.* 12. *qu.* 30. *n.* 24. *fol.* 555. *& tom.* 3. *tit.* 12. *par.* 2. *qu.* 57. *n.* 41. *fol.* 115. *Rota Nostra apud Magon. dec* 146. *n.* 27. *Accaris. dec* 72. *n.* 7. *Rot. Rom. cor. Cavaler. dec.* 326. *n.* 3. *Emerix. iun. dec.* 304. *n.* 4. *& dec.* 933. *n.* 5. *in rec. dec.* 148. *n.* 11. *par.* 16. *& post Constantin. ad Statut Urb. dec.* 25. *n.* 16.

Præterea considerabant Domini, quod quatenus etiam prædictis cessionibus, & iurium præservationi vis aliqua esset tribuenda illa procedere potest, quoties aliqua subesse valet utilitas
20 in gratiam tertii, cuius interest ad aliquem sibi proficuum effectum cessionem impetrare, quo sane casu salvatur incompatibilitas actionis, & passionis in eodem subiecto, ob eiusdem tertii mixturam, ut observat *Card. De Luc. de credit. disc.* 48. *sub n.* 3. *Noguerol. alleg.* 11. *n* 63. *Duard. de censib.* §. 5. *quæst.* 23. *num.* 42. *Schettin. de iur. offer. par.* 2. *cap.* 1. *sect.* 1. *n.* 8. *& seqq.*

Satis autem utilis cessio videtur in proposita specie, qua credita anteriora, utcumque per solutionem fuerint extincta prævia fideiussorum liberatione, attamen eorum anterior hypoteca bonis debitoris infixa transitum facere potuit in novum creditum fideiussionis, cui DD. de Gallis accesserunt, utque eorum indemnitati, seu relevationi illis per Episcopum promissæ magis foret consultum; qua de causa cessio licet extinctiva hunc unicum operatur effectum translativum prioris anterioritatis conversæ, atque transfusæ in novum creditum, etsi posterius, & independens ad antiquo contractu, ut tradunt *Pacion. alleg.* 181. *n.* 2. *& seqq. Merlin. de Pignorib. lib.* 4. *tit.* 2. *qu.* 63. *n.* 1. *& seqq. Torr. penes Palm. dec.* 59. *n.* 25. *& seqq. Cene. de censib. qu* 103. *n.* 17. *vers. cæterum Rot post eum dec.* 368. *num.* 3. *&* 4. *& cor. Merlin. dec.* 650. *n.* 9. *& dec.* 666. *n.* 2. *Ubald. dec.* 759. *num.* 7. *Carill. dec.* 274. *n.* 7. *Dunozzett. iun. dec.* 858. *n.* 4 *&* 5. *vers. potissime, & dec.* 869. *n.* 12. *& seqq. Cels. dec.* 116. *n* 9. *Emerix. iun. dec.* 649. *n.* 12. *& in rec. dec.* 27. *n.* 1. *&* 2. *par.* 16. *decis.* 34. *num.* 11. *& dec.* 399. *n.* 8. *par.* 17. *dec.* 699. *n.* 2. *&* 3. *& decis.* 758. *n* 1. *&* 2. *par.* 18. *dec.* 120. *n.* 4. *&* 5. *dec.* 143. *n.* 3. *& decis.* 322. *n.* 3. *& seqq. & dec.* 515. *sub n.* 1. *&* 7. *par.* 19. *& apud Palm. Nep. dec.* 37. *n.* 9. *post Urceol. de transact. decis.* 92. *n.* 6.

post

poſt De Luc. de credit. dec. 48. *n.* 7. *de Offic Venal deciſ.* 1. *n* 18. *& ſeqq. in Mantiſſ. Romana Pecuniaria* 7. *Februarii* 1707 § *& quamvis cor. bo mem. Molines.*

Quæ ſane iuris concluſio in contingenti roboratur duplici ſolidiſſima facti ponderatione, altera quia in recitato Chirographo nullibi cautum legitur ipſa priora credita cedi, ſeu DD. de Gallis reſervari debere, ſed tota conventio directa reperitur ad eorum iura cedenda, & reſpective conſervanda „ ibi „ intendendo „ che le dette ceſſioni di ragioni, e ragioni, che avete contro „ di me reſtino ſempre intere, e illeſe „ & in conſequens evincitur actuali debitorum extinctioni in nihilo obſtare hanc iurium 22
ceſſionem, ſeu præſervativam in ſimplici anteriorate crediti novati ſeu extincti verificabilem, ut puntualiter advertit, *Pacion. dict. alleg.* 181. *n.* 3. *Rot. cit. dec.* 322. *n.* 13. *& ſeqq. par.* 19 *rec.*

Altera quia iura, ut prædiximus ceſſa, & reſpective præſer- 23
vata fuerunt ad certum, & determinatum effectum obtinendi fideiuſſorum indemnitatem ſuper bonis Epiſcopi Debitoris, ut proſequitur memoratum Chirographum; Dum igitur ceſſio in verbis reſtringitur, ad ſola iura competentia fideiuſſori pro relevatione contra bona principalis debitoris, eo magis in cæteris clara refulget extinctio antiquorum cambiorum una cum liberatione fideiuſſorum, qui pro illis acceſſerant, ut egregie ponderant *Pacion. dict. alleg.* 181. *n.* 6. *Rot. cor. Dunozet. iun. citat. deciſ.* 869. *n.* 6. *verſ. ſecunda Bich. deciſ.* 329. *ante n.* 19. *& in recentior. deciſ.* 280. *num* 9. *par.* 5.

Idque fortius, quia finalis Epiſcopi mens, & voluntas ex integro Chirographi contextu deſumpta, & DD. de Gallis aſſenſu firmata tendebat ad ſe exonerandum a debitis ſub maioribus uſuris, quæ conſiſtebant in cambiis cum Dominis de Gallis productivis intereſſe pro maiori parte ad rationem cambiorum currentium, & in reſiduo ad rationem octo pro ſingulis centenariis. Nemo autem neſcit quin verba ceſſionis intelligi de- 24
beant extinctiva, non vero translativa iuxta primariam, atque finalem intentionem contrahentium, *Rot cor Carill. citat. dec.* 274. *n* 12 *Celſ. d. dec.* 116. *n.* 3. 5. *& ſeqq. poſt Cenc. de Cenſib. alleg dec.* 368. *n.* 3. *poſt Oleam de ceſſion. iurium dec.* 16. *n.* 11. *& in rec. d. dec* 399. *n.* 8. *par* 17.

Atque hinc pluſquam ſatis colligitur credita cambiaria DD. 25
de Gallis per veram, & actualem ſatisfactionem ſibi metipſis factam de mandato, & cum pecunia Epiſcopi debitoris funditus extincta remanſiſſe, ſalva nihilominus anterioritate hypothecæ ſuper bonis eiuſdem debitoris, quam de eius conſenſu compatibiliter renovare, & in novum creditum fideiuſſoriæ indemnitatis transfun-

sfundere voluerunt, ut fere in puncto respondit, *Rot. decis.* 189. *n.* 14 *&* 15. *par.* 12. *dec.* 9. *n.* 7. *par.* 13. *decis.* 280. *n.* 8. *par.* 15. *dec.* 34. *n.* 11. *in fin. par.* 17. *rec.*

26 Plurimum enim interest fideiussoris uti principalis, & in solidum obligati, ut iura primi debiti, quantumvis ex pecunia debitoris soluti ope cessionis, tametsi extinctive pertranseant in eorum fideiussionem, quæ tali anterioritate suffulta faciliorem relevationem a Partibus in Chirographo accurate conventam in bonis debitoris assequetur *Episc. Rocc. disp* 131. *n.* 34. ubi quod
27 in iure haud est inconveniens, quod respectu diversarum personarum nempe debitoris, & eius fideiussoris cessio operetur diversos effectus, *Rot. in rec. dec.* 189. *n.* 9. *&* 11. *par.* 12. *&* *dec.* 9. *n.* 4. *&* *seqq* *par.* 13.

Ex quibus omnibus concluditur antiquis cambiis DD. de
28 Gallis extinctis personam, & bona D. Cammilli Terrieſi fideiussoris prorsus exempta extitisse a nexu susceptæ obligationis, veluti semel per solutionem extinctæ: Anterioris enim hypothecæ cessio, seu reservatio in novum creditum tranfunditur, dumtaxat respectu debitoris transferentis, seu consentientis; Secus vero quoad fideiussores, utpote qui per solutionem liberati a prima obligatione in novam reincidere nequeunt citra eorum scientiam, & ratihabitionem, quæ in proposito nusquam intervenit, immo videtur exclusa ex ipsa reservatione limitata ad iura contra debitorem competentia „ ibi „ *le ragioni che avete contro di* „ *me restino sempre intere* „ *Andreol. contr.* 273. *num.* 10. *&* *seqq.* *Amat. resol.* 50. *n.* 17. *&* *seqq.* *Arias de Mesa var. lib.* 1 *cap.* 18 *n.* 16. *late Episc. Rocca disp.* 120. *ex n.* 49. *ad* 57. *disp.* 128. *n.* 20. *seqq.* *Rota Marchiæ apud Gratian. dec.* 117. *n.* 8. *ibique Scoppa n.* 29. *&* *seqq.* *&* *De Luca n.* 10. *Rot. Rom. post* De *Luc. de credit. dec.* 48. *n.* 7. *&* 10. *in Mantiff.*

Einsdem detegitur irrelevantiæ aliud obiectum, quod in evenirum declaratæ reductionis ad medietatem summæ prætensæ a Bandinuccio altero ex creditoribus ex pecunia Montis diminuendis Episcopus Gallis mandavit aliam medietatem, nempe scuta 472. per eos retineri, sicut aliæ pecuniæ Montis pro eorum securitate „ ibi „ *ed in caso* (*cioè di dichiaratoria*) *in mio favore* „ *quanto alli scudi* 472. *di sopra gli dovete tenere nelle mani voi*, „ *siccome quelli del Monte per vostra sicurtà* „ ex quibus verbis argui prætendebatur, quod si pecunia prædicta per D. de Salviatis a Monte recepta sub fideiussione eiusdem rationis, debet
29 apud eam remanere pro eius securitate, non potest, tamquam destinata ad diversum effectum, extinctionem proprii crediti importare, ut in his terminis firmat *Rot. post Pacif. de Salvian. dec.* 19. *n.* 8. *&* *in rec. dec.* 199. *par.* 4. *tom.* 2. Tol-

Tollitur enim obiectum cum eadem ſuperius adducta diſtinctione inter dictæ pecuniæ primam ſummam ipſiſmet Gallis debitam, & in computum cambiorum pure, & illico computandam, nec non eiuſdem pecuniæ reſiduum, quod aliis creditoribus Epiſcopus perſolvi ordinavit, non quidem ſtatim, ſed poſtquam debitum Montis, cui Galli fideiuſſores acceſſerant proportionabiliter diminutum fuiſſet cum annuis terminis ſcutorum 800 per Marchionem Salviatum Epiſcopo præſtandis, ut in §. *e con condizione* eiuſdem Chirographi: Sicuti namque ad hanc ſecundam ſpeciem redigitur rata pecuniæ Bandinuccio creditori deſtinatæ, & ob declarationem Epiſcopo favotabilem in parte non ſolvendæ, ſed pro Gallorum ſecuritate ut ſupra retinendæ; ita quoque intelligi debet de aliis Montis pecuniis ſtatim numeratis; Tum quia apparet clara reſtrictio ad huius ſummæ reſiduum numerandum cæteris Epiſcopi creditoribus, excluſive tamen ad DD. de Gallis; tum quia iſti minime fuerunt hac in parte, ſed in ſuperiori abſoluta computatione nominati; Tum demum perſpecta illa 30
dictione *come quelli del Monte*, quæ eſt ſimilitudinaria, & priorum relativa, habetque vim ſignificandi identitatem cum pecunia Bandinucci, cui uno eodemque verbo, & periodo coniungitur, & aſſimilatur, *Grat. dict.* 193. *n* 5. *& dict.* 242. *num.* 4. *Barboſ. dict.* 295. *n* 1. *&* 15. *& dict.* 366. *n.* 1. *Rot. poſt Zaceh. de oblig. cameral. dec.* 24. *n.* 5. *cor. Cerro dec.* 873. *n* 5. *inter div. dec* 40. *n.* 5. *&* 6. *par* 2. *in rec. dec* 402. *n.* 6. *par.* 12. *dec.* 16. *num.* 7 *par.* 15. *dec.* 16. *n.* 9. *& ſeqq. par.* 17. *dec* 251. *n.* 21. *par.* 19.

Hac eadem reſponſione tollitur alia oppoſitio, quod ex dicto præcepto non ſolvendi uſque ad exactionem ſcutorum 800. debitorum a Marchione Salviato per neceſſe inferatur ſummas receptas a DD. de Gallis pro ipſorum cautione permanſuras: Quia hic paciſcentes loquuntur de ſolutionibus in futurum faciendis aliis tertiis Epiſcopi creditoribus, non autem de computatione DD de Gallis pro eorum proprio credito iam demandata; ſufficiteque hanc interpretationem aliaſque ſuperius adductas eſſe poſſibiles ad hoc, ut dici non poſſit conſtare de clara, & incontrovertibili voluntate Epiſcopi retinendi ſummam ſcutorum 3350. apud DD. de Gallis loco cautionis pro fideiuſſione præſtita Monti: Prodeſt enim hæredibus beneficiatis DD. de Terriesis voluntatem Epiſcopi reddi aliquo modo dubiam, & æquivocam, ut favore ipſorum habentium pro ſe regulam pluribus etiam coniecturis, & circumſtantiis corroboratam ſit a Iudice pronunciandum, ut in ſpecie quod pecuniæ, & bona præſumantur potius 31
data in ſolutum, & pro extinctione crediti, quam in pignus, & pro crediti aſſecuratione, plene *Merlin. de pignor. lib.* 2. *qu.* 105.

n. 1. *& ſeqq.* ubi plures adducuntur, *Gratian. diſcept.* 422. *n.* 13. *cor. Gregor. dec.* 194. *n* 12. *ibique Adden. n.* 26. *& in recent. dec.* 249. *n.* 6. *p.* 15. *ubi plures recenſentur, & in d Rom. ſeu Florent. Pecuniaria* 16. *Ianuar.* 1719 §. *fin cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Sublatis itaque ex hactenus deductis omnibus argumentis ex verbis Chirographi deſumptis pro elidenda compenſatione, & extinctione cambiorum inducta ex mandato ponendi pecuniam in computum debiti cambiarii, longe facilius everteruntur rationes ex quibus fruſtra contendirur verba illa *Stiano a calculo* ad ſimplex depoſitum uſurarum dumtaxat medii temporis impeditivum eſſe deferenda.

Neutra enim ex rationibus, quæ a defenſoribus DD. de Gallis afferebantur viſa fuit Dominis prodeſſe poſſe ad intentum. Non prima, quod Montis pecunia foret per DD. de Gallis retinenda ſub nomine, & ad diſpoſitionem Epiſcopi debitoris, ut pro eorum cautione inſerviret donec Laurentius de Gallis a fideiuſſione exemptus extitiſſet.

Etenim ratio hæc habet contra ſe veritatem facti expreſſam in prædicto Chirographo, quo Gallis datum fuit in mandatis, ut pecuniam in Epiſcopi debita cambiaria præciſe computarent, non autem in futurum retinerent ſub eius particulari nomine, vel ad eius diſpoſitionem, quam licet ab initio reſervatam, ſtatim facere profeſſus eſt principaliter, & abſolute reſpecta integræ ſummæ debitæ Dominis de Gallis: quo vero ad reliquum aliis ſuis creditoribus exſolvendum ſatisfactionem unice diſtribuit de tempore in tempus, quo Montis debitum pro rata portione diminutum extitiſſet, & in hoc verſatur cautio præſtita pro indemnitate fideiuſſionis, nec non in expromiſſoribus pro fideiuſſione obtentis in dictis ceſſionibus, & in ſpeciali obligatione mobilium, argentorum, aliorumque bonorum Epiſcopi Salviati ſupra recenſitorum: De quibus contentam fuiſſe Rationem Bancariam pro eius ſecuritate demonſtrant Partitæ deſcriptæ in libris modo ſuperius relatæ, quæ præambulam mentem deſcribentis declarant, & oſtendunt, ut in ſubiecta materia deſcriprionis in libris mercantilibus, *Soccin. ſen. conſ.* 160. *n.* 3. *lib* 2. *Rota cor. Seraph d. dec.* 375. *n.* 2. *cor. Beninca ſ cit. dec.* 185. *n.* 6 *repetita poſt De Luca de credit. in Mantiſſ. dec.* 27. *n.* 6. *in rec. dec.* 437. *num.* 9. *par.* 13.

Atque hinc ceſſat alterum ſuppoſitum, quod credita DD. de Gallis forent ultimo loco extinguenda poſt obtentam eorum fideiuſſionis liberationem, cum non conſtet Partes hanc cautelam voluiſſe pro ſecuritate fideiuſſionis, & oppoſitum pandit littera chirographi, in cuius prima parte cautum reperitur primam ſummam

mam prælative, & principaliter in credita DD. de Gallis debere computari; reſiduum vero cœteris creditoribus Epiſcopi perſolvi ſecundum ordinem ſupra relatum; Unde perperam infertur medio tempore pecuniam ſtare debuiſſe ocioſam in Ratione Bancaria loco cautionis neutiquam in hac ſumma, ſed tantum in reſiduo volitæ, & declaratæ; minuſque referri poteſt ad depoſitum ſimplex ex quo ceſſent fructus, dumtaxat medii temporis non vere ſors principalis extinguatur: quia ultra ſuperius adductas rationes, ſubdebant DD. verius eſſe atque receptius, quod 33
depoſitum irregulare, & quantitativum apud mercatorem peractum reſolvitur in purum mutuum, ideoque pro utilitate deponentis redditur omnino compenſabile cum alio credito eiuſdem mercatoris, ubi maxime, prout hic, fuit in eius computum adeo 34
præciſe deſtinatum, ut libere reſtitutioni pecuniæ, ſeu in aliam cauſam converſioni depoſitarius indubitanter fuiſſet obſtiturus, ſicut optime advertit, *Card. De Luc. de camb. diſc. 2. ante num. 21. & de credit. diſc. 47. n. 10. Marquard. de mercat. lib. 2. cap. 9. n. 25. & 44. Rot. dec. 30. n. 3. par. 13. dec. 657. num. 6. & ſeqq. par. 19 rec. & comprobant Gratian. cap. 319. n. 13. & ſeqq.* ubi ſemper admitti ſubdit compenſationem depoſiti ad alium contractum correſpettivi, & proſequitur *eadem Rota cor. Coccin. deciſ. 686. n. 14. Paeion. alleg. 131. n. 8. Berſan. de compenſat. cap. 1. qu. 5. n. 12. in fine*, ubi ad id autumat ſufficere voluntatem deponentis.

Minus obicem facere potuit ſecunda ratio pro parte Rationis Bancarie adducta, quod iuſta hanc interprætationem Dom. de Gallis pro conſequenda ſatisfactione ſcutorum 3350. ſibi debitorum ab Epiſcopo ſe obligaſſent favore Montis Pietatis pro ſcutis 5200. ſibique etiam in anterioritate crediti præiudicaſsent; ſicque contractum ſibi maxime præiudicialem feciſsent, quod in Florentino præſertim Mercatore primi nominis præſumendum non eſt, 35
ut de Mercatore Florentino loquens, *Soccin. ſen. conſ. 87. ſub n. 12. lib. 1. Straec. de mercat. p. 2. n. 14. Rot. Noſtra in Florentina Intereſſe 16. Septembr. 1693. §. intereſſe verſ. potiſſime cor. Finetto lib. mot. 134. fol. 432. tergo Rot. Rom. apud Torr. var. tom. 2. Miſcell. par. 1. tit. 11. dec. 1. n. 10. fol. mihi 390. & in dicta Romana, ſeu Florentina Pecuniaria 3. Iunii 1718. §. & bis, & 16. Ianuarii 1719. §. final. cor. R. P. D. meo Lancetta*, & de Liburnenſi *Palm. Nepos allegat. 285. n. 36. & 57.* & de aliis Mercatoribus *Santern. de aſſecurat. qu. 3. n. 17. Rota in Romana Pecuniaria 19 Iunii 1716. §. idque cor. Eminentiſſimo D. meo Cardinali Altham.*

36 Solent enim Florentini Cives esse plurimum ingeniosi, & sagaces, ut de eis loquendo præcise tradunt, *Paris. cons.* 137 *n.* 14 *lib.* 4. *Bertazzol. cons.* 118. *n.* 14 *Ansald. de iurisdictione par.* 2. *tit.* 7. *cap.* 3. *n.* 23. *Cavalcan. de Brachio Regio par.* 4. *n.* 464. *lit. E. Sabell. in summa diverf. tractat.* § *aer. num.* 5. & §. *consilium sub num.* 7. *vers. quod ubi Consultores Fontan. Bibliotec. legal. par.* 4. *verb. Florentini pueri videntur senes fol.* 599. *Ansald. de merc. disc.* 45. *n* 23. *Senat. Mantuan. apud Surd. dec.* 105. *num.* 2 *Ros. Rom. cor. Royas dec.* 170. *n.* 15.

37 Et eorum pueri, tanti sunt Iudicii, & Consilii; ut videantur Senes in sensu, loquela, & operationibus: Proindeque in ipsis solemnitates a iure Communi, vel municipali ad integrandam personam requisitæ quandoque relaxari scripserunt in specie de pueris Florentinis, *Castrens.* olim in hac inclita Civitate Iudex emeritus *in Leg. si frater n.* 2. *Cod. qui testamenta facere possunt, Gratian. discept.* 879. *n.* 14. & 15. *Fontan. Biblioth legal. par.* 4. *verb Florentini Pueri fol* 599. & *de Pueris Asculanis Gratian. ubi supra n* 14. & 15. *Rota Marchiæ in Æsina Alimentorum* 26. *Aprilis* 1667. § & *non mirum cor. Arrigbino*, licet quoad contra-
38 hendum generaliter sine solemnitatibus aliqua in contrarium circa eosdem consideret], *Pigant. ad Statut. Ferrar. tom. prim. lib.* 2. *rubr.* 91. *sub n.* 5. *vers. neque prodesset fol. mihi* 420. *impressionis Ferrariæ Iovius de solemnit. in contract. minor. Gloss.* 25 §. 4 *n* 35.

Pro remotione enim obiecti ponderabant Domini Episcopum Salviatum in suo Chirographo acceptato a DD. de Gallis se declarasse Laurentium de Gallis fuisse fideiussorem in mutuo accepto a Monte Pietatis pro facienda re grata, & pro benificando eundem Episcopum, ut in proemio præfati Chirographi „ ibi „ „ al quale impreſtito per farmi piacere, e insieme beneficarmi „ perchè mi vengo a sgravare di maggiori interessi di cambi, „ il vostro Sig. Lorenzo si compiace farne la sicurtà appresso „ detto Monte „ proindeque si Laurentius voluit in hac parte rem gratam facere Episcopo non est quærendum an fideiussio
39 sit eidem damnosa, & contractus præiudicialis, prout solent esse fideiussiones, quæ rarissime utiles, & frequentissime solent esse damnosæ, *Leg.* 1. *Cod. de filio fam. min. Leg. ait prætor* §. 1. *ff. de minor. Posth. resol.* 20. *n.* 17. & *resol.* 90. *num.* 26. *Gratian. discept.* 513. *n.* 18 & *seqq.* & *discept.* 723 *n.* 9 *Iovius de solemnit. Gloss.* 22. §. 13. *n.* 19. & *Gloss.* 25. §. 4. *n.* 43. & *seqq. Rot. post eum dec.* 27. *n.* 7. *cor. Gregor. dec.* 333. *num.* 4. & *seqq. Pamphil. dec.* 226. *n.* 5. & *dec.* 423. *n.* 5.

Coe-

Cœterum in præſenti, Contractus, & fideiuſſio facta a Laureatio fuit prudens, & rationabilis, quia ex pecuniis Montis Pietatis Ratio Bancaria in primis conſequebatur ſuum creditum ſcutorum 3350. reſidualia vero ſcuta 1850. ſolvenda tertiis creditoribus retinebat in manibus, & de illis ſolvere debebat creditoribus ab epiſcopo deſignatis ſolum ſcuta 400. quolibet ſemeſtre; reliquum vero hoc medio tempore, & donec veniſſet dies ſolutionis cambiare, & negociare poterat; quodque conſiderabile etiam eſt inter cœteros creditores dimittendos adetat Bandinuccius debitor Rationis Bancariæ, quæ hoc modo erat certa conſequendi ſuum creditum, dum loco ſolvendi Bandinuccio pro intranti rata ſui crediti ſummam ſibi debitam retinuiſſet: Rurſus pro incommodo, quod Domini de Gallis habebant conſequebantur ſolitam in hac Civitate proviſionem, ut licite fieri poſſe a fideiuſſoribus tradunt, *de Marin. reſol. 7. n. 4. lib. 2. ibique De Luc. n. 2. & ſeqq. Covarruvias variar. reſol. lib. 3. cap. 2. n. 6. ibique Faria num. 58. & ſeqq. ubi plene Molin. de iuſt & iur. tract. 2. diſp. 319. Scace. de Commerc. §. 3. Gloſſ. 3. n. 7. & ſeqq. Leſſ. eodem tractat. lib. 2. cap. 20. dub. 13. n 111. Hevia de commerc. Terreſtri lib. 2. cap. 17. n. 50. Bonaccin. de contract. diſp. 3. qu. 3. punct. 1. n. 111. Mantic. de tacit. lib. 16. tit 2. n. 3.* ubi quod hæc opinio eſt recepta in Rota Romana, *Hering. de fideiuſſor. cap. 26. num. 120. & ſeqq. Anſald de commerc. diſc. 98. num. 54. & ſeqq. Bonden. colluct. 31. numer. 16. & ſeqq. lib. 1. Iov. de ſolemnit. Gloſſ. 25. §. 4. n. 48. Cene. de cenſib qu. 52. n. 7. Rot. poſt enim dec. 141. n. 1. inter diverſ. deciſ. 679. n. 2. par. 1.* & a Mercatoribus Mandatariis exequentibus ordinem mandantis, *Scace. de commerc. & camb. §. 3. Gloſſ. 3. n. 1. Marquard. de iur. mercator. lib. 2. cap. 11. n. 63. & ſeqq. Mevius in ius Lubecen. lib. 3. tit. 6. art. 20. n. 46. & 47. Rot. Ianuen. de mercat. dec. 16. n. 11. & dec. 30. n. 2.*

Quæ commoda, & utilitates nec ſuperatæ, nec compenſatæ remanebant ab incomodo fideiuſſionis duraturæ per ſeptemnium circiter, intra quod tempus, ſi Epiſcopus ſupervixiſſet, eum annua præſtatione ſcutorum 800. mutuum cum Monte Pietatis extinctum remanſiſſet, maxime quia pro hac fideiuſſione Ratio Bancaria obtinuerat etiam ſibi dari expromiſſores, & ſecuritatem ſuper omnibus bonis Epiſcopi, & in ſpecie ſuper argentis, mobilibus, & paramentis exiſtentibus in eius Domibus Florentiæ, Feſulis, & Epiſcopatus Sancti Sepulcri, valoris ſcutorum 2500. quæ Rationi Bancariæ prælative quoad alios creditores fuerunt obligata; & ulterius fuit conventa præſervatio, & ceſſio iurium reportanda a creditoribus dimittendis: Quæ om-

nia iuncta cum obligatione, qua Episcopus ob beneficium receptum adstrictus remanebat erga DD. de Gallis; in aperto constituunt fideiussionem ab ipsis factam pro mutuo Montis Pietatis non fuisse actum imprudentem, & reprehensibilem; sed potius rationabilem, & congruum homini sanæ mentis, non at-
43 tento successivo illius eventu a quo contractus iudicandi non sunt, *Leg. sed an ultro §. 1. ff. de negoc. gest. Marquard. de iur. mercat. lib. 2. cap. 11. de societate, mandato, & fideiussione mercator. num. 59.*

Et ita utraque &c.

Antonius Gabriel Calderonus Rotæ Auditor.
Iacobus de Comitibus S. C. R. Audit. & Causæ Relat.
Hieronymus Vieri S. R. C. Auditor.

DECISIO XXXVI.

FLORENTINA RELEVATIONIS

11. *Iunii* 1719. *coram Audit.* IACOBO DE COMITIBUS.

ARGUMENTUM.

Fiscus, & quilibet privatus vendens iure creditoris non tenetur de evictione nisi fuerit expresse promissa. Provisores Magistratuum an absque licentia Sereniſſimi Magni Ducis possint promittere evictionem, vel pretii restitutionem; & an cessante promissionis efficacia Fiscus teneatur de iure restituere pretium receptum ex contractu, quem impugnat.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus tenetur de evictione promissa non tamen ad duplum, sed ad simplum. Limita ut* n. 3.
2 *Provisores Magistratuum absque expressa licentia Sereniſſimi Magni Ducis non possunt promittere evictionem, vel pretii restitutionem in venditionibus;* Contra n. 8. & seqq.
3 *Fiscus vendens iure creditoris rem sibi obligatam non tenetur de evictione, amplia ut* n. 7.
4 *Idque generale est etiam in quocumque privato.*
5 *Si vendere fecit cum requisitis de quibus ibidem.*
6 *Et quando talia requisita non sint necessaria.*
9 *Procurator Reipublicæ, vel Principis habens annexam Officii administ-*

miniſtrationem habet mandatum cum libera, & omnia agere poteſt, quæ requirunt mandatum ſpeciale.

10 *Idem in Procuratoribus Fiſci, Syndicis, & Adminiſtratoribus Civitatum habentibus Iuriſdictionem.*

11 *Minor, & Eccleſia contractum impugnans tenetur pretium reſtituere.*

12 *Idemque procedit in Principe, & magna Camera Ducali Hætruriæ.*

13 *Contractus tanquam individuus nequit pro parte acceptari, & pro alia impugnari.*

14 *Contractus etiam a Principe factus, vel eius Vicario eſt ultro citroque obligatorius.*

COnceſſa die 29. Martii proxime præteriti vigore Sententiæ Magiſtratus noſtri favore Alexandri, & Fratrum de Scalis immiſſione ad bona vendita ab Officio ſuper taxa, & Gabella Farinarum Iacobo Raffaellio, & ab illius ſucceſſoribus poſſeſſa, & rationibus late deductis in Deciſione ſub dicta die a me extenſa; Egerunt ipſi contra Officium præfatum pro relevatione diſcuſſaque materia in odierna audientia me referente prolata fuit Sententia dicto Domino de Raffaellis favorabilis.

Fiſcus enim, & Magiſtratus habens illius privilegia tenetur 1
de evictione, quando iſta in conventionem deducta eſt, & iura in hoc illud ſolum Fiſco privilegium indulgent, quod ipſe in caſu evictionis teneatur dumtaxat ad ſimplum, licet promiſerit duplum, vel triplum, ut eſt *Textus litteralis in Leg. procurator 5. ff. de iur. Fiſci, ibique Gloſſ. & Doctores Bald. in Leg. 1. ſub num. 5. verſ. ſed ſcias Cod. de hæredit. vel action. vendit. & conſ. 145. n. 3 lib. 2. Patiſ. conſ. 101. n. 54. lib. 1. Peregr. de iur. fiſci lib. 6. tit. 1. n. 37. Caballin. de eviction. §. 1. n. 88. de Ponte de poteſtate Proreg. tit. 4. de regalib. impoſit. §. 4. n. 2. & ſeqq. Mangill. de evict. qu. 168. n. 9. & qu 181. n. 28. & 29. Guazzin. de confiſcat. concl. 28. num. 48. Guzman. de eviction. quæſt. 8. n. 20. & ſeqq. Maſſin. de confiſcat. qu. 48. n. 1. & ſeqq. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 63. numer. 41. Reverendiſſimus Dominus Anſald. de commerc. & mercatur. diſc. 60. n. 33. Fontanell. deciſ. 221. n. 11. & 12. Commiſſarius Cameræ apud De Luc. in celebri Cauſa Romana prætii officiorum impreſſ. poſt De Luca de offic. venal. vacab. Romanæ Curiæ n 44. fol. mihi 89 impreſſionis Venetæ anni 1698. Advocati Romanæ Curiæ in allegationibus ibidem impreſſis ſignanter in prima Iuris fol. 82. n. 16. in tertia n. 26. fol. 91. in quarta n. 15. fol. 94 Sanminiat. ibidem n. 23. fol 172. Rot. Rom. ibidem n. 6. fol. 232 & in alia deciſione n 16. fol. 237.*

Non

2 Non obstat quod huiusmodi promissio in præsenti facta fuerit a Provisore generali super Gabella, & taxa Farinarum, cuius facultates, sicut aliorum Provisorum Magistratuum Civitatis Florentiæ non se estendunt ad promittendam evictionem, vel restitutionem prætii in venditionibus, nisi accedat specialis licentia Sereniſſimi Magni Ducis, quod est etiam de iure, ut disponit *Textus in Leg. bene a Zenone verſ. quæ omnia in fine Cod. de quadriennali præscript ibique Gloss. & scribentes Baldus in Leg. 1. sub n. 8. verſ. breviter Cod. de vendit. rer fiscal. lib. 10. Alexand. conſ. 52. sub n 9. lib. 7. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 99. n. 22. Alfar. de offic. Fiscal. Gloss 34. n. 35. Gob. in dicta Leg bene a Zenone citat. qu. 2. n. 122 Kloch. vot. Cameral. 133. num. 31.*

3 Maxime quia promissio facta a Provisore præfato est contraria iuris dispositioni, quo cautum est Fiscum, vendentem bona sui debitoris, non uti rem suam, sed iure creditoris & ut sibi obligatam non teneri præstare evictionem, ut firmant *Peregr. de iur. Fisci lib. 6. tit. 4 n. 36. Mangill. de eviction. qu. 44. n. 11. & qu 168 n. 12. Posth. de subhast. inspect. 63. num 8. 54. & 55. Massin. de confiscat. qu. 48. n. 1. & 14. Fontanell. decis. 222. & ex num. 2. & n 9.*

4 Prout nec tali casu teneretur quilibet privatus qui molestari contingeret, *Leg. Iulianus §. Cassius ait verſ. sententiam, & L. emptorem 12. §. sententiam ff. de action. empt. Leg. qui hæres circa medium ff. familiæ herciscundæ pacisc. de Salvian. interdict inspect. 4. cap. 1. num. 145. Rodriquez. de concurſ. creditor. par. 2. art 5. n. 21. Mangil. de eviction. qu. 44. n. 3. 4. 10. & seqq. & quæst. 46. n. 5. & de subhast. qu. 20. n. 8. qu. 49. n. 5. qu 126. num. 15 qu 160. n. 3. & qu. 173 n. 1 Guzman. de evict. q. 34 n. 3. & seqq. Posth. de subhast. inspect. 63. n. 1. & seqq. & in addictione n. pariter 1. & seq. Gob. consultat. 96. n. 55. & seq* ubi quod re-

5 quiritur ad hunc effectum, quod res vendita sibi fuerit obligata, anteriorita, vel potioritas crediti, credulitas, quod res distractam fuerit debitoris, & quod sibi liceat eam vendere, *Massin. de confiscat. dict. qu 48. n. 14. Thomat. dec. 81. num 12. Franc. Marc. dec. 26. par. 2. Franc. decis. 200. num. 16. Fontanell. dec. 222. n. 8. & dec. 223. n. 22. Rota Nostr. apud Magon. decis. 32. n. 3. & seqq. & dec. 137. n. 7. & apud Venturin. decis. 38. n. 1. & seqq.* ubi quod nec tenentur promittere præcii restitutionem declarans etiam quando supradicta requisita necessaria non sint in *Florent. de anni 1682. cor. de Angelis §. poichè & segg. in Archivio Conservatorum legum in filtia Sententiarum dicti anni n. 26. & in Florentina cautionis 15. Aprilis 1707. §. super quo & seqq. & §.*

ra-

ratio cor. Aſcanio Venturino Rot. Rom. diverſor. dec. 281. *numer.* 33. *par.* 2.

Idque procedit, ſive Fiſcus diſtrahat bona debitoris auctoritate publica inſtantibus creditoribus, ſive non, *Poſth. de ſubhaſtat. dict. inſpect.* 63. *n.* 9. *Maſſin. de confiſcat. d. q.* 46. *n.* 16. *Fontanell. dict. dec.* 222. *n.* 1. *& ſeq. & n.* 7. *& ſeq. Rota Noſtr. in d. Florent. Cautionis* 1707. §. *ratio & ſeqq. cor. bon. mem. Venturino.* 7

Quia quidquid ſit de Iure, an Proviſor, & Magiſtratus habens facultatem vendendi poſſit etiam promittere eſtictionem, & prætii reſtitutionem, quod in terminis Procuratoris Principis affirmative reſolvit *Gob. in dicta Leg. bene a Zenone citat. qu.* 2. *num.* 68. *&* 69. 8

Procurator enim Reipublicæ, vel Principis habentis annexam Officii adminiſtrationem dicitur habere generale mandatum cum libera; & propterea omnia expedire poteſt, quæ requirunt ſpeciale mandatum, ut eſt *Textus in Leg. præſes* 12. *Cod. de tranſact. ibique Iaſon. n.* 7. *Surd. conſ.* 335. *n.* 48. *Merlin. de pignorib. lib.* 2. *qu.* 101. *n.* 18. *Urceol. de tranſact. qu.* 11. *num.* 20. *& ſeqq.* ubi etiam de Procuratore Fiſci, de Sindicis, & Adminiſtratoribus Civitatum perpetuis, & habentibus iuriſdictionem, *& qu.* 12. *n.* 14. *& ſeqq. Larrea alleg. fiſcal.* 2. *n.* 22. *& ſeqq.* 9 10

Admittebant Domini in Civitate Florentiæ hoc fieri a Proviſoribus non poſſe niſi Conſulto Principe, ſed omiſſis aliis pluribus reſponſionibus, ſubdebant quod data etiam nullitate, Officium obligatum fuiſſet ad reſtitutionem prætii; Quando enim Magiſtratus, vel Princeps vult impugnare contractum tenetur prætium in ſui utilitatem converſum reſtituere ut de Minore & Eccleſia contractum impugnantibus firmant *Turricell. de rebus eccleſiæ non alienandis cap.* 3. *n.* 2. *& ſeqq. Panimoll dec.* 53. *annot.* 6 *n.* 67. *& dec.* 54. *annot.* 2. *n.* 28. *& ſeqq. Rota Noſtra Adden. ad deciſ.* 444. *num.* 59. *par.* 4. *tom.* 2. *rec Rot Rom. cor. Buratt. dec.* 814. *n.* 4. *& cor. Merlin dec.* 219. *n.* 1. *& ſeqq.* 11

Quibus æquiparari Magnam Ducalem Cameram Etruriæ, & Magiſtratus Florentiæ, qui iisdem privilegiis fruuntur eodemque modo regulantur firmant in ſpecie *Anſald. de commerc. diſc.* 18. *n.* 16. *& diſc.* 84. *n.* 9. *&* 11. *Palma Nepos alleg.* 184. *num.* 17. *&* 44. *Manſ conſ* 433. *n.* 13. *deciſ. Florent. apud Urceolum in tertia appendice ad conſultat.* 84. *n.* 47. 51. *&* 69. *verſ eo nequaquam & apud Sabell. in ſumma tom.* 2. *infra alleg.* 9. *n.* 86. 12

Eſt enim impercettibile, quod Magiſtratus Farinarum velit pretium ex venditione a ſe facta retractum retinere, & promiſſionem de reſtituendo impugnare ſine qua prætium non recepiſſet, neque emptor contraxiſſet; cum contractus, tamquam individuus 13

non

non ſolum nequeat pro parte acceptari, & pro parte reprobari, *Faber. in Cod. lib. 2. tit. 16. diſtinct. 1. Turricell. de reb. Eccleſ. non alienand cap. 22. num. 8. Rot. cor. Seraphin. deciſ. 5540. & cor. Bich. dec. 437. n. 33. & ſeqq. & in rec. dec. 489. n. 33. par. 8.*

14 Sed etiam quia cum ſit ultro citroque obligatorius debent pacta ex utraque parte obſervari, ut de contractu a Principe facto, ſeu ab eius Vicario late firmat *Capye. Latro dec. 188. n. 2. & ſeqq. cum aliis per Conſtant. ad Statut. Urb. lib. 1. de loc. mont. diſc unic. num. 273. Altimar. de nullit. in contract. tom. 6. ſect 2. ſuppl. 2. qu. 39. n. 337. §. ſicut diximus fol. 343. in impreſſione Neapolitana, & in Veneta fol. 243.*

Agnovit prædictorum veritatem ipſummet Officium Farinarum, ideoque vigore reſervationis appoſitæ in prima Sententia diei 29. Martii præteriti actiones ſuas direxit contra hæredes Lucæ Antonii Ubertini Proviſoris Magiſtratus de tempore factæ venditionis &c.

Et ita utraque &c.

Iacobus de Comitibus Auditor.

DECISIO XXXVII.

FLORENTINA PECUNIARIA

4. *Iul.* 1721 *ex L. M.* 143 *a* 315 *cor. Aud.* OCTAVIO VASOLI PICCININI.

ARGUMENTUM.

EXaminatur Reformat. 20. Auguſti 1565. rubr. 15. & firmatur non poſſe minores 22. anni ſine Iudicis Decreto ad Cambium recipere, vel ſua bona hypothecare. Examinatur etiam 2 Rubr. 115. libro 2. Statuto Florentino circa obligationem Mulierum, & reſolvitur quod Decretum interpoſitum a Magiſtratu ad unum effectum, & ad unum actum non poteſt deinde ad alium extendi tamquam ſtrati iuris.

SUMMARIUM.

1 *Minores 22. anni non poſſunt obligari abſque conſenſu Magiſtratus Pupillorum iuxta reform. 22. Auguſti 1565. rubr. 15.*

2 *Hæc reformatio loquitur in terminis generalibus ideoque comprehendit omnes contractus minorum 22. anni.* 21

3 *In*

3 *In ſubiectis Curæ Pupillorum minor ætas prorogatur reſpectu Statuti Communis, & coarctatur reſpectu iuris Communis.*

4 *Reſcripta iuxta Legem anni 1561. faciunt ius ſolum inter partes inter quas emanarunt.*

5 *Quæ certam habuerunt interpretationem non poſſunt amplius deduci in quæſtionem.*

6 *Mulier ex rubr. 115. lib. 2. Statut. Florent. non poteſt obligari abſque conſenſu mundualdi.*

7 *Decretum interpoſitum ad unum effectum non poteſt extendi ad alium.*

8 *Decretum interponi debet ſuper certo, & individuo actu ſpecialiter, & limitative.*

9 *Obligatio facta contra legem non ſubſtinetur.*

10 *Reus conventus per viam exceptionis opponere poteſt ius Tertii.*

CUm Dominicus del Noia, uti hæres Laurentii eius Patris ſe prætenderet Creditorem Antonii Davanzelli, & Benedictæ del Paſſera eius uxoris in ſumma ſcutorum 420. ex duabus Apocis Cambiariis anni 1671. una cum fructibus ſuper eis decurſis, Iudicium Salviani inſtituit coram Illuſtriſſimo Magiſtraru Conſiliariorum adverſus Dom. Ducem Antoninm M. Salviati poſſeſſorem nonnullorum bonorum iuris olim dicti Antonii Davanzelli, cauſamque nobis ad referendum commiſſa, eaque mature diſcuſſa, cenſuimus fore, & eſſe dictum Dominum Ducem a petitis abſolvendum ſicut eum abſolvimus.

Etenim obligationem contractam per dictum Davanzelli patenti nullitatis vitio laborare non dubiravimus, cum de tempore illius celebrationis nondum impleviſſet ætatem annorum 22. eſſetque minor ex ſuppoſitis curæ Magiſtratus Pupillorum quibus intra dictam ætatem obligari neutiquam eſt permiſſum abſque conſenſu, & licentia dicti Magiſtratus iuxta novam Reformationem dici 20. Auguſti anni 1565. rubr. 15. non attenta reſponſione, quod eadem Reformatio in litera videtur loqui ſolum de aliquibus contractibus, neque comprehendat receptionem pecuniarum ad Cambium, aut bonorum hypothecationem, de quibus in præſenti, vel aliter contractus quoſcumque.

Quia contrarium Dominis viſum fuit tam attenta generalitate verborum Rubricæ „ ibi „ che li pupilli ſtati ſotto la cura del „ Magiſtraro, & altre perſone ſottopoſte non poſſino fare obbli- „ ghi delle loro facoltà, ancorchè paſſino anni 18. fino in 22. „ qua generalitate rationis in eadem reformatione expreſſe, ne ſcilicet adulti propter ætatis imbecilliratem brevi tempore dilapident bona parta ſudore maiorum, & Magiſtratus cura, & protetione

tione ſervata, talis enim ratio intrat in quacumque generaliter obligatione, ut caſus etiam receptionis pecuniarum ſub uſuris, atque hypothecationis bonorum ſub dicta lege cenſeatur conprehenſas, & mentio facta de aliquibus tantum contractuum ſpeciebus dicatur in ea facta demonſtrative, ſeu exemplificative, non reſtrictive, prout hanc opinionem poſt editam præfatam reformationem ſemper, & inconcuſſe tenuit *Rota Noſtra ex Lib. Mot. 68. a 317. & Lib. Mot. 127. a 221. apud Accarif. dec. 69. a n. 3. uſque ad 13. & n. 18. apud Ureeol. dec. 20. n. 2. & apud Palmam Nepot. alleg. 344 n. 21. verſ. ulterius, & n. 22.*

Ut enim colligi poteſt ex dictis Deciſionibus & Motivis eius fuit Rotæ Noſtræ ſenſus, ut in ſubiectis Curæ Magiſtratus Pupillorum minor ætas, quæ ex Statuto Communis Florentiæ eſt annorum tantum 18. prorogata cenſeatur uſque ad annum 22. & quæ minor intelligatur prohibitus facere ſine licentia dicti Magiſtratus intra dictam ætatem ea omnia quæ ex Statuto facere non poteſt intra annum 18. & ex iure communi intra annum 25 hæque interpetratio non poteſt eſſe magis clara reflectendo, quod Statuentes declaraverunt ſe velle amplecti mediam viam inter Ius commune, & Statutarium, cum enim utrumque ius diſponat ſuper minori ætate, ſi nolumus dicere, quod mediam viam inter unum, & alterum ius fuerint amplexi ſuper minori ætate eos diſpoſuiſſe neceſſario dicere debemus illam prorogando reſpectu Statuti, & coatctando reſpectu iuris communis, ne dicamus mediam viam, quam amplexi fuerunt, eſſe quid diverſum ab extremis, quibus comparatur prout ita etiam ratiocinata eſt *Rota Noſtra dicto Lib. Mot. 127. a 221. §. excludit cum §. ſeqq.* quod eſt ſolemne motivum quinque Dominorum Auditorum.

Et de facto talem fuiſſe mentem Statuentium prorogandi minorem ætatem uſque ad annum 22. declaratum ſuit in quadam Relatione eiuſdem Magiſtratus Pupillorum approbata a Sereniſſimo Magno Duce ſub die 21. Auguſti 1681. quam per extenſum refert *Anſald. de commerc. & mercat. diſc. 19. n. 6.*

Nulla autem ratio per Dominos habita fuit de quodam motivo, ſeu verius quadam conſultatione egregii Iuris Conſulti Chriſtophori Martii Medices in Cauſa Garbugli, e Pontenari exadverſo allata, prout nec de aliquibus reſcriptis in eadem conſultatione inſertis, ac emanatis a Principe, quia iuxta legem anni 1561. die 19. Iulii reſcripta non poſſunt allegari ad deciſiones cauſarum etiam ſimilium, eaque faciunt ius ſolum inter partes, inter quas emanarunt, & pro illa vice tantum, ulterius dicta reſcripta, prout data conſultatio loquuntur in caſu valde diverſo, cum in eo ageretur de minore ſolito negociari, & qui merces ſericas emerat

pu-

publice, & palam ab eo qui tenebat apothecam apertam ut quidquid deinde per ipſum Dominum Conſulentem extra neceſſitatem dici poterit in propoſito dictæ Reformationis non fuerit attendendum ſtantibus tot rebus iudicatis Rotæ Noſtræ; quarum authoritate, & præſtantia ea, quæ certam iam, & ſtabilem habuerunt interpretationem, non debent amplius deduci in quæſtionem adnotata per *Card. De Luca de Iudic. diſc. 35. num 70. 71.* 5

Eodem quoque nullitatis vitio affectam eſſe dignoſcimus, alteram obligationem Benedictæ del Paſſera Uxoris cum agendo de bonis Dotalibus, Mulier ex Statuto Florentiæ *rub. 115. lib. 2.* reperiatur prohibita aliquam obligationem iuratam facere abſque præſentia, & interventu Magiſtratus Dominorum Capitaneorum Horti Sancti Michaelis, atque non adhibitis omnibus ſolemnitatibus in dicto Statuto præſcriptis, ut actus aliter geſtus deinde declaretur ipſo iure nullus ex firmatis in puncto præcitati Statuti per *Mollin. reſolut. 19. per tot.* & eſt res in hoc Dominio ſatis clara. 6

Et licet in pede prioris apocæ, ad quam potiſſimum reſtricta fuit Cauſæ diſputatio propter maiores difficultates emergentes circa ſecundam, continentem dictæ Benedictæ declaratio qualiter ipſa obligationem iniſſet vigore Decreti, & licentiæ de die antecedenti obtentæ a Magiſtratu Dominorum Capitaneorum Horti Sancti Michaelis, quia tamen ex eius lectura apparuit Dominis ei deconceſſam fuiſſe tantummodo licentiam fideiubendi pro Marito cum clauſula principaliter, facta prius coram eodem Magiſtratu narratione quod facili aſſecuta fuiſſet relevationem ſuper aliis eiuſdem Mariti Bonis, quæ etiam fuerunt in ipſo Decreto ſpecificata, & e converſo cum iuxta expreſſum dictæ apocæ tenorem apparuerit dictam Benedictam pecunias ſimul cum Marito ad cambium accepiſſe, & ſe principalem dicti cambii debitricem, & corream conſtituiſſe, dato ab ambobus pro Fideiuſſore Antonio del Paſſera Fratre, & Soſororio reſpective, ita actus per eam geſtus repertus fuit omnino diverſus ab eo, qui fuit dicto Magiſtratui ſuppoſitus, & ab eo approbatus, ut Decretum interpoſitum ad unum effectum, & ad unum actum non potuerit deinde extendi ad alium tamquam ſit ſtricti iuris *Grat. cap. 767. num. 23.* Exemplo diſpenſationis, quæ 7 conceſſa ad unum finem ad alium non porrigitur, idem *Gratian. cap. 483. num. 12. & 13. & cap 827. num. 7. 8. Cyriac. controv. 219. num. 5. & ſeq. Afflict. deciſ. 320. num. 12. Surd. deciſ. 268. num. 20. 21.* ubi quod in hac materia neque intrat argumentum de maiori ad minus, *Rota apud Balduce. ad Ramon. tom. 2. dec. 32. num. 34. 35. 36. & deciſ. 18. num. 15. 16. par. 19. recent.*

Nemo enim audebit dicere quod Magiſtratus cognoverit de iuſtis cauſis accipiendi dictam Benedictam ſimul cum Marito pecunias

ad cambium, & se constituendi illius principalem debitricem absque iure obtinendi relevationem, quam tamen obtinuisset si in contractu fideiussionem dumtaxat peregisset. Quinimo ipsa vigore dicti contractus obligata remansit ad relevationem prestandam versus dictum Antonium Fideiussorem; quod semper magis ostendit quantum diversa fuerit una obligatio ab altera, & quod Causa relevationis obtinendæ, qua motus fuit Magistratus ad permittendam obligationem fideiussoriam deficit in alia obligatione, hinc recurrentibus generalibus regulis, quæ volunt, ut Decretum interponi
8 debeat super certo & individuo actu specialiter, & limitative, ex plene cumulatis per *Paulut. differt.* 8. *n.* 31. & hæc est ratio quare interpositum ad unum Actum non possit deinde extendi ad alium diversum, ut supra diximus.

Nec forte replicare iuvat, quod si obligatio dictæ Benedictæ non potuit subsistineri eo modo quo fuit facta, subsistineri saltem debuerit eo modo, quo fieri potuisset, quia cum actus volitus fuerit unus, & actus permissus fuerit, alter locum sibi vindicat in præsenti
9 dictum illud vulgatum, quod potui nolui, quod volui adimplere nequivi, de quo *Rota Nostra apud Magon. dec.* 2. *n.* 14. *Barb. ax.* 196. *n.* 13.

Et hæc dicta sint satis in articulo valde clato, omissa tamquam superflua discussione aliarum exceptionum, & nullitatum, quæ adversus dictas obligationes fuerunt exuberanter propositæ, solumque notandum supereſt, quod licet sit Tertius ille qui hodie allegat nullitatem dictarum obligationum non iam sint dicti del Passera, & Davanzelli, aut eorum hæredes; at tamen cum sit Tertius Reus, qui nullitatem deducit per viam Exceptionis ad tuendam
10 suam Possessionem hoc ei facere est permissum ut in magistrali *dec. sup.* 613. *num.* 18. *part.* 19. *tom.* 2. *repetit. post Iol. de solemnitat. tom.* 2. *dec. sup.* 49. confirmata, & approbata in *dec. sup.* 58. *num.* 14. *post eumd.* ac in aliis passim.

Et ita ab omnibus Dominis consultum fuit utraque Parte informante.

Antonius Gabriel Calderonus Rotæ Auditor.
Manilius Urbani Rotæ Auditor.
Octavius Vasoli Piceinini Rotæ Auditor, & Relator.

DE-

DECISIO XXXVIII.

FLORENTINA LEGATI.

Veneris 11. *Septemb.* 1722. *cor. bo. me. Audit.* MANILIO URBANI.

ARGUMENTUM.

AN, & quando Sorores Tertiariæ Divi Dominici, ſive Divi Franciſci, vulgo *Pinzochere*, capaces ſint legatorum relictorum pro Monachatu, ſeu pro Matrimonio temporali, vel ſpirituali late examinatur, & reſolvitur.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Habitu Tertii Ordinis Divi Dominici uſa eſt Sancta Catharina Senenſis.*

3 *Tertiaria Divi Dominici videtur excludenda a legato facto in caſu Matrimonii ſpiritualis, vel temporalis.*

4 *Matrimonium ſpirituale contrahitur per ingreſſum in Religionem, ubi tria vota ſubſtantialia ſolemniter emittuntur*, & num 6.

5 *Tertiariæ, ſive Divi Dominici, ſive Divi Franciſci in propriis Domibus commorantes, licet habitum gerant, & profeſſionem emittant non dicuntur proprie Regulares.*

6 *Vota ſubſtantialia ſunt caſtitas, paupertas, & obedientia*, & n. 4.

7 *Votum Caſtitatis ſimplex impedit Matrimonium licite iniri, ſed non dirimit Matrimonium contractum, prout iſtud dirimit votum ſolemne Ordinis, ſeu Religionis.*

8 *Votum Caſtitatis ſimplex non efficit perſonam vere Religioſam.*

9 *Dictæ Tertiariæ etiam cum expreſſo voto Caſtitatis non conſequuntur Legatum pro nubentibus in Domino, ſeu pro ſumentibus ſtatum Religionis.*

10 *Conditio Matrimonii carnalis, ſeu ſpiritualis debet adimpleri in forma ſpecifica vere, & non ficte, & ſic per verum Matrimonium, vel per ingreſſum in Religionem, ubi emittuntur tria vota ſolemnia.*

11 *Tertiariæ gerentes habitum, ac profeſſionem emittentes cum expreſſo voto Caſtitatis, iuxta Bullam S. M. Leonis X. admittuntur ad conſecutionem legati pro Monachatu concepti, licet in propriis Domibus maneant.*

12 *Dictæ Tertiariæ gaudent omnibus privilegiis ſui Ordinis, ac ſi viverent in communitate.*

13 *Votum Tertiariarum requisitum a dicta Bulla Leonis debet esse simplex, non autem solemne.*

14 *Dictæ Tertiariæ cum dicto voto Castitatis consequuntur legatum, prout professæ solemniter.*

15 *Tertiariæ cum dicto voto Castitatis, valide admittuntur ad Professionem, etiam absque requisitis Bullæ Leonis, vel a Sacra Congregatione præscriptis; ob defectum Decreti irritantis.*

16 *Doctores agentes de huiusmodi requisitis recensentur.*

17 *Abbas Iacob Gyptius in respons. pro observat. Fratris in decis 187. Capyc Latr. autumans Bullam Leonis fuisse revocatam a S. M. Pia V. & Gregorio XIII. ac declarationes SS. Congregationum, non esse authenticas reicitur ex Fagnano aliisque pluribus Doctoribus.*

18 *Tertiariæ professæ cum expresso voto Castitatis æquivalentem statum Monachalem servant pro consecutione legati.*

19 *Et gaudent, tam privilegio fori, quam Canonis.*

20 *Tertiariæ sine dicti voti emissione reputantur pro mere secularibus, non gaudent dicti privilegii, sed tantum participant de gratiis spiritualibus.*

21 *Tertiariæ cum dicto voto sunt Religiosæ saltem analogice; Ecclesiasticæ Personæ cultus Divino dicatæ, & religiosæ expressum vocatæ, in Constit. S. M. Nicolai V.*

22 *De Sororibus Tertiariis, nec collegialiter viventibus, nec Castitatem expresse voventibus intelligendæ sunt auctoritates contrariæ.*

23 *Tertius Ordo de pœnitentia Divi Dominici a plurimis Pontificibus fuit approbatus.*

24 *Tertiaria ex præsumpta voluntate Testatoris consequitur legatum pro nuptiis, vel pro matrimonio factum.*

25 *Cælibatus perfectior est matrimonio carnali.*

26 *In mere Laicis cælibatus non esset efficax pro consecutione legati facti pro coniugio temporali, vel spirituali.*

27 *Status Tertii Ordinis Divi Dominici, cum dicto expresso voto Castitatis, uti perfectior statu coniugali dici debet verisimiliter huic a Testatrice prælatus, ad effectum consecutionis legati.*

28 *Ia. Franc del Castillo decis. 88. & Ia. del Castillo quotid. contr. lib 5. d. cap 81. declarantur.*

29 *Legatum pro Monachandis S. Congreg. Concilii concessit puellæ existenti in Hospitali S. Sixti Urbis erecto pro pauperibus mendicantibus, attenta dicti legati tenuitate.*

30 *Tertiaria cum dicto voto Domi vivens consequitur legatum etiam pro Matrimonio Spirituali factum, quando Testator voluit eidem tamquam certæ personæ providere.*

31 *Assignatur ratio & differentia inter legata relicta certis personis, & incertis.*

32 *Testator qui vult providere certæ puellæ, si meminisset de hoc statu*

Ter-

Tertiariæ in illius favorem veriſimiliter diſpoſuiſſet, præcipuæ attenta tenuitate legati.

33 *Legatum pro certis virginibus maritandis datur ingredienti Religionem.*

34 *Legatum etiam generale pro puellis maritandis poteſt applicari ingredientibus Religionem, dummodo verba taxativa diſponentis non refragentur, vel alia ſimilia, iuxta aliorum Doctorum opinionum.*

35 *Legatum factum pauperi Virgini pro amore Dei, dicitur pium.*

36 *Pietas facile præſumitur, ubi adeſt indigentia perſonæ.*

37 *Legatum pium, quodmodo expreſſio impleri non poteſt non caducatur, ſed convertitur in alium uſum pium Teſtatoris voluntati magis conformem.*

38 *Iſta legati converſio, ſeu commutatio fieri debet ad inſtantiam cuiuſque de populo.*

39 *Etiam Efede invito, ſeu abſque cauſa legitima contradicente.*

40 *Mens, ac ſpiritus diſpoſitionis in ultimis voluntatibus potius attendendus eſt, quam ſonus, aut natura, vel rigor verborum.*

41 *Legatum factum certis perſonis habentibus ſpecialem Teſtatoris affectionem, præcipue ſi pium ſit benignam ſemper, ac latam recipit interpretationem.*

42 *Verba impropriantur, ut pauperi puellæ ſuccurratur.*

43 *Votum ſolemne dirimit Matrimonium iam contractum, ex conſtitutione Eccleſiæ.*

44 *Votum ſimplex Caſtitatis, quoad ſubſtantiam non differt a ſolemni, & differentia inter unum, & aliud eſt mere accidentalis ex præcepto Eccleſiæ.*

45 *Votum ſimplex, quo ad Deum, non minus obligat, quam ſolemne.*

46 *Votum ſimplex Caſtitatis emiſſum a Tertiaria dicitur votum ſtatus, & non poteſt commutari ab habente facultatem commutandi vota ſimplicia Caſtitatis.*

47 *Pro commutatione, & diſpenſatione huius voti recurrendum eſt ad Summum Pontificem, etiam pro utroque foro, attenta voti manifeſtatione.*

48 *Oblatæ Turris Speculorum Urbis non emittunt votum Caſtitatis, niſi implicite.*

49 *Sponſus, & Sponſa etiam de futuro large veniunt nomine Uxoris, & Mariti in favorabilibus.*

50 *Matrimonii appellatione itidem veniunt ſponſalia.*

51 *Matrimonium ſpirituale per ingreſſum in Religionem dicitur ſolum improprie, & methanoriee.*

52 *Matrimonium ſpirituale proprium eſt illud quod contrahitur inter Eccleſiam, & Epiſcopum.*

53 *Auctoritates in contrarium explicantur* cum num. ſeq.

54 *Conditio ingrediendi Monaſterium non eſt pure poteſtativa, ſed mixta.*
55 *Conditio pariter mixta eſt ſuſcipiendi Sacerdotium.*
56 *Conditio mixta admittit implementum per æquipollens.*
57 *Auctoritas Monatelli explicatur in quibus terminis procedat.*
58 *Clauſula non alias, nec alio modo inducit præciſam neceſſitatem, & formam.*
59 *Habitus non facit Monachum.*
60 *Legatum factum Nepti in dubio non dicitur pium, ſed præſumitur factum intuitu ſanguinis, & affectionis.*
61 *Legatum factum coniuncto pauperi, niſi fiat pro amore Dei, vel pro anima non dicitur pium.*
62 *Legatum factum conſanguineo, etiam pro amore Dei, vel pro anima non dicitur pium, quando conſanguineus non eſt pauper, vel arbitrio boni viri pro paupere reputari non poteſt.*
63 *Reſolutiones S. C. Cancilii excludentes a conſecutione legati pro Monacandas puellas exiſtentes in Conſervatariis, ut dicitur* di Maria Agneſa, e del Refugio *Civitatis Senarum in quibus terminis procedant.*
64 *Legatum pro Monacandis conſequuntur puellæ exiſtentes in Conſervatoriis, in quibus in communi vivitur ſub obſervantia alicuius regulæ cum emiſſione votorum ſimplicium perſeverantiæ, & Caſtitatis.*
65 *Legatum pro Monacandis, vel Maritandis conſequuntur puellæ exiſtentes in Conſervatorio Archiſpitalis Incurabilium, ſuo inſtituto Vallumbroſano, ubi non fit ulla profeſſio, nec ullum votum emittitur, ſed ſalum collegialiter vivitur ſub obedientia Prioriſſæ.*
66 *Simile legatum conſequuntur puellæ exiſtentes in Conſervatorio, ut dicitur del Ceppa huius Civitatis.*
67 *Oblatæ Sancti Benedicti non ſunt Tertiariæ eiuſdem Ordinis.*
68 *Oblatæ Conſervatorii Septem Dolorum Urbis non emittunt votum Caſtitatis.*
69 *Pariſ conſ. 40. num 14. & 15. lib. 3. & Eugen. conſ. 26. num. 14. cum ſeq in quibus terminis loquantur.*
70 *Bartol. in Leg. comodiſſime ff. de liber. & poſth. loquitur expreſſe de ingreſſu Monaſterii, quæ verba ſunt magis univoca, & præciſa.*

1 EX quadam clade belli geſti contra Turcas, ſeu Saracenos, præ cœteris in Victorum poteſtatem redactis Virgo fuit impubes, ac omnibus propinquis, rebuſque inops, licet non mediocris, ut fertur, generis, ſuperſtes, ſarmatico nomine *Salia*, quæ Dei beneficio ad nobilem Matronam Dominam Lauram de Ubaldinis Uxorem quondam nobili Viri Alexandri de Franchis perventa, ac poſtmodum Sacro Baptiſmatis Lavacro, ea ſollicitante, regenerata, im-

impoſito nomine Maria de Franchis, appoſite ſategit exequi mandata eiuſdem Lauræ, tum quoad morum honeſtatem, tum quoad præpoſitæ holoſericæ artis diſciplinam aſſequendam, itaut in extremo illius elogio legatum ſibi fieri ſub infraſcriptis verbis conceptum æque promeruerit videlicet „ *item per titolo di legato per l' amor* „ *di Dio, e per una volta tanto, laſciò, e legò ad una ſua Turchetta, e Schiava, che prima ſi nominava Salia, e da detta Signora* „ *Teſtatrice fatta battezzare con nome di Maria, e con il caſato de'* „ *Franchi, Famiglia di detto già ſuo Marito, ſcudi cinquanta di moneta Fiorentina di lire ſette per ſcudo, da darſeli, e pagarſeli dall'* „ *infraſcritto ſuo Erede in atto di Matrimonio ſpirituale, o temporale, allora prontamente, e liberamente, ed in oltre lire due per ciaſcun meſe per ſpazio d' anni quattro dal dì della morte di eſſa Signora Teſtatrice da darſeli dal medeſimo ſuo Signor Erede meſe per* „ *meſe liberamente.*„

Spretis exinde illecebris carnis, ſeu nuptiis temporalibus, ac de cœtero impotens præfata Maria cum hoc renui, & inſufficienti legato ad ingrediendum Monaſterium Clauſtrale, operæ pretium duxit, eo meliori, quo poterat modo perennes gratias referre Deo de admirabili ſui ipſius converſione ad Fidem Catholicam, ſuſcipiendo habitum Tertii Ordinis Divi Dominici, quo uſa fuit Diva Catharina Senenſis, teſte *D. Antonino in hiſtor. part.* 3. *tit* 23. *cap.* 14. §. 1. *&* 2. & poſtea profeſſionem, ac etiam expreſſum votum perpetuæ Caſtitatis coram ſuo Superiore, ac teſtibus emittere, quibus peractis inſterit coram Supremo Magiſtratu huius inclitæ Civitatis condemnari Hæredem dictæ quondam Lauræ ad ſibi ſolvendum legatum prædictum, quo renuente ſub fundamento hucuſque non ſecuti Matrimonii ſive ſpiritualis, ſive temporalis, extitit nobis huiuſmodi cauſa de conſenſu utriuſque Partis commiſſa, eaque, ut par erat ſæpe, ſæpius ponderata, tandem in hunc ſenſum devenimus, legatum prædictum in caſu de quo agitur debeti dictæ Mariæ Tertiariæ, adeoque cogendum eſſe Hæredem ad illud ei ſolvendum, & pro huiuſmodi effectu concedendam petitam immiſſionem ex ſequentibus. 2

Dubitandi rationem præſeferebat aſſertus defectus qualitatis a Teſtatrice præoptatæ, nempe Matrimonii ſpiritualis, vel temporalis, quorum alterutro actu non exiſtente videbatur Legataria a conſecutione legati penitus excludenda, ut omiſſis generalibus in ſpecie caſus noſtri late firmat *Caſtill. de conſect ult. vol. lib.* 5. *quotid. contr. cap.* 90. *a n.* 1. *ad* 17. *uſq. ad* 38. *per tot. & prius cap* 81. *per tot.* ubi præciſe agitur de ſimili his verbis concepto „ *Para las* „ *parientas de milinage, que ſe caſaren, & tomaren eſtado de Religion* „ & generaliter *Amoſtaz. de cauſis Piis lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 26. *Io. Franc. de Caſtill. deciſ.* 88. *a num.* 2. *per tot.* 3

De-

Deficiente Matrimonio carnali, quoad ſpirituale, & iſtud abeſſe obiiciebatur, dum communiter contrahi dicitur per ingreſſum in veram Religionem, ubi tria vota ſubſtantialia ſolemniter emit-
4 tuntur *Card. De Luca de Regul. diſc. 50. n. 19. & de dot. diſc. 5. n. 2. Caſtill. de coniect. ult. vol lib. 5. cap. 99. n. 55. §. & huius partis Cyriac. contr 504. num. 5. 6. & ſeq. & per tot. R. P. D. Petra ad Conſtit. Apoſtol. conſt. 12. Innocent. IV. ſect. 2. num. 41. & per tot. tom. 3.*

Iſtæ autem Tertiariæ, ſeu Sorores de pœnitentia Divi Dominici, ac Divi Franciſci, licet habitum Religionis gerant, & profeſſionem, iuxta earum Regulas emittant, cum in propriis Domibus habitent conſiderari non poſſunt in ſtatu vere Regulari, ſeu Religioſo, dum ſervant ſolum quendam vivendi modum a Sede A-
5 poſtolica approbatum *gloſſ. in clement. pr. de Religioſ. Dom.* „ ibi „ „ non profitentes tria ſubſtantialia non dicuntur proprie habere „ Regulam, ſed quendam modum vivendi, & per conſequens non „ dicuntur proprie Regulares „ & tradunt in ſpecie, *gloſſ. in Clement. cum ex eo verbo tertio de ſentent. excom. Roman. conſ. 357. n. 14. & 15 Eugen conſ. 26. num. 35. & num. 60. Pariſ. conſ. 40. n. 14 15. & ſeq lib. 3. Menoch. conſ. 948 num. 7. & 8. cum ſeqq. lib. 10. Navarr conſ. 33. num 1. de Regular. lib. 3. Graſſ. de effect. Clerical. effect. 1. num. 93. verſic. & quod hæc opinio, & effect. 4. num. 270. De Luca de Regular. diſc. 50. num 4. in fin. & num. 19 Farias ad Covarr. lib. 1. cap. 19. ſub num. 71. Caſtill. d. lib. 5 cap 81. §. Regulæ itaque Pignattell. conſ. 69. num 4. & n. 9. & num. 16. & 17. tom. 10. Sanchez de Matrimonio lib. 7. diſp 25. num. 10 Capyc. deciſ. 10. num. 2. & 3. & num. 17. Sanfelic. dec. 418. num 2. 3. 4. Rota part. 1. diverſ. deciſ. 591. num. 7. quæ eſt Seraphin deciſ. 121.*

Nec refragari addebatur votum perpetuæ caſtitatis a dicta Maria emiſsum poſt profeſſionem, iuxta ſolitum aliarum Tertiariarum Divi Dominici Conventus S. Marci huius Civitatis; tum quia non per hoc dici poteſt religioſa, cum ad hunc effectum, ut dictum eſt neceſse ſit profiteri tria vota ſubſtantialia, nempe, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ *Menoch. d. conſ. 948. num 8.* cum aliis proxime allegatis, quibus additur *Sperell. deciſ. 2. num. 47.* tum
6 etiam quia, cum votum huiuſmodi dicatur ſimplex, abſque profeſſione ſolemni, & immutabili in Religione habente ſtatum irretractabilem impedit Matrimonium licite iniri, non autem dirimit Matrimonium poſtea ſecutum, prout iſtud dirimeret votum ſolemne
7 Ordinis, ſeu Religionis, ut recte declaravit *Bonif. VIII. in cap. unic. de voto, & voti redempt. in 6. & Alexand. III. in cap. conſuluit 4.* qui Clerici, vel voventes *Dian. oper. cor. tom. 7. tract. 1.*

de

de dub. Regul. reſol. 350. *n.* 1. *Sanchez de matrim. lib.* 7. *diſp.* 11. *num.* 4 *& diſp.* 25. *num.* 2. ubi de voto ſimilium mulierum, quas vocant Beatas *Layman. Theolog. moral. lib.* 5. *tractat.* 10. *part.* 4. *cap.* 3. *num.* 5. *de impediment. matrim. de Iuſtis de diſpenſ. matrim. lib.* 2. *cap.* 14. *num* 77. *R. P. D. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. conſtit.* 15. *Mart. V. num.* 11. *tom.* 4. & per conſequens non poteſt effieere perſonam vere religioſam *Cyriac. controv.* 504. *num.* 3. 4. 5. 6. *Caſtill. d. lib.* 5. *cap.* 81. *per tot.* 8

Præſertim ad effectum conſequendi legatum factum pro nubentibus in Domino, ſeu pro Monachatu, vel pro ſumentibus ſtatum Religionis, in quibus terminis habemus huiuſmodi Tertiarias, ſeu Bizochas in propriis domibus habitantes, ac vitam cœlibem agentes etiam ſub expreſſo voto caſtitatis tale legatum conſequi non poſſe, late *Caſtill. de coniectur. ultim. volunt. d. lib.* 5. *cap.* 81. *per tot. Farias ad Covarr. lib.* 1. *cap.* 19. *ſub num.* 71. *Adden. ad Sanfelic. deciſ.* 418. §. *modo reſtat late Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.* 3. *gloſſ* 4. *num.* 24. *&* 25. *cum ſeq. part.* 1. *Monacell. in formular. legal practi. part.* 1. *tit.* 10. *form.* 19. *num.* 7. *R. P. D. Petra ad Conſtit Apoſtolic. conſtit.* 12. *Innoc. IV. ſect.* 2. *ſub num.* 42. *verſ. firma tamen tom.* 3. *fol.* 122. *conſtit.* 15. *Martini V. num.* 12. *tom.* 4. *fol.* 474. ſive quia ipſæ, attento iuris rigore dici non poſſunt vere Religioſæ, ſeu Regulares, ad quas videtur Teſtans reſpexiſſe, iuxta auctoritates ſuperius allatas, ſive quia conditio Matrimonii carnalis, ſeu ſpiritualis debet adimpleri in forma ſpecifica, vere, & non ficte, & ſic per verum Matrimonium, vel per ingreſſum in Religionem, ubi emittuntur tria vota ſolemnia, iuxta alias auctoritates adductas, ac Textus quos congerit *Farias ad Covarruv. d. lib* 1. *cap.* 19. *num* 72. 9 10

Quibus tamen minime refragantibus in contrariam ſententiam, ut præmiſſum fuit, conſtanter devenimus ex quatuor ſolidis, ut credimus fundamentis, & primo, præmittimus Teſtatricem legantem in caſu Marrimonii carnalis, ſeu ſpiritualis, nil aliud voluiſſe, quam quod Legataria caſte, & honeſte viveret, ſive virum ducendo, ſive profitendo vitam Monaſticam, ſeu Monachatum; hoc poſito, facta præciſione Tertiariarum viventium in Monaſteriis, ac ſolemniter profitentium tria vota ſubſtantialia, de quibus non eſt modo habendus ſermo: quoad Tertiarias, ſive Divi Franciſci, ſive Divi Dominici recipientes habitum Tertii Ordinis a Superiore Regulari eiuſdem, ac profeſſionem, & expreſſe votum ſimplex perpetuæ caſtitatis emittentes, ac in domo ſuorum conſanguineorum, ſeu propria commorantes, iuxta Conſtitutionem Leonis X. incipientem; *Dum intra Bullar. nov. in ord.* 22. *ac Decreta SS. Congregationum Concilii, & Epiſcop. de quibus infra*, non obſtantibus auctori-

ctoritatibus iam ſuperius in contrarium relatis, peculiariter etiam ſuo loco declarandis, opinio maiorum Doctorum numero referta eſt, eas eſse capaces, ſeu admittendas fore ad conſecutionem legati pro Monachatu concepti, quam opinionem, uti æquiorem in individuo amplexi ſunt, *Dian. oper. cord. tom. 7. tract. 1. de dub. regul. reſol. 351. in fin. & reſolut. 152. per tot. & tom. 9. tractat. 2. reſol. 175 §. ult. & reſolut. 176 §. pariter ult. in fin Fermoſin. de iud. tom 2. ad text. in cap. 2. de foro compet. quæſt. 18. in fin. verſ. ad ultimum Pellizzar. de Monial. cap. 9. ſub num. 48. § addit. Gabr. comm concl. lib. 4. de legat. concl 2. num. 2. Barboſ. de iur. Eccl. univerſ. lib. 1. cap. 43 num. 8. in fin. Ægid. Trullench. in Decalog. tom 2. lib. 7. cap. 17. dub. 12. num 14. Lezzan. oper. moral tom. 1. part. 2. cap. 14. num. 27. de Marin. reſolut. lib. 2. cap. 100. n. 6. in fin. Donat. quotid. regular. tom. 2. part. 4. tract. 17. quæſt. 3. num. 23. fol. 229. Novar. de elect. for. quæſt. 66. n. 16. egregie P. Bordon de legat. d cap 3. a n. 72. ad 78. & tom. 2. reſolut & conſ. regular. reſol. 75. n 103. Felix. Poteſt. in exam. Eccleſ tom 1. part 2 tractat. de legat. num. 256. & num. 2565. fol 270. del Bene licet ſibi contrarius de Immunitat. Eccleſ. cap. 8. dub 21. ſect. 23 n. 1. tom. 1 Portell. in dub regular. verb. Tertiarii num. 7. Armill. verb. legatum pariter n 7. Staiban iun. reſolut 177. num. 49 tom. 2. Abbas Iacob Gipt. in ſuo reſponſ poſt obſerv Fratris in decis 187. Capyc. Latr. num. 26 Rec. in collect. deciſ part. 4. collect. 10. 51. verſic. ego conſultus, uvi de conſecutione Legati facti pro Monialibus.*

11

Et ratio eſt, quia præfatæ Sorores Tertiariæ gaudent omnibus privilegiis ſui Ordinis, quem profitentur, ac ſi viverent in communitate, vel ſi eſsent cum Monialibus eiuſdem Ordinis profitentibus tria vota ſubſtantialia, eiſque profeſſis ſolemniter æquiparantur *ex dicta Bulla Leonis X.* modo ipſæ dictum votum caſtitatis expreſse emittant, & obſervat in puncto *P. Bordon. reſolut. 56. num. 157. tom. 2. ubi concordantes*; In præfata enim Bulla Summus Pontifex poſt quam ſub § 19. ſtatuit Fratres, & Sorores cuiuſcumque Tertii Ordinis in propriis Domibus manentes nullis gaudere privilegiis, ſed teneri ad onera ſecularium, & conveniri in Foro ſeculari coram Iudice laico, ſubdit ſub §. 20. „ *Collegialiter autem viventes, ſeu cum Clauſtralibus habitantes, ac mulieres virginalem, aut cælibem, aut caſtam vitam expreſſo voto, & ſub habitu ducentes privilegiis, quibus Fratres Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum geſtant gaudere debeant* „ qui Pontifex in ſequenti Bulla incipiens *nuper.* §. 2. reſpondens dubio, an illud votum debeat eſse ſolemne decernit „ *Declaramus, quod in præmiſſis de voto ſolemni Religionis minime intelligi debeat, ita ut mulieres virginalem, aut cælibem vitam ſimpliciter*

12

13

citer voventes, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſim habitantes privilegiis, & immunitatibus prædictis in omnibus, & per omnia frui, & gaudere deveant „ ſed profeſſis ſolemniter, & exiſtentibus intra clauſtra daretur tale legatum, ergo, & mulieribus recipientibus habitum cum ſimplici voto manentibus extra clauſtra, alias non gauderent omnibus privilegiis Sororum clauſtralium contra Bullam prædictam *Leonis X.* ita per eadem verba hunc articulum reſolvit idem doctiſſimus *P.* 14
Bordon. Tertii Ordinis S. Franciſci de legat. poſt Appendic. ad Manual. conſult. cap. 3. *a num.* 72. *ad* 78 ubi explicat *deciſ. Caſtill.* 88. procedere in Tertiaria carente voto caſtitatis, iſtudque ait ſufficere, ut debeatur illi legatum; nam Tertiariæ, quæ admittuntur ad profeſſionem, abſque requiſitis dictæ Bullæ Leonis, vel a Sacra Congregatione præſcriptis, valide admittuntur, quia in eis non exprimitur decretum aliquod irritans talem profeſſionem, ac votum ab 15
eis emiſsum, & in hoc cum eodem *P. Bordon.* concordat *Lezzan. quæſt. regular. tit. de Tertiariis regul eorumq. privileg part.* 2 *cap.* 14. *n.* 40. *& R. P. D. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. Martini V. conſtit.* 15. *a n.* 22 *ad* 24. *tom.* 4. ubi reicit *de Ang. in opuſc.* 2 *de Tertiar. poſt tract. de expenſ. & meliorat. a num* 13. *uſque ad finem* contrarium tenentem, & confirmat idem *P. Bordon. var reſol ſeu conſ. reſol.* 3. *num.* 13. *tom.* 1. *& reſolut.* 75. *num* 48. *in fine & num* 63. 64. *tom* 2. de requiſitis autem dictæ Bullæ Leonis, eo-
rumque declarationibus S. Congregationis Epiſcoporum, & Regu- 16
larium, & S. Congregationis Concilii verba faciunt, *Fagnan. in cap. nullus lib* 2. *de for. compet n.* 66. *cum ſeq Cherubin. in compend. Bullar. conſtit.* 22. *Leonis X. ſchol.* 2. *tom.* 1. *Barboſ. de iur. Eccleſ. univerſal cap.* 43. *num.* 7. 8 *Novar. de elect for. quæſt.* 66. *a num.* 14 *cum ſeq. Paſſerin de ſtat hom. tom.* 2 *quæſt.* 186 *num.* 67. *R. P. D. Petra ad Conſtitut. Apoſtolic. conſtit.* 15. *Martini V. num.* 4. 5. *tom.* 4 *Ciarlin. lib.* 1. *contr forenſ cap.* 18. *num.* 7. 8. *& num.* 14. 15. *& melius num.* 21. *Pignattell. conſult. canon tom.* 3. *conſ.* 34. *num* 29 *& conſ.* 119 *ſub n.* 2. § *at vero hodie tom.* 4. *Pac Iordan. lucubrat. diverſor. tom* 2. *lib* 7. *titul* 13 *per tot. Tamburin. de iur. Abbatiſs. diſput* 7. *quæſt.* 3. *num.* 7. 8. *per tot. Gratian. diſcept. forenſ cap* 449. *ex num.* 7. *cum ſeq.* ubi cum diſtinctione declarat ea, quæ dixit in *cap.* 413. *num* 32. *cum ſeq. & num* 38. *& ſeq.* ubi diſſidentes opiniones refert.

Non obſtat *Abbas Iacob Gipt in ſuo reſponſo poſt obſerv. Fratris in deciſ.* 187. *Cappyc. Latr. per tot.* quia licet ipſe ad eximendum requirentem ab excommunicatione adducat nonnullos authores tenentes Bullam *Leonis X.* fuiſſe revocatam *a S. Mem. Pio V. & Gregorio XIII.* dictaſque declarationes SS. Congregationum non eſ-

ſe

ſe autenticas, ſeu iuridicas; nihilominus de inſubſiſtentia ſuæ, ac
17 dictorum Doctorum opinionis convincitur, ex *Fagnan. in cap. nullus num. 68. de foro competenti lib. 2. Pignattell. conſ. 119. a num. 2. cum. ſeq. tom. 4. R. P. D. Petra ad Conſtitut. Apoſtolic. conſtit. 2. Nicolai IV. num. 7. tom. 3. fol. 492. & conſtitut. 15 Martini V. num. 19 tom. 4. fol. 475.* ex poſterioribus Decretis SS. Congregationum, de quibus *Ciarlin d. lib. 1. cap. 18. n. 14. & 22. Petra d. tom 4 in conſtitut. 15. Martini V. a n. 14. a 20. fol. 475. Pignattell. conſ. canon. 119. num. 2. in fine, & a n. 15. ad 18. tom. 4. Ex Nicolio in Floſcul. verbo Tertiariæ ubi num. 1. refert dd. conſtitut Sancti Pii V. conſtit. 63. & conſtit. Gregor. XIII. 35.* procedere in Viris Tertiariis, non autem in Sororibus cum dictis requiſitis *S Congregationis Concilii, & S Congregationis Epiſcop. & Regular. ut a num 2. uſque ad 10* nec non ex DD. de quibus late *in § præcedenti, & huic ſubſequenti.*

Hinc fit, quod hodie huiuſmodi Tertiariæ profeſſæ cum expreſſo voto caſtitatis, nedum æquivalentem ſtatum Monacalem ſervant, etiam ad effectum conſecutionis legati, ut in puncto tenet
18 *Felix Poteſt. in exam. Eccleſ. tom 1. part. 2. de 7. præcepto Decalog. num 2565* verum etiam, (deciſa iam Doctorum controverſia in *Concilio Lateranenſi ultimo ſeſſ. 11. in fin tom. 4. Conciliorum part. 3. in dicta conſtitutione Leonis X.* & ex decretis dictarum Sacrarum Congregationum) pacifice gaudent tam privilegio Fori, quam Canonis, ut in terminis competentiæ utriuſque privilegii individualiter *Fermes de Iudic. tom 2. ad Textum in cap 2. de for. compe-*
19 *tenti quæſt. 18. num. 4. 5. Felic. poteſt. exam. Eccleſ. tom. 1. part. 2. de 7. Præcepto Decalogi dict. n. 2565. & prius num. 748. & part. 4. num. 3560. dicto tom. 1. Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. ſub h. 93. § ſed Bolognettus, & infra verſic. de 2. & 3. Ordine Mart. de iuriſd part. 4. caſ. 113. num. 36. de Angel. poſt tract. de impenſ. meliorat in opuſcul 2. num. 7. & num. 10. Pont. de Matrim. lib. 9. cap. 8 num. 6 in fin. Rodriguez quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 7. art. 2 Del Bene de immunitat. tom 1. cap. 8. dub. 21. ſect. 23. per tot. Barboſ. de iur. Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 41. verſ. Sorores, & cap. 43. § quoad Tertiarias verſ. & mulieres Pellizzar. de Monial cap. 9. num 7. & num. 13 & num. 50. Squillant. de privileg. Cleric cap. 6. num. 33. & cap. 7. num. 42. Monacell. formul. leg pract adnot. ad formul. 14 tit. 6. per tot. Antonell. de Regim. Eccleſ. Epiſcop lib. 4. cap. 1. de canon & for. privileg. ſub n. 21. verſic idem privilegium egregie Petrus Baruſius reſolut. 71. per tot.* ubi bene diſtinguit inter Tertiarias in propriis domibus habitantes cum emiſſione voti, & illas ſine huius voti emiſſione, quæ non dicuntur religioſæ, ſed reputantur pro mere ſecularibus, nec gaudent

di-

dictis privilegiis, ſed tantum participant de gratiis ſpiritualibus
concceſſis a *Siſto V. in conſtit. 19. ut num. 7. cum tribus ſeq. R. P.* 20
D. Petra ad conſtit. Apoſtolic. conſtit. 15. Martini V. num 10. & n.
18. fol. 475. Sperell. deciſ. 2. num. 95. verſ. mulieres autem Pignat-
tel. conſult. can. 119. num. 2. & num. 10. & num. 16. 17. tom. 4.
Campanil. in diverſ. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 174. Rota
poſt De Luca in Mantiſs. lib. 16. deciſ. 5. num. 8. 9. tom. 4. Cor-
tiad. deciſ. Cathal. 137. num. 61. tom. 3. penes quos habetur, quod
ſi dictæ Tertiariæ cum voto dici nequeant regulares ſunt tamen re-
ligioſæ ſaltem analogice, multum de ſtatu religioſo participantes,
cultui divino dicatæ, ſeu Eccleſiaſticæ perſonæ, & Religioſæ ex-
preſſim vocatæ in conſtitutione *Nicolai V. ut obſervat Dian. oper.* 21
cord. tract. 1. reſol. 351. num. 6. tom. 7. Pellizzar. loc. proxime ci-
tato num 7. Petra loc. cit. num. 10. Roderic. quæſt. regul. tom. 2.
quæſt. 65. art. 5. per tot. & ſignanter §. primo igitur cum ſeq.

Contrariæ vero auctoritates procedunt, & intelligendæ ſunt,
quoad Mulieres Tertiarias, nec collegialiter viventes, nec expreſſo
voto perpetuam caſtitatem ſervantes, quæ præfatum legatum, ſeu
aliud ſimilibus verbis conceptum conſequi non valent; ut in pun- 22
cto advertunt *Felix. Poteſt. in exam Eccleſ. tom. 1. part. 2. n 2565.*
in fin. & Bordon. tit. de capac. legator. dicto cap. 3. ſub num. 77. §.
in contrarium ipſemet Abb. Gipt. in dicto ſuo reſponſo in deciſ. 187.
Capyc. Latr. num. 26. ubi quod ſibi videtur *Caſtill. & Paſchal.* loqui
in terminis Iuris Communis, non autem in terminis conſtitutionis
Leonis X. & declarationum Sacræ Congregationis.

Secundo, quia Teſtatrix legando dicta ſcuta quinquaginta præ-
fatæ Mariæ, non curavit unam potius, vel alteram proviſionis ſpe-
ciem, ſcilicet, non magis Matrimonium ſpirituale, quam tempo-
rale, uno dato per hypoteſim, & non conceſſo, quod dicta Maria
conſequi non poſſet hoc legatum, utpote relictum pro Matrimonio
ſpirituali, vel pro ſtatu religioſo aſſumendo, quod contrarium ex
ſuperius firmatis oſtenſum eſt, neſcimus videre, cur illud aſſequi
non debeat, tanquam etiam relictum pro Matrimonio temporali,
non propter illus exiſtentiam, quæ vere non adeſt, neque modo licite
adeſſe poteſt, ſed ex præſumpta voluntate Teſtatricis, quæ ſi vo-
luri, ut hæc virgo caſte, & honeſte viveret in Matrimonio carna-
li, ex eadem, vel maiori ratione dicendum eſt, quod voluerit eun-
dem effectum cum ſtatu perpetui cœlibatus in Tertio Ordine Divi
Dominici de pœnitentia, primitus approbato ab Innocentio IV. &
poſtea a Ioanne XXII. & Innocentio VII. ut notat *R. P. D. Petra* 23
in conſtitut. unic. Innoc. VII num. 3. 4. & per tot. fol. 374. tom.
4. in terminis Cirlen. contr. for. lib. 2. d. cap. 218. n. 53. „ ibi „ 24
„ *nam ſi efficeretur Tertiaria alicuius Religionis adhuc poterit conſe-*

„ *qui legatum pro nuptiis, vel pro Matrimonio factum* „ *Ricc. part.* 4. *collect.* 1051. *vers. prima est ubi legatum factum pro Maritaggio extendit ad Tertiarias* in Domo Patris manentes *Staiban iun. resol.* 177. *n.* 49. *tom* 2. quem cœlibatum etiam de se simpliciter con-
25 sideratum perfectiorem esse Matrimonio carnali inficiari non potest *ex Divo Thoma quæst.* 88. *artic.* 2. *erga finem Sanchez de Matrimonio lib* 1. *de sponsal. disput.* 4. *num.* 1. *& statuit S. Concil. Trid. in sess.* 24. *de Matrim. can.* 10. „ ibi „ *si quis dixerit statum coniugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus, & non esse melius, ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quam iungi Matrimonio anathema sit* „ ibique *Barbos. num.* 17. quæ ratio cœlibatus, etsi de se ponderata in mere laicis non esset efficax pro con-
secutione legati relicti in casu Matrimonii temporalis seu spiritua-
26 lis, dum virgines mediante puro cælibatu tetrahi possent a statu perfectiori Religionis clausuralis, vel a vinculo coniugii carnalis, contra expressam Testatoris voluntatem, & in præiudicium aliarum, quæ illam præcise adimplerent; Equidem in præsenti satis superque fuit ad consequendum legatum assumptio status Tertii Ordinis de pœnitentia Divi Dominici, cum susceptione habitus religiosi, emissione professionis, ac expresso voto perpetuæ castitatis, cuius vigore Summi Pontifices, ac Sacrarum Congregationum decreta eidem communicaverunt omnia privilegia dicto Tertio Ordini clausurali competentia, ut superius diximus, qui status Tertii Ordinis cum dicto expresso voto castitatis a Summis Pontificibus approbatus, & pro ecclesiastico a Doctoribus communiter habitus, uti perfectior statu coniugali dici debet etiam huic verisimiliter prælatus, & præsump-
27 tive volitus a Testatrice, quæ si de eo meminisset, ad assequendum legatum, eundem statum sufficientem declarasset iuxta *text.* in *Leg. cum res* 47. *alias* 49. *ff. de legat.* 1. „ ibi „ *præstandum est, ubi Testator voluit, vel ubi verisimiliter est cum voluisse* „ *de Marin. resolut. turid lib.* 2. *cap* 100. *num.* 8. *Episc. Rocca dicto cap.* 190. *num.* 53. *cum seq cap* 194. *num.* 140. *pariter cum seq. tom.* 2. *Panimoll dicta decis.* 57. *num.* 19 20. 21. *ubi concordantes.*

Nec refert, quod *Io. Franc del Castill. decis.* 88. *quem sequitur Amostaz de causis piis dicto lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 26. *& alter Io. del Castill. de conjecl ultim volunt. lib.* 5. *cap* 81. proponant quæstionem; an Tertiaria consequi possit legatum alternative factum pro maritandis, vel monacandis, aut pro sumentibus status Religionis, & tamen illam negative, absolute, & indistincte resolvant, quod utique non sequeretur, si Tertiaria saltem loco nuptiarum, seu Matrimonii temporalis relictum consequi posset; etenim respondetur
28 *decis* 88. *Io Franc del Castill.* non loqui de Tertiaria, quæ emisserit votum perpetuæ castitatis, & Domi habitet, *iuxta dictam consti-*

ſtitutionem S. M. Leonis X. & decreta DD. Sacr. Congregationum ſuperius relata, ſed ſolum de Sororibus, & Fratribus Tertii Ordinis, qui, vel in communitate vivunt, vel privatim vitam aguut cum Uxoribus, & Maritis adeoque nihil obeſſe poſſe caſui præſenti *Io.* vero *del Caſtillo dict. cap.* 81. licet loquatur de Tertiariis, etiam voventibus caſtitatem, attamen totus illius diſcurſus eſt in oſtendendo quod illæ non ſunt vere, & proprie, ſed ſtricto modo religioſæ, *iuxta text. in cap cum ad Monaſterium* §. *final. de ſtat. Monach.* 29 idemque etiam repetit *in cap.* 90. *a num.* 51. quod modo non controvertitur, ſed ipſe non meminit dictæ Bullæ *S. M. Leonis X.* & decretorum Sacrarum Congregationum deſuper editorum, favore Tertiariarum expreſſe voventium, ac etiam in propriis Domibus habitantium, & quod plus eſt, non diſputat, an Tertiariæ cum dicto voto poſſint obtinere legatum ſaltem factum pro Matrimonio temporali, quando Teſtator non curavit potius de una, quam de altera ſpecie Matrimonii, ſed ſemper inculcat, eas non eſſe veras Religioſas, & ſic non poſſe conſequi legatum factum pro ſumentibus ſtatum Religionis quod non eſt id, de quo nos modo quærimus, immo legatum in caſu ſuo relictum, erat magnæ quantitatis, ut habetur *in princip.* §. 1. cuius vigore, vocata ad illud recte poterat omiſſo ſtatu *Beatitudinis* ſuſcepto coram Priore Ordinis Carmelitani, ingredi Monaſterium, & profiteri regulam Clauſtralium, adeoque illius diſcurſus non applicatur caſui noſtro, in quo ſumma legata eſt adeo tenuis, ut nec in mentem cadere poſſit cogitatio aſſumendi huiuſmodi ſtatum clauſtralem; & viceverſa attenta huiuſmodi tenuitate dotis, ſeu legati facti in fortioribus terminis *pro monacandis*, Sacra Congregatio Concilii de facto indulſit, ut quædam puella illud retinere poſſet in Hoſpitali Sancti Sixti Urbis erecto a *S. M. Sixti V.* pro pauperibus, ut de hac erectione innuit *Card. De Luca de regalib. diſc.* 81. *in princip. & de dicta reſolutione S. Congregationis Concilii* 20. *Novemb.* 1706. *R. P. D. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. dict conſtitut.* 12. *Innoc. IV. ſect.* 2. *num.* 46. *tom.* 3.

Tertio quia huiuſmodi legatum relictum eſt perſonæ certæ, erga quam Teſtatrix habebat particularem affectionem, & voluntatem providendi; dum ultra legatum, ei reliquit etiam dictam menſtruam præſtationem per plures annos ab hærede ſolvendam, ſolumque in illo alternative expreſſit Matrimonium ſpirituale, vel temporale, ob demonſtrationem ſtatus competentis, & ut puella a ſe educata, ac Sacro Baptiſmatis lavacro renata, ſicuti dictum eſt, caſte, & honeſte viveret, unde cum illa (neceſſitate urgente, vel ex defectu quantitatis pecuniarum requiſitæ ad ingrediendum Monaſterium clauſtrale) elegerit Domi caſte, & honeſte vivere cum expreſſo voto

caſtitatis, ſuſcipiendo habitum, & profitendo Regulam Tertii Ordinis de pœnitentia Divi Dominici, omnis æqui bonique ratio poſtulabat, ut legatum ſibi in remedium vitæ relictum conſequeretur, ut in terminis Tertiariarum Domi viventium moderando opinionem
30 contrariam & adverſantes auctoritates, *Franc. Caſtill. deciſ.* 88. *& lo Caſtill. contr. quotid. tom.* 5. *cap* 81. *& cap* 90. *ex adverſo allegatas*, egregie advertit *R. P. D. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. conſtit.* 12. *Innoc IV ſect.* 2. *num.* 42. *tom.* 3. *fol.* 122. „ ibi „ *excepto niſi Teſtator Matrimonium ſpirituale, demonſtrative tantum expreſſerit, ea ſolum mente, ut puellæ caſte, & honeſte vivant, vel niſi Teſtator alicui certæ puellæ providere voluerit, aut aliis concurrentibus circumſtantiis in facti contingentia perpendendis* „ ea quidem ratione, quia, quando legatum relictum eſt incertis perſonis pro maritandis, vel monacandis virginibus, ſi aliqua non habeat qualitatem a Teſtatore requiſitam, vel conditionem expreſſe appoſitam
31 non adimpleat, vel adimplere nequeat, voluntas Teſtatoris recte per alterius electionem adimpleri poteſt, ſecus autem eſt ſi legatum factum fuerit modo præmiſſo certæ puellæ providendæ, quæ neque poſſit licite Matrimonium contrahere, neque Monaſterium ingredi; iſto enim caſu, ne Teſtantis mens abſque executione remanear legatum omnino debetur Tertiariæ profeſſæ eum dicto voto caſtitatis, in cuius ſtatus favorem veriſimiliter ille diſpoſuiſſet, ſi cogitaſſet,
32 vel ſi de eo interrogatus fuiſſet, ad *texum* quem iuvat repetere in *leg. cum res* 47. *alias* 49. *ff. de legat.* 1. „ ibi „ *nam ſi alibi voluit, ibi præſtandum eſt, ubi Teſtator voluit, vel ubi veriſimiliter eſt eum voluiſſe* „ *Epiſc Rocc. diſp ſelect. cap.* 190. *n.* 53. *cum ſeq. & cap.* 194. *num* 140. *pariter eum ſeq.*

Sicuti, præſcindendo a contrariis coniecturis, legatum debetur *ingredienti Religionem*, licet conceptum fuerit *pro certis Virginibus maritandis* ex præſumpta voluntate Teſtatoris, & affectione illius, tam erga ſtatum Religionis, quam erga certas, & ſpeciales perſonas ſibi bene viſas providendas, quemadmodum ex hac præſumpta
33 mente, & ſpeciali affectione, & proviſione perſonæ certæ communiter hanc opinionem per §. *ſed & hoc præſenti auth. de Sanctiſs. Epiſcop. collat.* 9. *& auth. niſi rogati Cod. ad Senat. Conſult Trebell.* amplectuntur *Fagundez. de iuſtit. & contract. lib.* 6. *cap.* 5. *num* 45. ubi quod terminus Matrimonii ponitur tamquam demonſtratio ſtatus non tamquam præciſa, & mera conditio *Caſtropal. oper moral. part.* 5. *de ſponſal. diſput* 1. *punct.* 10. *num.* 10 *& num.* 20. *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *de ſponſal. diſp.* 33. *num.* 29. *num.* 31. 32. ubi bene diſtinguit *Calvin. de æquit. lib* 2. *cap.* 157. *num.* 15. 16. 17. *Amoſtaz. de cauſis piis dicto lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 20. *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 83. *num.* 27. *Ventrigl. in prax. part.* 2. *de legat. ann.*

28. §.

28. §. 1. *ſub num.* 12. *R. P. D. Petra ad conſtit. Apoſtolic. d. conſt.* 12. *Innoc IV. ſect.* 2. *num.* 9. 10. *& num.* 13 *& num.* 16. 17. *tom.* 3. ubi etiam ſi agitur de incertis ex certo genere, *Cappe. Latr. conſult.* 149. *num.* 10. *& num.* 14. *Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.* 3. *num.* 48. 49. 50. *Caſtill. quotid. controv. lib.* 5. *cap.* 90. *num* 55. *cum ſeq. Ciarlin. controv. forenſ. lib.* 2. *cap.* 218. *num.* 8. *Card De Luca de Dote diſc.* 167. *num* 22. 25. 26. *Capon. controv. forenſ.* 7. *num.* 2. *cum ſeq. idem diſcept. forenſ. tom.* 4. *diſcept.* 318. *a num* 6. *& per tot. Bellet. diſquiſit. clerical. part.* 1. *de bon. cleric.* §. 21 *n.* 8. *Panimoll. deciſ.* 57. *annotat.* 1. *num.* 6. *cum ſeq. & deciſ* 110. *n.* 17. *ad quintum & num.* 18. *Rota cor. Coccin. deciſ.* 1379. *a num.* 1. *ad* 6. ubi concordantes.

Licet non deſint Doctores indiſtincte ſitmantes, legatum etiam generale pro puellis Matitandis, & dotandis poſſe applicari Virginibus ingredientibus Religionem, dummodo verba taxariva ipſius diſponentis, non refragentur, ob identitatem, ſeu etiam maioritatem rationis, attentis præcipue præſumpta illius voluntate, coniecturis quantitatis dotis, & aliis ſimilibus, quæ recte ponderant *Card De* 34
Luca de Dote d. diſc. 167. *ſub num.* 25. §. *aut vero R. P. D. Petra ad conſtit. Apoſtol. d. conſt.* 12. *Innoc. IV. ſect.* 2. *num.* 16. 17. *tom.* 3 *Amoſtaz. de cauſis piis d. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 21. *cum ſeq. Caſtill. quotid. controv. lib.* 5. *cap.* 90. *in addit. verſic. cogita tamen uſq. ad fin. idem lib* 8. *de aliment. cap.* 36. §. 8. *num.* 8. *uſque ad num* 17. ubi late *Nicol in floſcul. verb. legatum num.* 8. *Layman. Theolog. moral lib.* 3. *tract* 5. *cap.* 10. *de ultim. voluntat. num.* 12. *verſic cæterum Cappe Latr. dict conſ.* 149. *num.* 18. *Ciarlin controv forenſ. lib.* 2. *cap.* 218. *num* 9. 10. *Monacell. in formul. legal. pract. tit.* 10. *formul.* 19. *num.* 9. *tom.* 1.

Et quarto demum, quia legatum de quo agitur eſt pium, utpote factum pauperi Virgini pro amore Dei „ ibi „ *Item per titolo* „ *di legato per l' amor di Dio laſciò, e laſcia ad una ſua Turchetta,* „ *e Schiava ec.* „ concurrunt etiam illa duo requiſita ad hunc effectum neceſſaria nempe pietas in cauſa, & in perſona, quibus con-
currentibus, indubitanter legatum, dicitur pium, ut de pietate in 53
cauſa ſcilicet pro amore Dei, *Amoſtaz. de cauſis piis lib* 1 *cap* 1. *num.* 3. *cum. ſeq. tom.* 1. *Sanchez de Matrim lib.* 1 *diſp* 4 *num* 9. *Barboſ. de iur. Eccleſ. univerſ. lib* 3. *cap.* 27. *num* 3 *cum ſeq. & n.* 11. *Camerell. de legat. lib.* 7. *num.* 8. *fol.* 584 & de pietate in perſona „ *ad una ſua Turchetta, e Schiava* „ nempe miſerrimæ puellæ *Leg. id quod pauperib.* 24. *& Leg. ſi quis* 49 *Cod. de Epiſc & Cleric. Bald in Leg. illud Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Ventrigl. in prax. tom.* 2. *tit. de legat. piis annot.* 28. *num.* 2. 3. *& num* 12. ubi de legato facto pro pauperculis puellis maritandis, vel monacandis *De Luca* 36

de Dote disc. 15. num. 2. Amostaz. de causis piis dicto lib. 1. cap. 1. num. 19. ubi, quod facile pietas præsumitur, ubi inest indigentia personæ, *& cap. 2. num. 16. tom. 1.*

Posito autem, quod Legatum sit pium, ac dato per hypothesim ad sensum hæredis, quod in præfata Maria deficeret, nedum conditio Matrimonii carnalis, sed etiam spiritualis, non per hoc legatum redderetur caducum, vel pro non scripto haberetur in utilitatem eiusdem hæredis, quia hoc procedere posset, quando Testator legatum reliquisset contemplatione dumtaxat personæ, & non piæ causæ; at quando, prout in casu præsenti respexit ad pietatem in causa, & in persona, ut dictum est, & sic ad propriam animam, & causam piam legatum, quod modo expresso impleri non potest non caducatur, sed convertitur in alium usum pium similem illi quem præceperat Testator vel ipsius voluntati magis conformem
37 ad *Text in Leg. nos quidem de testament. ibique Abbas num. 6. & num 15. Bartol in Leg. Pater 36. §. Tusculanus ff. de legat. 3. per tot. Barbos. de iur Eccles univers lib 3. cap. 27. num. 54 in fine & num. 55. pariter in fine Amostaz. de causis piis lib 1 cap. 1. num 8. 9. cap 14. num 42. tom. 1. Sanchez cons moral. lib. 4 cap. 2. dub. 4 num. 7. 8. tom 2.* ubi, quod etiam in dubio præsumitur legasse favore piæ causæ *del Bene de immunit cap. 8. dub. 21. sect. 16 per tot. Layman Theolog. moral. lib. 3 tract. 5. d cap. 10 de ultim. voluntat num. 11 vers secus si intuitu pietatis fol. mihi 382. Pellizzar. de Monial. cap. 9. sub num. 48. §. final. quod si Testator Felix Potest. in exam Eccles. tom. 1. part. 2. num. 2567.*

Quæ quidem conversio, seu commutatio fieri debet, ad instan-
38 tiam cuiusque de populo, ut prosequitur *Barbos. de iur. Eccles. universs. lib. 3. cap. 27. num. 104. Altimar. de nullit. contract. sive sententent tom. 2. rubr. 11. quæst. 33. num. 4.* etiam hærede invito, seu
39 absque legitima causa contradicente *Felin. in cap. cum accessissent n. 20. de constitut Sanchez. cons. moral. lib. 4. cap. 2. dub. 5. num. 3. Barbos. de potest Episcop. part. 3. allegat. 83. num. 6. Amostaz. de causis piis lib. 1. cap. 14. num. 41.*

Si igitur huiusmodi legatum in omnem casum remanere non posset penes hæredem, sed commutandum esset in alium usum pium, magis similem vel magis conformem voluntati Testatoris ex superius firmatis, merito operæ pretium duximus illud relinquere, & uti debitum concedere dictæ Mariæ in statu Tertiariæ, qui utpote Ecclesiasticus, & saltem late Religiosus, supposita impotentia profitendi in Religione Claustrali, ac licite contrahendi Coniugium carnale, non potest esse magis similis, & uniformis voluntati Legantis, quæ respiciendo ad bonum suæ animæ voluit simpliciter meliori modo, quo poterat providere dictæ puellæ, ut caste, & honeste viveret;

ita

ita potius amplectentes mentem, ac ſpiritum eiuſdem Teſtatricis, ut in poſtremis diſpoſitionibus fieri debet, quam ſonum, aut naturam, & rigorem verborum, ut omiſſis generalibus in hoc ſimili propoſito obſervat *De Marin. d. lib. 2. reſolut. cap. 100. num. 8.* ubi concordantes *Capon. diſcept. 318. num. 17. tom. 4. Panimoll. deciſ. 57. num 4. 5.* 40

His ita firmatis, facili negocio diluuntur obiecta; Parum enim refert, quod Matrimonium ſpirituale dicatur contrahi per ingreſſum in Religionem, ubi emittuntur tria vota ſubſtantialia, quodque illam ingrediens dicatur verus Regularis, ſeu Religioſus, quia ſi Tertiariæ expreſſum emittentes votum caſtitatis aliaque requiſita habentes, iuxta enunciatam *Conſtitut. Leonis X.* & Decreta Sacrarum Congregationum, gaudent omnibus omnino privilegiis quibus gaudent Religioſæ clauſtrales, ſicuti iſtæ gaudent huiuſmodi legatis conceptis, ſive pro Matrimonio ſpirituali, ſive pro carnali, ita etiam gaudere debent iſtæ Tertiariæ, quibus omnia dicta privilegia communicata fuere, ut ſupra probatum eſt, præcipue, quando, prout hic agitur de perſonis certis habentibus ſpecialem Teſtantis affectionem, & legata ſunt pia, in quibus ſemper fit benigna, ac lata interpretatio 41
ad Text. in Leg. ſi ſervus plurium 53. §. fin. ff. de legat. 1. Tiraq. de privil piæ cauſæ privil. 162. Caſtill. de coniect. ult. vol. lib 5. cap. 90. in addit. in fin. Surd de alim. privil. 25. n. 6. n. 10. 11. Petrus Barboſius reſol. 103. num 31. Amoſtaz. de Cauſis piis lib. 4. cap 6. n. 48. ubi quod verba improprianiur in impropria pro propriis ſumuntur, ut pauperi puellæ ſuccurratur *Panimoll. deciſ. 57. num. 5.* 42

Similiter non obſtat, quod votum Caſtitatis, aliaque vota Tertiariarum ſint ſimplicia, & non ſolemnia, ut notat *Sanchez de Matrim. lib 2. diſp. 18. num. 4.* quæ ſolum ſunt irretractabilia, ac impedientia inſimul, & dirimentia Matrimonium, quod non dirimitur per ſimplex votum caſtitatis ex auctoritatibus in obiecto allegatis, quoniam per hoc nil aliud inferri poteſt, quam quod Tertiariæ non ſint ſtricto modo Religioſæ, quodque eorum votum non habeat vim retractandi Matrimonium iam contractum, prout votum ſolemne ex conſtitutione Eccleſiæ, ut recte declarat *S. M. Bonifacius VIII. in cap. unic. de voto in 6. de iuſt. de diſpenſat. Matrim. lib. cap. 14. n.* 79. quæ omnia conceduntur, ſed non excludunt Tertiarias cum præfatis requiſitis a conſecutione legatorum relictorum pro ſumentibus ſtatum Religioſum, vel Coniugalem, præcipue ex præſumpta voluntate Teſtantium, cum earum ſtatus ſit pro Eccleſiaſtico, & certo modo pro Religioſo communiter habitus ex ſuperius firmatis; & rei veritate votum ſimplex perpetuæ caſtitatis, quoad ſubſtantiam, ac naturam non differt a ſolemni, ſed eſt eiuſdem ſpeciei, ſolumque differentia, quæ inter unum, & aliud intercedit eſt mere acci- 43

den-

dentalis ex dicto præcepto, seu Statuto Ecclesiæ *Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 2. Tondut. quæst. & resolut. benef. cap. 51. n. 8.*,, ubi ,,
44 ,, *quod tempore Apostolorum, & multo post, nempe, primo, secundo,* ,, *tertio, vel quarto ab Apostolis seculo Religiosi simplicibus votis con-* ,, *tenti erant* ,, cum quo ad Deum, non minus obliget dictum votum simplex, quam solemne, seu professio solemniter emissa, ut lite-
45 raliter disponit *Text. in cap. rursus 6. qui Clerici vel vovent. Fagnan. in cap si quis n. 46. de Regular. Dian. Op. mor. coord. tom 7. de dub. regular. resolut. 351. num. 5. in fin. Sanchez de Matrim lib. 7. disp. 25. n. 5. & n. 16. de Iust. de dispens. Matrim. lib. 2. d. cap. 14. num. 79. Corrad. in prax. dispens. Apost. lib. 8. cap. 10. n. 3. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 1. n. 8. §. 4.* ubi quod etiam per vota simplicia fit traditio sui *Episcop. Rocc. disput. selectar. cap. 194. num. 60. cum seq.*

Tanto magis quia huiusmodi votum castitatis emissum a Tertiariis habet aliquid plus, quam non habet votum simplex castitatis, tum quia post susceptionem habitus, & professionem emittitur coram P. Magistro, & Priore dicti Tertii Ordinis, prout emissum fuit votum dictæ Mariæ, quod ultra Priorem habuit in Testem etiam P. Correctorem eiusdem Ordinis ex documentis de quibus in actis; tum etiam quia dicitur votum status, quod sit vigore peculiaris instituti, & soliti præfati Tertii Ordinis in hoc Conventu Sancti Marci, nec potest commutari ab habentem facultatem commutandi vota
46 simplicia castitatis, ut in puncto ex *Suarez de Relig. tom. 4 tract. 8. lib. 2. cap. 12. num. 3.* bene tradit *Pellizzar. de Monial. capit. 1. num. 9.* sed iusta existente causa recurrendum est pro illius commutatione, & dispensatione ad Summum Pontificem, etiam pro utroque foro, attenta voti manifestatione, ob quam durior imponitur
47 pœnitentia, ut de hac est *Test. in dicto cap. unic. de vot. & vot. redempt. in 6.* ,, ibi ,, *& quanto manifestius, sunt emissa, tanto prop-* ,, *ter plurium scandalum, & exemplum durior pœnitentia transgresso-* ,, *ribus debeatur* ,, & de dicta dispensatione *Corrad. in prax dispens. Apostol. lib. 8. cap. 10. super impediment. voti num. 7. & num. 10 Piasec. in prax. Epis. part. 2. cap. 1. n. 7. fol. mihi 91. Donat. in prax. regul. tom. 2. tract. 13. & oblat. quæst. 6. num. 3. & seq. de Iustit. de dispens. Matrim. lib. 2. cap. 14. num. 80. Episc. Rocc. disp. select. dicto capit. 194. num. 58. & num. 64. Felix. Potest in exam. Eccles. tom. 1. part. 2. num. 1939. & num. 1998. Fragos. de regim. Reip. Christ. part. 2. lib. 2. disput. 6. num. 87.* ubi quod votum castitatis perpetuæ est dumtaxat reservatum Summo Pontifici.

Quinimmo si hæc Tertiaria per susceptionem habitus Religiosi Sancti Dominici, per professionem, & expressum votum perpetuæ castitatis emissum spopondit Deo suam virginitatem, suamque cor-

poris

poris integritatem, voluitque his mediantibus fieri Sponſa Chriſti, ut in terminis Oblatarum Turris Speculorum Urbis non emittentium votum caſtitatis niſi implicite, diſserit *Pignattell. conſult. canon.* 197. *num.* 15. *tom.* 4. *Tamburin. de iur. Abbatiſſ. diſput.* 7. *quæſit.* 5. *num.* 3. 4. Et ſi tam in ſacris literis, quam in iure noſtro, non raro Sponſus, & Sponſa, nondum de præſenti, ſed etiam 49
de futuro large veniunt nomine Uxoris, & Mariti in favorabilibus; teſte *Sanchez de Matrimon. lib.* 1. *diſput.* 1. *num.* 1. *& num.* 3. & appellatione Matrimonii itidem veniunt Sponſalia, *Ruginell. pract. quæſt. cap.* 36. *num.* 2. non eſt cur hæc Tertiaria, quæ per dictam 50
profeſſionem, & votum fuit effecta Sponſa Chriſti, ac ſimiliter dicere poteſt „ *Anulo ſuo ſubarravit me Dominus* „ *iuxta gloſſ. in Can. Viduas* 16. *cauſ.* 27. *quæſt.* 1. venire non valeat, ſub nomine earum, quæ nupſerunt in Domino, ſaltem ſumpto vocabulo ad effectum favorabilem, ac nemini præiudicialem conſequendi legatum relictum alternative, etiam pro Matrimonio ſpirituali, quod 51
per ingreſſum in Religionem contrahi dicitur ſolummodo Improprie, & metaphorice, ut obſervant *Sanchez de Matrim lib* 1. *diſp.* 33. *num.* 32. *in fin. Panimoll. deciſ.* 57. *adnot* 1. *num.* 8. 9. *Giovagnon. conſ.* 49. *num* 3. *lib.* 1. *Caſtropal oper. moral. part.* 5. *de Sponſ. diſput.* 1. *punct.* 10. *num.* 18. *in fine*, cum proprium ſit illud, quod contrahitur inter Eccleſiam, & Epiſcopum, ut declarat 52
S. M. Innoc. III in cap. 2. *& cap. ult. de translat. Epiſc.*

Neque refragantur auctoritates de huiuſmodi legato loquentes in contrarium adductæ, ſuperioti §. *præſertim*, quia *Caſtill. de conjectur. ultim. volunt. cap.* 81. *& cap.* 90. *& alteri Caſtill. in deciſ.* 88. iam fuit ſatis reſponſum ſupra in §. *nec refert Farias ad Covarr. lib.* 1. *cap.* 19 *a num.* 70. *cum ſeqq.* exponit hinc inde, Doctorum 53
opiniones, & licet ipſe reſideat in negativa, quod nempe Tertiariæ non poſſint conſequi huiuſmodi legata attamen pro ſe non habet niſi *Caſtill. d. cap.* 81. *& Hermoſill. ad leges partit. gloſſ.* 1. *Leg.* 6. *tit.* 4. *part.* 5. *num.* 12. qui *dictum Caſtillum* ſimpliciter refert; minuſque refragatur ratio reddita *num.* 72. quod Tertiariæ dici poſſint laie Religioſæ, & conditiones ſint adimplendæ, ſpecifice, non improprie, mediante aliqua fictione, vel ſimilitudine, ad *Text. in Leg. ſi quis hæredi* 44 *ff. de condit. & demonſtrat.* cum aliis ibidem relatis; quia conditio ingrediendi Monaſterium non eſt pure poteſtativa, ſed mixta, cum dependeat ab acceptatione alterius, in pun- 54
cto *R P D. Petra ad conſtit. Apoſtol. conſtit.* 8. *Clementis IV. ſect.* 2. *num.* 92. *fol.* 394. *tom* 3. ſicuti mixta eſt conditio ſuſcipiendi 55
Sacerdotium *Paſqualig. de Sacrific. nov. leg. tom.* 2. *tit. de legat. quæſt.* 1032. *num.* 3. & in caſu noſtro conditio, quatenus ita dici poſſit, non ſolum eſt mixta, ſed ad præſens etiam impoſſibilis ex

de-

defectu dotis congruæ ad ingrediendum Monasterium; unde admittit
56 implementum per æquipollens, ut habeatur pro impleta, ut limitando *Text. in d. Leg. si quis hæredi Barbos. de axiom. axiom.* 48. *num.* 4. *Pasqualig. dicto tit. de legat. quæst.* 1032 *n.* 3. præcipue, quando legatum cui adiicitur est pium, *Amostaz. de causis piis lib.* 1. *cap.* 13 *num.* 28. *tom* 1.

Adden. ad Sanfelic. decis. 418. §. *modo restat* non loquitur de Sororibus cœlibem vitam sub expresso voto domi ducentibus *iuxta Constitutionem Leonis X.* & decreta *SS. Congregationum* adeoque non facit ad casum.

Giurbæ ad constitutd. Messan. d. cap. 3. *gloss.* 4. *num.* 24. 25. *cum seq.* congruit eadem responsio proxime allata.

Monacell. in formul. legal. pract. part. 1. *tit.* 10. *form.* 19. *n.* 7. *tom.* 1. refert resolutionem S. Congregationis Episcoporum super frequenti legato nempe „ *lascio a Margherita mia Nipote scudi du-*
57 „ *gento d' Urbino da pagarseli dall' Erede per dote, quando sarà Mo-*
„ *nacata, o Maritata, fra il termine di due mesi, dopo il suo Matrimo-*
„ *nio, o Monacato, e non in altro modo* „ quæ resolutio fuit negativa nempe „ *in hoc casu legatum non deberi* „ quamvis legataria reperiretur in Conservatorio Virginum in Montis Carotti, in quo servatur vita fere Regularis, excepta clausura, ut constat ex eodem Monacello, quem una cum dicta resolutione refert *R. P. D. Petra in allegat. constit.* 15. *Martini V. num.* 12. *tom.* 4. *incidenter loquens*. Verum licet hæ auctoritates videantur magis proximæ casui nostro, attamen non relevant, utpote fundatæ in dicta unica resolutione eidem non adaptabili, tum quia Testator in dicto legato per ea verba „ *e non in altro modo* „ voluit excludere quamcumque modificationem, similitudinem, seu interpretationem diversam, & separatam a verbis inducentibus præcisam necessitatem, & formam ex traditis per *Barbos. de clauf. clauf.* 80. *num.* 4. *& num.* 8. *Rota cor. Emerix. Iun. decis.* 296. *num.* 4. adeoque conditio de-
58 bebat impleri in forma specifica, suscipiendo habitum in Monasterio claustrali; tum quia dictum legatum erat quantitatis forsan sufficientis pro efficienda Moniali in illis partibus, vel paulo minoris, aut possibile erat supplementum de proprio, quod non evenit in præsenti; tum quia nescitur, an legataria inter vota simplicia emiserit votum castitatis perpetuæ, quod raro evenire solet in Conservatoriis non habentibus clausuram, cum alias habitus non faciat
59 Monachum *cap. perrectum* 13. *iuncta gloss. in cap. sicut* 15. *de regular.* Tum etiam quia dictum legatum dici non potest pium, quia non fuit factum Nepti pauperi *pro amore Dei, seu pro anima*, & sic intuitu pietatis, prout est istud, de quo agimus, quinimmo, cum illud legatur factum Nepti, in dubio præsumitur factum intuitu san-

ſanguinis, & affectionis *Felix. poteſt. in exam. Eccleſ. tom. 1. part. 2. de 7. Præcepto Decalog. tit. de legat. num. 2567. in fin. Ant. a Spi-* 60
ritu Santo de Teſtam. tract. 10. diſp. 16. ſect. 13. num. 750. & n. 2585. Camerell. de legat. lib. 7. in princip. part. 1. num. 25. fol. mihi 549. ubi quod etiam legatum factum coniuncto pauperi, niſi fiat *Dei amore, vel pro anima*, inter legata pia non connumerabitur; quia 61
cauſa naturalis prævalet accidentali, & concordant *Sanchez de Matrim lib. 1. quæſt 4. num. 9. Anſald. de commerc. diſc. 14. num 43. late Marant. quæſt. 1. reſponſ. 3. num. 8. & ſeq. Staiban iun. reſol. 23. num. 23. cum. ſeq. Ciarlin. controv. 33. num. 103. Roſa conſ. 60. num. 30. Torr. var. iur. quæſt. quæſt. 1. num. 62. fol. 656. & quæſt. 3. num 3. fol. 669. Rota cor. Cavaler. deciſ. 377. num. 6.* idemque procedit in legato facto alicui conſanguineo etiam *Amore Dei, vel pro anima* quando conſanguineus non eſt pauper, vel arbitrio boni viri pro paupere, & egeno reputari non poteſt, idem *Camerell.* 62
de legat. lib. 7. quæſt. 1. num. 11. fol. mihi 351. Sanchez de Matrim. lib. 1. dicta diſput. 4 num 9. Staiban. iun. d. reſol. 23 n. 26. 27.

Ex prædictis patet reſponſio alteri auctoritati *R. P. D. Petræ ad conſtit Apoſtol. conſtit. 12. Innoc. IV. ſect. 2. ſub num. 42. verſic. firma tamen tom. 3.* quia eidem opponuntur omnes illæ auctoritates deſuper relatæ in §. *quibus tamen*, quæ prætenſam Regulam videntur deſtruere, niſi tamen intelligatur de Tertiariis Domi manentibus, abſque expreſſo voto caſtitatis; cæterum reſolutio *S. C. Cone. in Senen.* ibidem relata non videtur obſtare, quia fuerunt excluſæ a legato facto *dumtaxat pro Monacandis*, puellæ exiſtentes in Monaſte- 63
rio, ut ibi dicitur *di Maria Agneſe*, quod tamen eſt ſimplex Conſervatorium, vel Hoſpitale laicale ſub alta protectione Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ, & pro eo Excelſi Senatus, ſeu Conſiſtorii Senen. quod quolibet bimeſtre eas perluſtrat, abſque eo quod Epiſcopus, quoad illas, ſe in aliquo ingerat, quod quidem Conſervatorium a ſui primo inſtituto fuit erectum pro recipiendis Matronis, quæ aſſiſtentiam, & alimenta præberent omnibus pauperibus parturientibus Civitatis per tres dies, ut ex *Diario Senen 1699 quondam Hieronymi de Giglis ſub die 16. Decembris*, in eo nulla emittitur profeſſio, nullum fit votum, nulla clauſura ſervatur, eademque militant de alio pariter ſeculari Conſervatorio Refugii, unde excluſio puellarum in illis exiſtentium a legato *pro Monacandis dumtaxat*, non infert omnimodam excluſionem a legato facto alternatim, ſive pro nuptiis temporalibus, ſive pro ſpiritualibus favore Tertiariarum profeſſarum, cum perpetuo voto caſtitatis Domi manentium, quarum inſtitutum, ſeu vivendi normam pluries approbavit Sancta Sedes Apoſtolica, quæ eis, ut dictum eſt communicavit omnia omnino privilegia illius Ordinis, cuius ſunt Tertiariæ; neque huiuſ-

mo-

ſmodi eſcluſio ſolet habere locum, quoad illas puellas exiſtentes in illis Conſervatoriis, in quibus collegialiter, & in communi vivitur ſub obſervantia alicuius Regulæ cum emiſſione votorum ſimplicium perſeverantiæ, & caſtitatis, ut firmat *Monaceli. in formular.*
64 *legal. præct. tit.* 10. *formul.* 19. *num.* 6. immo in terminis conſecutionis alterius ſimilis legati *pro Monacandis, vel Maritandis* deciſum fuit favore puellæ ſuſcipientis habitum Monacalem in Conſervatorio Archioſpiralis Incurabilium huius Civitatis ſub Inſtituto Vallumbroſano *S. Ioan. Gualberti*, ubi non fit ulla profeſſio, nec ullum votum emittitur, ſed ſolum collegialiter vivitur, ſub obedientia
65 Prioriſſæ in *Florent. Legati* 19. *Octobris* 1665. *inter dictum Archioſpitalem, & RR. TP. Servorum SS. Annunciatæ a bon. mem. Canonico Cambii Anſelmi Conſervatore Apoſtolico*, ut ex illius motivo incipiente *ſerie enim per totum*, & noviſſime in eadem ſententiam devenit etiam pro conceſſione alterius ſimilis legati ad favorem puellæ exiſtentis in Conſervatorio Puellarum, ut dicitur *del Ceppo*, quæ ibi ſimplicem habitum Religioſum ſuſcepit *Illuſtriſſimus Domi-*
66 *nus meus Iacobus de Comitibus S. R. C. Primus Conſiliarius, & Proauditor Cameræ meritiſſimus*, qui in eius relatione reddita Illuſtriſſimis Dominis Protectoribus Montis redimibilis *die* 10. *Decembris* 1721. pluria alia ſimilia exempla, ſeu res iudicatas cumulavit.

Aliæ auctoritates allatæ nullum pariter præbent obſtaculum, nempe *Pignattell. conſult. can.* 69. *num.* 3. & 4. *cum ſeq. tom* 10.
67 quia iſte loquitur de Oblatis Sancti Benedicti, quas dicit, non eſſe Tertiarias eiuſdem Ordinis, minuſque vere, & proprie Religioſas, prout idem ſolummodo firmavit *Rota* in celebri cauſa *Romana Primogenituræ de Cæſarinis*, ubi igitur de Oblatis Conſervatorii Septem Dolorum Urbis, in quo non emittitur votum Caſtitatis, ut
68 videre eſt in *deciſ.* 726. *num.* 11. & *num.* 14. *cor. Emerix. iun. & in confirmatoriis apud De Luca deciſ.* 109. *n.* 3. *deciſ.* 110. & 111. *ſub num.* 2. *coram Muto*, ubi etiam dicitur, quod oblatio, & promiſſio perpetuæ ſtabilitatis in loco non Regulari, & ex primævo inſtituto variabili non reddunt invalidum egreſſum, & Matrimonium poſtea ſecutum, quæ omnia in preſenti non officiunt, & de facili concedunturr, & in eadem claſſe reponendi ſunt, *Pariſ. conſ.* 40. *n.*
69 14. 15. *lib.* 3. qui ſolum dicit Tertiariam non eſſe proprie Religioſam, & *Eugen. conſ.* 26. *num.* 19 *cum ſeq.* qui idem dicit, & ulterius loquitur dumtaxat de Fratribus Terriariis non collegialiter viventibus, non autem de Sororibus, quæ expreſſum votum caſtitatis emittunt, minuſque diſputat, quod iſtarum capacitatem in materia legatorum, & quod peius eſt declarationes Sacrarum Congregationum ſuper dicta *Bulla Leonis X. quoad eaſdem Tertiarias* non vidit.

De-

Demum non iuvat *Bartol. in Leg. commodiſſime ff. de liber. & poſth.* quia loquitur expreſſe de ingreſſu Monaſterii quæ verba ſunt magis univoca, & præciſa *Dian. oper. coordin. tom. 9 tract. 2. reſolut. 175. in fin. Pellizzar. de Monial. cap. 9. ſub num. 48. §. addit. Felix. Poteſt. in exam. Eccleſ. tom. 1. part. 2. n. 2565.* unde concludendo dicimus, legatum de quo agitur deberi dictæ Mariæ Tertiariæ, tum quia ea eſt capax legati pro Monacatu; tum quia ſi non eſſet capax legati pro Monacatu, debitum ei eſſet legatum factum alternative, etiam pro Matrimonio carnali ex præſumpta voluntate Teſtatricis, eum hic ſtatus Tertiariæ ſit Eccleſiaſticus, & multo maioris perfectionis, quam ſtatus Coniugii carnalis, tum quia eſt legataria certa, cui Teſtatrix voluit omnino providere, ob ſpecialem affectionem erga illam, tum demum, quia legatum eſt pium, adeoque debet omnino perſolvi, nec in detrimentum animæ Legantis, ac præiuditium Legatariæ remanere poteſt, aut debet in utilitatem hæredis, ex late ſuperius firmatis. 70

Et ita utraque &c.

Manilius Urbani Rotæ Auditor.

DECISIO XXXIX.

FLORENTINA INTRATURÆ.

diei 6. Septemb. 1723. cor. Audit. MANILIO URBANI.

ARGUMENTUM.

STatutum Univerſitatis Medicorum, & Pharmacopolarum *Civitat. Flor. rub. 25. delle Botteghe, e pigioni* Ius intraturæ impertitur omnibus artificibus eidem Arti, & Univerſitati ſuppoſitis, dummodo apothecas conductas per quinquennium retinuerint, idque indiſcriminatim intelligitur de quibuſcumque apotecis ut hic firmatur.

SUMMARIUM.

1 *Statutum artis Medicorum &c. Civit. Florent. rubr. 25. explicatur eiuſque ratio*, ut num. 11.

2 *Omnes qui requiſita Statuti habent, Statuto ſubiiciuntur.*

3 *Barbitonſorum apothecæ comprehenduntur in Statuto d artis, idque eo magis confirmatur ex altera rubr. 37. eiuſdem Statuti*, ut n. 5.

4 *Præſertim ubi reperiatur etiam in Matricula quis deſcriptus.*

6 *Id comprobat decisio 11. Martii 1637. ad relationem Pauli Ant. Pinadori, & alia patiter decisio*, ut n. 7.

8 *An Barbitonsores exerceant Mercaturam, & qui proprie dicantur artifices.*

9 *An beneficio d. Statuti gaudeat, qui solutionem in tempus promittens eam mutet per temporis lapsum.*

10 *Dictum Statutum principaliter observat favorem privatorum deinde Reip.*

12 *Quia favore Commercii Statutum prodiit, non efficit ut non comprehendat alias artes mechanicas.*

13 *Dictum Statutum Furnariis extenditur.*

14 *Bonum Reip est plures in Civitate artes, seu Artifices habere.*

15 *Inter Artifices Barbitonsores etiam nominantur.*

16 *Ars barbitonsoria, ars dives.*

17 *Barbitonsoribus operas locare diebus festis permissum est, sive potius toleratur.*

18 *Privilegio intraturæ sine adprobatione Consulum eiusdem artis renunciari non potest.*

19 *Non solventibus datur per iisdem Consulibus terminus Conductori ad solvendum, quo elapso expelli potest salvo tamen iure intraturæ.*

20 *Diversus toto tempore modus solvendi, quam erat promissum, facit inobservantiam pacti nec spoliare valet iure intraturæ.*

COnduxit Laurentius Zoppi Tonsor anno 1697. a nobil. Viris Alberto, & Fratribus de Barduccis Apothecam ad usum Barbitonsoris per annum, sub obligatione solvendi dictis Locatoribus, distributis ratis quolibet bimestre annuam pensionem scutorum sex, addito, præ cæteris pacto, quod deficiente disdicta ex utraque parte per duos menses ante locationis, seu conductionis terminationem intelligi deberet dicta Apotheca relocata, & respective reconducta ad alium annum; sibi autem suadens nobilis Dominus Advocatus Alexander Maria de Barduccis successor dictorum Locatorum, ob modo auctos dictæ Apothecæ Adventores tenuem esse dictam pensionem scutorum sex, illamque augendam fore ad annua scuta octo, iudicialiter petiit coram Perillustrissimis Dominis Consulibus Artis, & Universitatis Medicorum, & Pharmacopolarum a præfato Zoppi, vel dictum pensionis augmentum, vel evacuationem, & relaxationem eiusdem Apothecæ, quorum neutrum peragere volens dictus Zoppi eo sub fundamento acquisitionis Intraturæ concessæ Artificibus a Statuto dictæ Universitatis *rubr. 25. delle Botteghe, e pigioni*. Extitit nobis ad referendum commissa inspectio hæc „ *an videlicet*

„ *com-*

„ *competat dicto Zoppi ius intraturæ, ſeu ſtantiandi in dicta Apotheca* „ *nec ne?* „ nos autem, poſt ſedulam exactamque Statuti, ac rationum hinc inde deductarum diſcuſſionem retulimus dicto Magiſtratui dictorum DD. Conſulum, *intraturam competere*, & quoad *cætera* 1
ſervandam eſſe formam a Statuto præſcriptam, ex ſequentibut.

Ratio reſolutionis reſedit in eo, quod Statutum dictæ Artis *dicta rubr.* 25. præfatum ius intraturæ impertitur generaliter omnibus Artificibus eidem Arti, & Univerſitati ſuppoſitis, dummodo Apothecas conductas per quinquennium retinuerint, ibique artem ſuam vere, & realiter exercuerint; unde cum, dictus Zoppi ſit de ſuppoſitis, & nedum per quinquennium, ſed per conſiderabilem lapſum annorum viginti ſex in dicta Apotheca permanſerit, & Adventorum concurſum, ſeu frequentiam ſua induſtria, & ſolertia ad illam allexerit, dictum ius intraturæ, ſeu ſtatuendi me- 2
rito fuit aſſequutus, ut in his terminis connotant *Io. Baptiſta Aſin. in eius celebri conſ. quod circumfertur num.* 3. *& ſeq. Carocc. de location. & conductione. part.* 7. *concluſion.* 72. *Rota Noſtra Florentina in Florentina Intraturæ* 5. *Decembris* 1619. *in princip.* § *neque* § *ius autem* §. *ſecundo advertendum lib. motiv.* 100. *a* 243. *& ſeq. & 9. Februarii* 1623. § *& moti lib mot.* 104. *a* 265. *cor. Magon. deciſ.* 112. *num.* 1. *& per tot cor Urceol. deciſ.* 18. *num* 6. *cum ſeq. & coram Illuſtriſſimo Domino meo Auditore de Comitibus deciſ.* 24. *num.* 1. *part.* 7. 8. *& part.* 12. *& part.* 14. *ubi concordantes*.

Quod autem dictus Zoppi ſit de ſuppoſitis Arti, & Univerſitati Medicorum, & Pharmacopolarum patet triplici medio; primo quia, ipſe eſt Barbitonſor, & Barbitonſores comprehenſos eſſe in Statutis dictæ Artis declaratum fuit in fine Bannimenti dictorum 3
Conſulum emanati *die* 12. *Novembris anni* 1574. cuius meminit *Sabell. in prax. univerſ.* §. *Arte*, & *Artieri num.* 6. in eo enim leguntur inſraſcripta verba, videlicet „ *nota delli Artieri, che ſono* „ *compreſi nelli Statuti di detta Arte, e nel preſente Bando* „ ac ſecundo loco numerantur Barbitonſores.

Secundo quia dictus Zoppi deſcriptus reperitur in Matricula eiuſdem Artis, ſuumque miniſterium ſemper laudabiliter exercuit, adeoque talis deſcriptio, una cum exercitio recte demonſtrat, & comprobat Deſcriptum eſſe ſuppoſitum Arti, ac gaudere debere pri- 4
vilegiis illius, quidquid ſecus dicendum eſſet, ſi non exercuiſſet, in ſpecie *Fermoſin. in cap.* 13. *cum cauſam part.* 3. *num.* 32. *cum ſeq. & num.* 37. *de probat. Bartol. in Leg. qui ſub prætextu* 9 *Cod. de Sacroſanct. Eccl. & in Leg. ſeriniarios* 10. *Cod de teſtament. milit. Capiblanc. de Baron. pragm.* 8. *num.* 239. *Tondut. dicta prævent. part.* 1. *cap.* 28 *num.* 3. *&* 4. *Zaulus ad Statut. Favent. tom.* 2. *obſerv. ad rubr.* 3. *lib.* 7. *num.* 7. *& num.* 10. *Ricc. in collectan. dec.*

part. 5. collectan. 1829. super Leg. Matricul. Cod. de agent. in reb. lib. 12. Castill. decis. 39. num. 4. Franch. decis. 481. per tot. ibique Carol. Ant. De Luca num. 1. Sess. decis. Aragon. 143. num. 1. tom. 2. Rot. cor. Dunozzett. iun. decis. 263. n. 2. vers. & in simili.

Et tertio quia, dicta comprehensio resultat ex altera *rub.* 37. Statutorum eiusdem Artis, in qua determinantur ea, ad quæ specialiter tenentur Barbitonsores, & inter cœtera demandatur, ne aliquis Discipulus Magistri tonsoris infra tres annos numerandos a die discessus ab Apotheca sui Magistri audeat, seu præsumat Apo-
5 thecam pro se aperire, seu conducere, vel se associare cum alio Magistro Tonsore existente intra spatium *brachiorum quatuorcentum* ab Ergasterio, seu Officina sui prioris Magistri, sub pœna librarum 50. quod equidem clare convincit nedum suppositionem Barbitonsorum Arti, sed etiam illos ex alia præcedenti *rubr. Statuti* 25. gaudere iure intraturæ, seu avviamenti, cum huiusmodi prohibitio unice videatur facta, ne preiudicium aliquod inferri possit Barbitonsoribus in eorum avviamentis ut recte ponderant *Cephal. consult* 328. *num.* 24. *Fatinell. respons.* 31. *sub num.* 5. *Paeichell. de distant cap.* 6. *membr.* 3 *sub n.* 11. *& dixit Rota in Romana Drogheriæ* 29. *Martii & 5. Iulii* 1688. *cor. bo. me. Manuell. & in Romana Apothecæ* 25. *Iunii* 1706. §. *absque eo quod cor. Eminentissimo Scotto*, quæ avviamenta sunt finis Statuentium, illisque præscripto tempore obtentis, statim acquisitæ dicuntur intraturæ in puncto *Rota Nostra dicta decis.* 24. *num.* 14. *coram Illustrissimo Domino meo de Comitibus.*

Hæc, quæ ad Tonsoris victoriam sufficere videbantur, extra aleam dubitationis exposuit punctualis decision. d. Magistratus DD. Consulum emanata die 11. Martii 1637. ad relationem *bon. mem.*
6 *Pauli Antonii Pinadori Assessoris* in Causa vertente inter Alexandram Petri Coppini, Franciscum, & Antonium Campanacci Actores ex una, & Magistrum Matthæum Ioannis Tassinari Barbitonsorem Reum conventum ex altera, in quo relatione dictum fuit dictum Barbitonsorem gaudere beneficio intraturæ vigore *d. rub.* 25. *delle Botteghe, e Pigioni* ut videre est ex eadem relatione una cum motivo illi annexo *lib. 8. memorial. d. Magistratus ab anno* 1626. *ad* 1642. *fol.* 498. 499. *& fol.* 563. 564.

Et successive idem Magistratus ad relationem pariter præfati *Pinadori*, die videlicet 20. Augusti 1643. decidit Octavium Bagni Balneatorem, vulgo *Stufaiolo*, & insimul Barbitonsorem, vigore
7 eiusdem *rubr.* 25. *loquentis de intratura* teneri ad præstationem Fideiussoris pro solvenda pensione Apothecæ ad usum Balneatoris, & Tonsoris Benedicto Pagnoro Locatori, ut pariter videre est, ex dicta relatione una cum motivo exhibita d. Magistratui *existen. in lib. 9. memorial. ab anno* 1643. *ad annum* 1651. *num.* 3.

Hinc

Hinc reddita innegabiliter clara, tam ſuppoſitione Barbitonſorum Statutis Artis, & Univerſitatis Medicorum &c. quam competentia intraturæ eorum favore, in præceps ibant bina obiecta in contrarium allata; alterum nempe, quod Statutum loquens de intratura unice, & principaliter emanaverit favore Mercaturæ, & ſic reſpicere non valeat Barbitonſores, qui nullatenus exercent mercaturam, neque artificium, cum Artifex ille dicatur, qui res emendo, illas, mutata forma, eius opificio, & induſtria revendit ad *Text. in can. eiiciens 88. diſtinct. Federic. de Sen. conſ. 207. col. 1. verſic. nam negociari Riminald. Sen. conſ. 34. n. 10. vol. 1 Scacc. de commerc. part. 1. §. 1. quæſt. 1. num. 13. & quæſt. 7. part. 2. ampliat. 11. num 7. verſic tamen Coſta in cap. 1. de iudic. num. 260. Farinacc. in fragm. Crim litt. C num. 167. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 5. rub. 1. num. 4. & allegat. 58. num. 4. & n. 9. Anſald. de commerc & mercat. diſc. general. num. 54. Amendol. ad deciſ 481. de Fraueb. num. 1. Surd. deciſ. 313. num. 1. & per tot. Rota in recent. deciſ 194. num. 7. part. 4. tom. 2.* Mercator vero, ſeu Negociator ille ſit, qui merces comparat, illaſque non immutatas, neque alteratas, vendendo luctatur *d. can eiiciens 88. diſtinct. Coſt. in dicto cap. 1. de Iudic. num. 259. Capiblanc. de Baronib. tom. 2. cap 90. num 10. Gait. de credit cap. 2. tit. 7. part. 5. num. 2067. Scacc. de commerc. part. 1. dicto §. 1. quæſt. 1. num 12. Conciol. d. alleg. 58. num. 5. & num. 9. Anſald. de commerc. diſc. general. num. 53. Surd. dicta deciſ. 513. num. 1.* quæ prædicta non verificantur in Barbitonſoribus, quia iſti non emunt, neque vendunt, ſed ſolum tondendo barbam, vel ſanguinem educendo pro ſuis laboribus mercedem recipiunt. 8

Et alterum, quod cum dictus Conductor in ſcriptura locationis promiſerit ſolutionem penſionis de bimeſtre in bimeſtre, & ad hanc rationem non ſolverit, ſed potius de ſemeſtre in ſemeſtre, ex huiuſmodi inobſervantia beneficio dicti Statuti gaudere non valeat.

Primum enim obiectum non refragatur, quia dictum Statutum intraturæ principaliter continet favorem privatorum, ſecundario vero Reipubblicæ, ut in puncto obſervat *Roman. conſ. 151. num. 1.* & concordat *Rota Noſtra cor. Urceol. dicta deciſ. 18. n 5.* cum emanaverit favore omnium, qui dictæ Arti ſuppoſiti ſunt, & in ea matriculati, & deſcripti fuerunt, ne avviamenta in Apothecis, eorum labore, & induſtria parta, exercitio bene geſto, & bene tractando Adventores per plures annos, ad placitum Locatoris amitterent, eiſque poſtmodum alii gaudere deberent, ex auctoritatibus deſuper relatis §. *Ratio reſolutionis*; & licet mens Statuentium fuerit etiam, ut mediantibus dictis avviamentis populi affluentia conſervaretur, & magis augeretur favor commercii, & negociatio- 9 10 11

nis, ut prosequitur *dicta decis.* 18. *coram Urceol. num.* 5. *& decis.*
12 24. *n.* 1. *cor. Illustriss. D. meo Audit. de Comitib.* nihilominus hæ Decisiones non denegant, quod dictum Statutum voluerit (ultra illas artes, quæ stricte, & proprie referuntur ad mercaturam, seu negociationem, & artificium, iuxta auctoritates in obiecto allegatas) comprehendere etiam, ptout generaliter loquendo comprehendit alias artes mechanicas, consistentes in simplici ministerio corporis, seu alios Artifices, qui lucrantur propria industria, absque ulla emptione, seu transmutatione mercium, quorum aliqui recensentur in
13 *Leg* 1. *& 2. Cod. de excusat. Artific. lib.* 10. & signanter *fullones, cursores*, & similes, inter quos recenseri possunt Furnarii, quorum ars unice consistit in coquendo panem pro privatis Familiis, & tamen gaudent privilegio intraturæ ut admittit motivum in *Flore-*
14 *tina Intraturæ lib. mot.* 120. *fol.* 530. *& fol.* 534. *cor. Illustriss. D. Audit Bellutio* bonum enim Reipublicæ est, ac Societatis humanæ plures in Civitate Artes, seu Artifices habere, *Ursell. concluf.* 147. *num* 4 *Rota in recent. decis.* 565. *sub num.* 2. *part.* 1. & propterea merito inter hos Artifices comprehensos a Statutis de quibus agimus fuerunt numerati Barbitonsores, & de eis etiam specialiter disposituin, ut superius clare ostensum fuit in §. *quod autem*, cum
15 etiam Barbitonsores vocentur Artifices in puncto *b. m. Fatinell. responf.* 31. *num.* 12. nec non inter artes mechanicas Barbitonsoris ministerium connumeretur, *Cassan. in Catholog. glor. mund. part.* 11. *consideral* 48. §. *Barbitonsores etiam Bertachin. vot* 51. *sub num* 4. *& sub num.* 7. *Thomas. de Garzon in tract. la Piazza univers. disc.* 140. „ ibi „ *l' Arte de' Barbieri è medesimamente netta, e pulita,* „ *avendo per fine, e per iscopo la pulitezza del corpo, la quala si* „ *cava dal radere, e dal tosare* „ *Sabell. in prax dicto* §. *Arte, ed Artieri num.* 6. *ipsummet Statut. Medicor. & Aromatarior. rubr.* 37. §. *e questo ancora salvo* „ ibi „ *se prima non sarà stato all' esercizio* „ *di detta Arte almeno per cinque anni* „ *e* §. *ancorchè* „ ibi „ *& è* „ *convenso detto suo Maestro prometta al detto Discepolo la dett' Ar-* „ *te bene insegnarli* „.

Quinimmo si publice interest Cives, & Habitatores habere divites, ars barbitonsoria certe a Statuto excludi non poterat utpote lucris valde apta, si credimus *Iuvenali*, & *Martiali*, qui ægrefe-
16 rentes virum quempiam Tonsorem ad tantas opes pervenisse ut opibus certaret cum Patritiis, & tandem ad equestrem ordinem pervenisse, sequentes versus exaratunt. Primus *in Satyr. 9. parte post princip.*

Patricios omnes opibus, cum provocet unus
Quo tondente gravis iuveni mihi barba, sonabat

& se-

& ſecundus lib. 7. epigr. 63.

Qui Tonſor fuerat tota notiſſimus Urbe,
Et poſt hæc, Dominæ munere factus eques.

Et de facto, præſcindendo a contraria lege, cæteroquin laudabili, Florentiæ noviſſime emanata, Barbitonſores, fere ubique lucrum faciunt, eriam diebus feſtivis, & ratione conſuetudinis excuſantur, ſi capira tondeant, barbaſque eradant: nam, quicquid dicant nonnulli morales, eum *Dian. reſolut. 34. verſic. ſed ſi omnes lib. 5. c. 2. dub. 21.* quod talis conſuetudo fuerit ſemper a Prælatis, & Confeſſariis reprehenſa, certum eſt, quod in Urbe, ubi contra alios Operarios, & Artifices violantes dies feſtos proceditur ad pœnam, Barbitonſores non moleſtantur, nec a Curia Vicarii, nec extra Urbem a Curia Eccleſiaſtica, neque a Seculari, ut recte obſervat, *Zacch. de ſalar. quæſt. 25. num. 35. 36. & 37. Zaul. ad Statut. Faven. rubr. 2. lib 7 num. 30. tom. 2.* & conſonant *Muto ſuper conſuetud. Panormit. cap. 70. num. 32. Riginald. tom. 2. lib. 19. capit. 3. n. 52. Moron. reſponſ. 8. ſub n. 14. Capon. diſcept. for. 210. n. 10.* 17

Firmata ex prædictis competentia Intraturæ favore dicti Zoppi Barbitonſoris, minus officit ad illam auferendam ſecundum obiectum, quia in ſcriptura locationis in primis non legitur, quod ſi ſolutiones penſionum non fiant menſtruatim, iuxta promiſſionem factam, Conductor expelli poſſit; immo etiamſi tale pactum ibi legeretur, adhue prætenſio expellendi non proeederet, quia dicto pacto obſtaret Statutum *d rubr. 25.* quod annullat omnes renunciationes factas privilegio Intraturæ, ſine approbatione Conſulum eiuſdem artis „ ibi „ *niuna riſiutazione, che ſi farà per gli uomini della* „ *la detta Arte ec. vaglia, ſe prima non ſarà approvata per li Conſoli, e Conſiglieri di dett' Arte* „ & ſecundo loco idem Statutum diſponit, quod a Conſulibus aſſignetur terminus debitoribus penſionum, & illorum fideiuſſoribus ad ſolvendum, & ſi intra terminum aſſignatum defecerint in ſolutione, tunc datur licentia Locatori illos expellendi, ſalvo tamen prius Conductori pretio Intraturæ, ſeu Avviamenti, quod eſſe pretium æſtimabile firmant in terminis 18 19 *Cephal d. conſ. 328. num. 21. 22. Card. De Luca de locat. diſc. 29. num. 6. & de emphyt. diſc. 69. num. 12. Pacion. de locat. & cond. cap. 29 num. 90. Anſald. de commere. diſc. 99. num. 19.* cum aliis relatis per *Rot. Noſt. cor. Illuſtriſs. D. meo de Comit. d. dec. 24. n. 28. & prius lib. mot. 104. fol. 265.* & in puncto Intraturæ *eod Rot. Noſt. in Florentina Intraturæ 5. Decembris 1619 §. & ideo Statutum lib. mot. 100. fol. 245. & dicta deciſ. 24. n 29.* Nam iuſta etiam exiſtente cauſa eiciendi Conductorem ab Apotheca, præcipue, ob

non

non ſolutionem penſionis, non amittit ipſe Conductor, neque aviamentum, neque Intraturam, quæ eſt illius præmium, ut individualiter reſpondit *Rota Noſtra in Florentina Intraturæ 1623. §. nec obſtat cum ſeq. lib. mot. 104. a 265. & cor. eod. D. meo de Comitibus d. deciſ. 24. num. 59.*

Quamobrem, ſi defectus ſolutionis penſionum non ſufficit, ut Conductor ſpolietur iure intraturæ, certe multo minus ſufficiens erit diverſus modus eas ſolvendi in ſolo tempore exiſtens a Locatore per integram, & abſolutam receptionem penſionum toto tempore approbatus, & emologatis, ex quo inobſervantia pacti, & conventionis, talis, qualis adeſt, remiſſa cenſetur *gloſſ. in cap. potuit de location. & conduct.* „ ibi „ *Reſpondeo in privato planum eſt,* „ *quia recipiendo penſionem iuri ſuo renunciavit* „ *Leg. de Lege, & Leg. poſt diem ff. de Leg. commiſſ.* & in fortioribus terminis remiſſionis caducitatis a locatione Apotheeæ, & Domus, *Card. De Luca de locat. diſc. 20. num 7. verſic. & in ſpecie Mart. Medic. examinat. 28. num 12. & num. 28.* & in terminis remiſſæ caducitatis, & moræ in ſolutionibus conventis *Antonell. de tempor. legal. capit. 15. num. 13. Pacion. de location. & conduct. cap. 55. in fine, & latius capit. 59. num. a verſic. 1. cum plurib ſeq. & per tot. Gratian. diſcept. forenſ cap. 515. num. 8. ibique Carol Anton. De Luca poſt n. 2 §. ſi Locator & cap. 633. num 37. cum trib ſeq. Paulut. diſſert 62. num 12. & num. 18. 19. & diſſertat 65. num. 45. Illuſtriſs. D. meus Collega Calderonus reſolut. 73. num. 19. Rota Noſtra cor. Magon. deciſ. 145. num. 14. & deciſ. Lucenſ. 155. num. 7. Rota Romana cor. Buratt. deciſ. 640. num. 16. & 17. in recent. deciſ. 577. num. 19 part. 19 tom. 2. & penes Balduec. deciſ. & rer. iudicatar. tit. de feud. deciſ. 3. num. 3. & 4.*

Quo denique ad prætenſum augmentum penſionis, cum Statutum literaliter diſponat, quid agendum veniat, ideo ad prædictum effectum demandatum fuit ſervandam eſſe formam a Statuto præſcriptam.

Et ita utraque &c.

Manilius Urbani Rotæ Auditor, & Prætor.

DE-

DECISIO XL.

FLORENTINA LEGATI SUPER FRUCTIBUS.

diei 19. Iulii 1724. cor. Audit. FRANCISCO XAVERIO GORI.

ARGUMENTUM.

FUſius, & magiſtraliter in hac Deciſione firmatur quod fructus a Poſſeſſore non ſunt a die motæ litis reſtituendi, ſed a die, quo idem Poſſeſſor fuit in poſitiva mala fide per eſibitionem clari iuris ab Actore factam, conſtitutus.

SUMMARIUM.

1 *Fructus percepti a Reo ſunt reſtituendi non a die motæ litis, ſed poſtquam Actor iura ſua clara, & indubia exhibuit*, & num. 16. & 18. *& de ratione* num. 2.

3 *Reus a reſtitutione fructuum perceptorum liberatur, ſi de mala fide non conſtet*, & num. 4.

5 *Dubia bona fides quamquam in poſitivam malam fidem non tranſierit, fictam tamen, & dubiam excitat aptam ad inducendam obligationem reſtitutionis fructuum, contra* num. 7. & 9.

6 *Reus de veritate petitionis excipiens, ac ſe defendens, non dicitur dolo facere.*

8 *Inter bonum, & malum non datur medium.*

9 *Titulus etiam invalidus, & putativus cauſatus ab errore facti, vel iuris ſuffragatur poſſeſſori ad fructus reſtituendos.*

10 *Reus ad hoc ut diei poſſit in mala fide conſtitutus pro fructuum reſtitutione a die conteſtationis litis, neceſſe eſt, quod lis fuerit conteſtata talium iurium productione, ut ab iis inſtrui potuiſſet Reus de ſuo non iure*, & num. 15. & 17.

11 *Poſſeſſio unita bonæ fidei quoad fructuum perceptionem æquiparatur dominio.*

12 *Leges diſponentes, quod fructus ſint reſtituendi a die litis conteſtatæ proceduni in caſu, quo ex litis conteſtatione Poſſeſſor conſtituatur in mala fide.*

13 *Peremptæ Inſtantia fructus non debentur a die primæ litis conteſtatæ, ſed a die ſecundæ.*

14 *Poſſeſſor non conſtituitur in mora per litis conteſtationem, ſi habeat iuſtam cauſam litigandi, nec tenetur ad intereſſe*, & num. 44. 45. & 46. *quamquam petatur ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis*, num. 47.

19 *Fru-*

19 *Fructus haberi non possunt quando sors obtineri nequit, cuius ipsi sunt accessiones.*

20 *Recognitio Scripturæ cum iudiciali productione est in forensibus controversiis necessaria;*

21 *In Possessore obligatio restituendi fructus incipit non a die primæ, vel secundæ productionis, sed a die tertiæ, vel quartæ productionis illorum iurium, quæ victoriæ causam pro Actore dederunt.*

22 *Possessor non obligatur ad fructuum restitutionem a die factæ indicationis documentorum ab Actore, & de ratione.*

23 *Falsitas urget in eo, qui in aliquo actu fuit falsus.*

24 *Error facti etiam prudentissimos homines decipit.*

25 *Suspicio falsitatis habetur pro falsitate.*

26 *Falsitas in productione iurium Actoris, est sufficiens ad eum repellendum a Iudicio.*

27 *Descendentia, & legitimatio personæ sunt clare, & dilucide probanda.*

28 *Longa acquiescentia Actoris confirmat Possessorem in bona fide.*

29 *Ut in Possessore oriatur mala fides pro obligatione restituendi fructus perceptos, non sufficit ex parte Actoris sola productio iurium sed requiritur productio recognitionis eorumdem.*

30 *Quilibet ad Iudicium provocans tenetur complere extremum legitimationis suæ personæ. Aliter repelli potest per legitimationis exceptionem*, num. 31. *& sententia est nulla*, num 33.

32 *Legitimationis exceptio est plusquam Iuris defectus.*

34 *Productio posterioris documenti validi non retrotrahitur ad diem litis inchoatæ per exhibitionem libelli necessariis probationibus destituti.*

35 *Tempus restitutionis fructuum dimetiendum est a novis iuribus, quibus Iudex restitutionem in integrum concessit.*

36 *Bona fides pro restitutione fructuum considerari debet an a facti, vel a iuris errore procedat.*

37 *Reus possessor in casu dubii articuli excusatur ad fructuum restitutione.*

38 *Reus Possessor excusatur a fructuum restitutione, si agatur de facto intricato, & obscuro.*

39 *Bona, vel mala fides pro restitutione fructuum attenditur quando fructus petuntur accessorie ad rem*, & num. 42. *secus si petantur tamquam sors principalis* num. 39. & 40. *quia tunc debentur etiam ante motam litem* num. 41.

43 *Interesse debetur ex mora.*

48 *Interesse a partibus conventum non debetur, nisi concurrente mora.*

49 *Fructus percepti cum propria locupletatione sunt restituendi, quamquam non intervenerit mala fides, contra* num. 50.

51 *Libri in quibus sunt notatæ pecuniæ receptæ non probant locupletationem eius, qui recepit.*

52 *Fru-*

52 *Fructus rei pertinent ad illius Dominum, etiamſi ſit revocabiliter Dominus.*

53 *Locupletatio ex fructibus perceptis non præſumitur, niſi probetur.*

54 *Fructus legati non acquiruntur a Legatario a die mortis quando dominium non tranſit ipſo iure in Legatarium, ſed opus eſt traditione hæredis.*

55 *Quando Fideicommiſſum eſt clarum fructus ſunt reſtituendi non a tempore motæ litis, ſed apertæ ſucceſſionis.*

56 *Ubi eadem militat ratio, eadem militare debet iuris diſpoſitio.*

57 *Opinio Rotæ Romanæ relinqui abſque temeritate non poteſt.*

RElicto titulo legati Venerabili Hoſpitali Sanctæ Mariæ Novæ de Florentia a quondam Nicolao de Segnis uſque de anno 1411. Prædio nuncupato *S. Sepolcro* ea adiecta lege, quod locaretur uni ex Deſcendentibus Franciſci de Segnis, vel illis deficientibus, maiori natu ex filiis, & deſcendentibus Stephani pariter de Segnis ſub annua præſtatione ſcutorum ſeptem; Dominus Æques Carolus Ioſeph de Segnis e vivis erepto D. Senatore Alexandro de Segnis poſtremo dicti Prædii conductore, ſibi apertam eſſe viam conductioni exiſtimavit, qua etiam Ioannes Baptiſta eius Pater dum in humanis ageret, fruebatur, Iudicioque inſtructo prius coram Iudice Quartierorum Sancti Spiritus, & Sanctæ Crucis huius Civitatis Florentiæ contra Æquitem Ioannem Philippum de Michelozzis uti Conductorem controverſi Prædii ad effectum exigendi ab eodem penſiones annuas decurſas in ſumma ſcut. 889. 5. 16. 8. & decurrendas in poſterum ad rationem ſcut. 140 3. 10. annuorum iuxta ultro citroque conventa in Inſtrumento Ceſſionis uſque de anno 1630 celebrato inter DD de Segnis tunc viventes, & DD. Antonium, & Vincentium de Michelozzis Authores præfati Æquitis Ioannis Philippi, qui ad defenſam evocavit Venerabile Hoſpitale Sanctæ Mariæ Novæ, a quo Prædium uſque de anno 1700. conduxerat ſub annua reſponſione ſcutorum 115. declinataque iuriſdictione Iudicis Quartierorum S. Spiritus, & Sanctæ Crucis, Lis in Curia Archiepiſcopali coram Ordinario Florentino fuit introducta. Verum coram Ordinario Florentino prædicto minime radicata iuriſdictione, vel de Partium conſenſu, vel ex Iuriſdictionalis Congregationis reſcripto, Cauſa ad Iudicem Quarteriorum rediit, coram quo dictus Æques Ioſeph Carolus plura ad ſuam intentionem iuſtificandam produxit, fidem videlicet honeſtæ Matronæ Catharinæ Struiz Viduæ relictæ a Domino Angelo de Bandinellis, teſtantis dictum Æquitem Ioſephum Carolum Filium eſſe Ioannis Baptiſtæ; Matrimonialem apocam cœlebratam inter dictum Ioannem Baptiſtam, & Sophiam

phiam Zuiocscam sub die 6. Ianuarii 1649. subsequtam persolutæ Gabellæ attestationem, ac demum fidem Baptismatis dicti Caroli Iosephi de anno 1672. sed cum de prædictæ fidei veritate dubitari contigerit, aliam exhibuit attestationem præfatus Carolus Ioseph prioris penitus destructivam, munitam plurium probatissimorum Vitorum testimonio, qua nativitatem suam non de anno 1672. & sic biennio post Patris obitum, sed de dic 29. Ianuarii 1668. probare studuit.

Harum productionum fundamento fulcitus Æques Ioannes Philippus Michelozzi Causam coram Venerabilis Hospitalis Sanctæ Mariæ Novæ Conservatore pro suo interesse proponendum curavit, enarrataque universa factorum historia, strenue sese opponentibus d. Venerabilis Hospitalis Patronis de filiationis dubietate Domini Caroli Iosephi excipientibus, illum excitavit rursus ad diluendam impietam dubietatem probationi suæ filiationis; qua in controversia cum fuerit acerrime per plures annos hinc inde decertatum, absque eo quod clarum, & rutilans duarum sese invicem collidentium attestationum, lumen veritatis effulgeret, tandem Dominus Carolus Ioseph ad enodandam difficultatem proposuit rescontrationem prædictarum attestationum Varsaviæ in Poloniam faciendam opere Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Nuncii pro Apostolica Sede ibidem Residentis, ut formiter illis recognitis, quænam falsitatis vitio obducta, quæve autem vera esset, elucesceret, qua rescontratione, & subsecutive recognitione non antea facta quam de die 11. Augusti anni 1722. obicem ferentibus Partium desiderio, notissimis Regni Poloniæ calamitatibus, vera fuit agnita fides Baptismatis d. Æquitis Ioannis Caroli Iosephi de anno 1668. per quam expleto legitimationis suæ personæ, extremo in omnibus Iudiciis necessario, favorabilem reportavit sententiam, absolventem nihilominus a fructibus ante prædictam recognitionem perceptis ex Prædio controverso, Venerabile Hospitale S. Mariæ Novæ.

Verum nemini placuit decisio, sed appellatione ab utraque Parte interposita, ad Sacrum hoc Apostolicæ Nunciaturæ Tribunal convolarunt, de cuius stylo signata commissione, mihique directa, sententiam a Reverendissimo Domino Iudice Conservatore pronunciatam confirmandam esse non dubitavi.

Et quoniam de validitate sententiæ nulla hinc inde difficultas promovebatur, utpote ea quæ a Iudicis iurisdictione, Procuratoris mandato, Partis citatione cum aliis ad id necessariis, & requisitis canonizabatur præcipua forensis huius decertationis vis tendere visa fuit ad redarguendam de iniustitia sententiam, quo in assumpto cum Venerabile Hospitale in simplicis defensionis terminis se contineret, ad partes reicto interpositæ ab eo appellationis fundamento; Dominus Aeques Carolus Ioseph Actoris vices aggressus sententiam in

par-

parte a fructibus absolventem Venerabile Hospitale, acerrime impugnavit eos sibi deberi prætendens a die contestatæ Litis.

Hinc ad examen revocare contingit diu a Doctissimis Iurisconsultis agitatam quæstionem, an fructus a die motæ Litis, vel potius a die productionis iurium Actori victoriam Causæ referenti debeantur; sed quidquid sit de varia plurium Authorum opinione, ea super hac materia in forensibus Iudiciis inolevit consuetudo plurium Clarissimorum Virorum authoritate fulcita, per quam vel clarius interpretata Textuum obscuritate, vel saltem emollito antiqui iuris rigore, Reus ad fructus perceptos emovendos non cogitur; nisi postquam Actor talia exhibuit documenta suam intentionem haud ambigue, & obscure, sed tali claritate, & certitudine comprobantia, ut Reus de suo iure non doctus, sed monitus ad indubiam cognitionem iniustæ possessionis rei ad se minime pertinentis exciterur, ut contraria reiecta sententia tenent *Paul. de Castr. in Leg si fundum Cod. de reivindicat.* ibique *Pet. de Bellapertic dec. in Leg. apud Iulianum* §. *fructus notat.* 2. *ff. de Leg. Barbos. in Leg. si fundum num.* 8 *&* 9. *Cod. ve reivindic. Garz. de expens. cap.* 23. *num.* 13. *&* 14. *Torr. var. iur. quæst.* 4. *num.* 17. *&* *seq.* & signanter *num.* 24. *Dexart. decis. Sardin.* 10. *per tot. Capyc. Latr. decis* 65. *a num.* 25. *&* *seq. Magon. decis. Lucens.* 81. *num.* 12. *Rota decis.* 217. *num.* 11. *part.* 14. *decis.* 265. *num* 5. *&* 6. *part.* 17. *&* *decis.* 226. *num.* 3. *part.* 18. *recent.* ea peculiari ratione, quia cum in hoc restitutionis fructuum articulo plurimum operetur bona, vel mala fides Possessoris ab ea, licet sese eximere non possit Reus post indubiam documentorum productionem, a qua sensit in se impressam malam fidem productivam obligationis restituendi fructus ex alienis Bonis perceptos, liberatur tamen, si de mala fide non constet, ut docet *Text.* in *Leg. sed & loco* 4. §. *post litem ff. fin. regund. Leg. qui scit* §. *ult. ff. de usur. Leg. quæritur* 40. *Leg. bonæ fidei* 48. *ff. de acquirend. rer. domin. Donell. lib.* 4 *comment. cap.* 25. *Ant. Fab. lib.* 4. *coniectur. cap.* 17. *Fachin. lib.* 1. *controv. vers.* 4. *Less. decis.* 36. *num.* 31. *Thomat. decis.* 282. *num.* 3. *&* 4. *Rot. dec.* 672. *n.* 5. *cor. Dunozz. iun. & in mantiss. ad de Luc. de statut. succes. decis.* 10. *num.* 7. *&* *in Romana Immissionis super fructibus* 5. *Iunii* 1719. §. *quod vero coram Illustriss. Faleonerio.*

1

2

3

Merito igitur per Revetendissimum Iudicem a quo pronunciatum fuit, fructus non a die motæ Litis, sed a die factarum probationum fuisse restituendos; eum enim in ipso litis contestatæ actu, ea non fuerint producta documenta, per quæ D. Aeques Carolus Ioseph Affictum Prædii Sancti Sepuleti ad se perrinere demonstraverit, & per quæ impicta remanserit Venerabili Hospitali scientia possessionis rei ad alterum pertinentis, iniusta prorsus fuisset condemnatio

natio in fructibus, deficiente probatione malæ fidei in Possessore,
4 ut ponderat ultra superius relatos *de Marin. resolut. 92. num. 21. lib. 2. Card. De Luc. de Fideicomm. disc. 185. & disc. 186.* utrobique *num* 4. ubi reiiciuntur contrarium sentientis *Rot. dec. 326. num. 3. & seq. cor Duran decis. 844. num. 5. cor. Merlin. & in Romana Fideicommissi de Avita 13. Februarii 1696. §. siquidem cor. bo. me. Pio;* & prius in *Romana Hæreditatis de Lanuviis 6. Iunii 1695. §. cum enim coram Eminentissimo Scotto impress. in Mantiss. ad De Luc. de Iudic decis. 17.*

Neque turbat obiectum, quod statim ac Dominus Aeques Carolus Ioseph litem Venerabili Hospitali contestavit, incœperit in Reo quædam dubia de iure suo scientia, & de propriæ possessionis viribus trepidatio, per quam in eò vacillaverit bona fides, quæ licet in positivam malam fidem non transierit, fictam tamen, & dubiam excitaverit productivam obligationem restitutionis fructuum,
5 ad notata per *Bald. Leg. 1. num. 13. Cod. de usur. & fruct. legat. Bartol. in Leg. 2. Cod. de fruct. & lit. expens. Fagnan. in cap. gravis num. 110 & seq. de restit spoliat. Surd. cons. 293. num. 8. Gob. consult. 97. num. 14. Urceol. de transact quæst. 89. num. 54. Balduc. cons. 52. num. 1. Postb. de subhast. inspect 55. num. 95. Peregrin. de Fideicomm. art. 49 num. 137. Peguer. decis. 178. n. 10. Gamm dec. 94 num 1.* & passim alibi.

Contrarium siquidem verius est; si enim Pars ad iudicium compellata de veritate petitionis excipiat, & contenta in libello retundet, ac intrepide neget, quatenus ea contra se impugnari arma sentiat, quæ interesse legitimum pro suo arbitrio opponi potuissent, sicuti de defendendo malum ius fovere nescit, ita nil dolo facit, per quem omnis veniat prorsus bona fides exclusa ad *Text.*
6 in *Leg. si quis inficiatus ff. depositi* „ ibi „ *si quis inficiatus, sit non* „ *adversus Dominum, sed quod eum qui rem depositam petebat, verum* „ *Procuratorem non putaret, aut eius qui deposuisset Hæredem, nihil* „ *dolo malo facit; postea autem si cognoverit eum, & agi poterit, quo-* „ *niam nunc incipit dolo malo facere* „ & concordant *Text. in Leg. plane in fin ff. eod. & in Leg 2. § item quia ff. de dol. except.*

Immo ex tali litis contestatione, & denunciatione absque necessariis probationibus facta integra, & illæsa in Possessore perseverat bona fides vera, & non ficta, quæ si talis est ommem malam fidem excludit, vel etiam fictam, & dubiam, ne dicamus quod in
7 eodem subiecto bona fides vera omnis malæ fidei exclusiva sit compatibilis cum ipsa mala fide, etiam ficta, ut advertit post *DD. in Leg. si fundum Cod de reivindicat. Bald. cons. 297. lib. 4. Molin. ad consuetud. Parisiens. lib. 1. tit. 1. num. 22. & 50. Garz. de expens. cap. 25. num. 44. & seq.* qui firmat id neque iure, neque naturali

ra-

ratione conſtitui *Petr. de Fideicomm. quæſt. 3. num. 319.* ubi ait ad hunc effectum quod inter bonum, & malum non datur medium. Quod ſi etiam inter bonam, & malam fidem medium conſideretur, per quod bona fides debilitet, & conſtituatur in terminis dubietatis, excludentis tamen poſitivam malam fidem, in tali etiam caſu ſtatus medii (quidquid ſit an detur nec ne) inttat excuſatio a fructibus, & titulus etiam invalidus, & putativus cauſatus ab errore facti, vel iuris ſuffragatur poſſeſſori, *Conciol. de hered. art. 3. n. 19. Card. De Luc. eod. tit. diſc. 9. num. 6. & 7. & diſc. 20. num. 16. Roec. ſelect. diſput. Iur. cap. 47. num. 39. cum ſeq. Samminiat. controv. 144. num. 21. tom. 2. Rot. cor. Buratt. deciſ. 184. num. 6. ibique Adden. litt. B & cor. Merlin. deciſ. 163. num. 4. & coram Bich. deciſ. 60. n. 4 deciſ. 417. num. 5. part. 13. & in Piſaurien. Succeſſionis, ſeu Reddition is Rationis 9. Martii 1705. §. nimis impropria cor. bo. me. Anſaldo, & in Piſaurien. Succeſſionis hæreditatis ſuper reſervatis 22. Martii 1707. cor. Priolo, & in Romana Reſtitutionis fructuum 11. Iunii 1708. §. applicando cor. bo. me. Anſaldo.* 8 9

Ad hoc ergo, ut Venerabile Hoſpitale in malam fidem a Domino Aequite de Segnis conſtitueretur, ſatis non erat per ſimplicem litis conteſtationem, & petitionem in libello contentam laceſſiti, ſed neceſſe erat Litis conteſtationem a talium iurium productione firmari, ut ab iis potuiſſet inſtrui de ſuo non iure, ſeu de oppoſito iure dicti Domini Aequitis illum monentis, atque pulſantis, *Auguſt. Barboſ. in Leg. ſi fundum 17. num. 9. & in Leg. certum 22. num. fin. Cod de reivindicat. Redenaſc. conſ. 9. num. 170. Card. De Luc. de Fideicomm. diſc. 186. num. 3. & de Iudic. diſc. 7. n. 15. & 16. & diſc. 29. num. 14. & ſeq. Palm. alleg. 191. num. 64. Torr. var. iur. quæſt. tom. 2. tit. 2. in miſcell. part. 1. quæſt. 4. num. 17. & ſeq. Dexart. deciſ. Sardin. 10. num. 56. ad 65. Capyc. Latr. deciſ. 65. ex num. 4. ad 12. Rota in Romana Reſtitutionis fructuum 11. Iunii 1708. §. cæterum cor. bo me. Anſaldo.* 10

Ipſa ergo bona fides, qua Venerabile Hoſpitale ſemper credidit Prædium S. Sepulchri, ſecuta morte Domini Senatoris Alexandri de Segnis, ſibi remanſiſſe libetum, operatur, quod ſimplex litis conteſtatio documentorum auxilio deſtituta minime cauſet obligationem reſtitutionis fructuum, ſed poſſeſſorem etiam rei dominium non habentem capacem efficiat perceptionis fructuum, cum poſſeſſio unita bonæ fidei æquipatetur dominio *ad Text. in Leg. qui ſcit 25. §. 1. ff de uſuris* „ ibi „ *Porro bonæ fidei poſſeſſor in percipien-* „ *dis fructibus id iuris habet quod Dominis Prædiorum tributum eſt* „ *Leg. bonæ fidei 48. ff. de acquirend. rer. domin.* „ ibi „ *quia inquit* „ *quoad fructus attinet: loco Domini pene eſt* „ *& in Leg. 178. ff. de reg. iur.* illumque ad effectum reſtitutionis excuſetur, ut explicat *gloſſ.* 11

in Leg. fin. Cod. de uſur. & fruct. legat. verb conteſtationem „ ibi „ „ *niſi fuerit bonæ fidei poſſeſſor credens rem non fuiſſe legatam* „ & ibidem *Corn. & Salicet. Marian. Soccin. conſ.* 182. *ſub num.* 25. *verſ. vel etiam lib.* 2. *Peregr. de Fideicomm. art.* 49. *num.* 109. *verſ. quinta concluſio Petr. cod. tract. quæſt.* 15. *num.* 313. *in fin. Card. De Luc. cod. tit diſc.* 185. *num* 9 *&* 11. *diſc ſeq. num.* 2. *Rot. decis* 672. *n.* 5. *coram Dunozzett. Jun. & decis.* 189. *circa fin. part.* 7. *recentior. & in Romana Immiſſionis ſuper fructibus* 6. *Februarii* 1719. §. *poſito igitur eo am Illuſtriſſimo Almæ Urbis Gubernatore.*

Et quamvis pluribus in locis mentio fiat in corpore Iuris reſtitutionis fructuum faciendæ a die litis conteſtatæ, ut ſunt *Text. in Leg. item veniunt* 2. §. *petitam ff. de pet. hered. in Leg. ſed etſi Lege* 28. §. *ſi ante ff. eod. in Leg.* 3. *ff. de interd. in Leg nemo Cod de acquirend & retin. poſſeſſ. in Leg.* 2. *Cod. de fruct. & lit. expenſ. in Leg* 1. *Cod. de petit. hæredit. & in Leg. certum. Cod. de reivindicat.* & alibi quos enumerat, & refert *Fagnan. in cap. gravis num* 110. *& ſeq. de reſtitut ſpoliat.* tamen ibidem diſpoſita, & ſancita ſolum locum ſibi vindicant in caſu, quo ex litis conteſtatione Poſſeſſor conſtituatur in mala fide, & in clara ſui mali iuris, & iniuſtæ poſſeſſionis ſcientia, quam ſi vero, & perfecte per ſuas cauſas, & cum omnibus ſuis qualitatibus non acquirat, a refuſione fructuum excuſatur, deducto hoc ex verbis illis *ſcire, & agnoſcere*; quæ in dictis Textibus plerumque ſequuntur, quæque non timorem mali iuris, ſeu vacillationem, & trepidationem bonæ fidei in poſſeſſione, ſed certam, & indubitatam ſcientiam, & cognitionem indigitant, ut concordando *Text. in Leg. qui ſcit ff. de uſur.* cum *Lege bonæ fidei*
12 *ff. de acquirend. rer. domin.* diſtinguit *Garz. de expenſ. capit* 23. *n.* 17. *cum ſeq. & per Text. in Leg. ſed etſi* §. *quod autem ff. de petit. hæredit.* probat *Dexart. decis. Sardin.* 10. *num* 57. quod etiam firmat *num.* 64. explicando *Text. in Leg.* 2. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.* ubi ait quod diſpoſitio dictæ Legis per quam ſancitur, quod Poſſeſſor fructus exolvat ex eo tempore, ex quo re in iudicium deducta, ſcientiam malæ fidei poſſeſſionis accepit, importat, quod Poſſeſſor ad fructus reſtituendos adſtringi poteſt a die veræ, & perfectæ ſcientiæ ſui mali iuris, non autem a die litis conteſtatæ, cuius nullam Imperatores adiecerunt mentionem, quod facile, ſi in animo habuiſſent, præſtare potuiſſent.

Cæterum illud etiam urget, quod ſi mala fides impreſſa in Poſſeſſore per ſimplicem litis conteſtationem cauſaret controverſam reſtitutionem fructuum, data hypotheſi alicuius Cauſæ poſt primam litis conteſtationem deſertæ, ac deinde per alteram oblationem libelli noviter reintegratæ, fructus deberentur a die proximæ litis conteſtationis, quatenus ex illo tunc cœpiſſet in Reo mala fides,

&

& tamen reiecta *Borgnin. opin. in deciſ. 22. num. 35. part. 4.* contrarium tenuit per *gloſſ. in Leg. ſequitur §. fructus, & ibi Bartol. ad fin. ff. de uſueap. Tiraquell. de utroque retract. §. 15. gloſſ. 2. n. 17. & ſeq.* ubi concordant *Peregrin. de Fideicomm. art. 49. n. 139. Andreol. controv. part. 1. controv. 17. num. 9. Facbin. controv. iur. lib. 11. cap. 73.* 13

Quodſi, deficiente hac neceſſaria ſcientia mali iuris in Poſſeſſore, ad enervandam vim litis conteſtationis accedat cauſa iuxta litigandi, qua motus Poſſeſſor defenſionem rei, quam ſuam putat, inſimulque litis conteſtationem aſsumpſerit, a fructibus procul dubio erit magis, magiſque excuſandus, per talem ſiquidem iuſtam litigandi rationem liberatur Poſſeſſor a mora, ſive ea regularis, ſive irregularis ſit, quam etiam *Martinus in Leg. mora ff. de uſuris* vocat in perſona, & in re ſive ex lege, & conſequenter liberatur etiam a dolo, & a mala fide quæ plerumque moram per adminiculatam conteſtationis litis inductam ſolet comitari, ut explicat *Iaſ. in Leg. Properandum § ſin autem alterutra num. 8. & ibi Alexand. num. 17. Cod. de Indic. & per Text. in Leg. ſi quis ſolutioni ff. de uſur.* docet, & probat *Anton. Faber in rationabilibus ad Leg. verberatum §. ſi ſervus ff. de reivindicat. in verb. moram*, & poſt eum *Curt. iun. conſ. 6. num. 25. ad 27. Celſ. Bargagl. de dolo lib. 5. cap. 22. num. 9. Menoch. de arbitrar. iudic. conſ. 177. de Marin. reſolut. 92. num 6. & ſeq. lib. 2. Cancer. variar. reſolut. lib. 3 cap. 16. num. 74. & ſeq.* abſque eo quod autem Reus in mora ſit, & in mala fide, nulla ratio patitur, ut ad reſtitutionem fructuum condemnetur, quod eſt illa prædonis, & ſpoliatoris pœna, de qua fit mentio in *Leg. ſed etſi Lege §. ſi ante litem ff de petit. hæredit.* quæ tantum abeſt, ut probet, fructus a Poſſeſſore a die litis conteſtatæ deberi, ut potius doceat, quod ſi Poſſeſſor poſt moram litem prædoni equiparetur, videlicet conſtituatur in mala fide vera, & in mora regulari cum dolo condemnandus ſit ad refuſionem fructuum, quemadmodum prædo ipſe condemnatetur, quam tamen pœnam evitabit, ſi per errorem facti, vel iuris iuratus, & tutus excuſatione non inducente moram, & malam fidem iuſtam habuerit ſe defendendi rationem, ut explicando dictam Legem magiſtraliter explicavit *Dexart. deciſ. Sardin. 10. a num. 12. ad plures ſeq.* & in hunc modum conciliandam eſſe inextricabilem cæteroquin, & indiſſolubilem diſcordiam, & antinomiam, quæ reſultaret ex dicta *Lege ſed & ſi §. ſi ante ff. de petit. hereditat. & Leg. fructus ff. de reivindicat. & Leg. certum Cod. de reivindicat.* ex una parte & §. *quod autem, & §. ſcire dicta Leg. ſed & ſi, & Leg. ſi quis ſolutioni ff. de uſur. & Leg. qui ſcire ff. de reg. iur.* ex altera diſtinguit *Anton. Fab. in rational. ad Leg. ſi Procurator §. ult. ff. mandat.* ibidem firmans quod dicta- 14 15

rum legum ſanctiones, quæ Reum Poſſeſſorem ad fructus poſt litis conteſtationem perceptos videatur condemnare, in terminis habilibus ſunt accipiendæ, ut explicando dicto loco *Text. in Leg ſi quis ſolutioni ff. de uſur.* ubi habetur „ *dolo autem facere videtur*, „ *quod id quod poteſt reſtituere, non reſtituit* „ aic „ *nimirum ſi nul-* „ *lam ſatis iuſtam recuſandi cauſam habeas; ſupponendi enim ſemper* „ *ſunt, ut dici ſolet termini habiles, nequid abſurdi ſequatur* „ termini habiles autem ſunt, quod in litis conteſtatione eæ afferantur per actorem probationes, quæ illum velit, nolit, cogant ad cognoſcendam ſuæ poſſeſſionis iniuſtitiam, ut univerſæ quæſtionis nodum diſſolvendo, non minus docte, quam clare docuit *Faber. ad Leg. illud ff de petit. heredit.* „ ibi „ *non enim ob id ſolum, quod quis* „ *cum Actore litem conteſtatus eſt, ſtatim ſit certus de iure Actoris,* „ *ſed tunc demum cum Inſtrumenta litis producta, & teſtationes pu-* „ *blicatæ, & apertæ ſunt, interim vero ſit tantum dubius de iure ſuo* „ *quoniam ſicuti ſola ipſius negatio facit Actoris ius dubium propter* „ *incertam aleam, & eventum iudiciorum, ita & aſſertio Actoris non* „ *poteſt dubium non facere ius Poſſeſſoris, ſed quemadmodum dubitatio* „ *ſive facti, ſive iuris ſit, ignorantiam comitem habet, ita neque* „ *ſcientiam abſolute unquam inducit, nec proinde malam fidem, niſi* „ *ſecundum quid, & quodammodo per bonæ fidei negationem* „ idemque tenuit *Covarr var. reſolut. lib. 3. cap. 16 n. 74. & ſeqq. Surd. deciſ. 281. num. 8.*

Hæc autem ad abundantiam ſufficiant attuliſſe, vel pro conciliandis Textuum, & Authorum opinionibus, vel pro repellenda minus uſitata in hodiernis forenſibus controverſiis ſententia, quam tamen elapſis temporibus quamplures mordicus tutati ſunt: Cæterum Rota Romana, quæ prius fortaſſe ſenſerat iudicialem interpellationem in Reo poſſeſſore, cauſare malam fidem, vel veram, vel ſaltem præſumptam, & capacem obligationis reſuſionis fructuum; pluribus ab hinc annis magis ſe ſe accomodans æquitati, mitiorem amplexa eſt ſententiam per quam Reus poſſeſſor ad reſtitutionem fructuum compelli debet non a tempore motæ litis, ſed a tempore impreſſæ in eo malæ fidei per indubiam probationum exhibitionem, hinc non defendendo cervicoſe retentam primitus opinionem, ſed ſplendorem veritatis, ut eius mos eſt, ſequura a deciſis glorioſe recedendo, poſt plures idipſum firmantes deciſiones ſuperius indicatas,
16 funditus articulum examinavit, & conſtanter tenuit *in Romana Hereditatis de Lanuviis 6 Iulii 1695. §. cum enim coram Eminentiſſimo Scotto, & 28. Iunii 1697. §. confirmatione cor. bo. me. Anſaldo, & Romana Fideicommiſſi de Avila 13 Februarii 1696. §. ſiquidem cor. Pio, & in confirmatione 2. Maii 1698. §. inconcuſſum, & §. nec eſt cor. eodem, & in Romana Vineæ &c. ſeu Horti ſuper fructibus 29.*

Ia-

Ianuarii 1705. §. *in hunc autem cor. Eminentiſſimo Scotto, & in Romana Reſtitutionis fructuum* 11. *Iunii* 1708. §. *cæterum cor. Anſaldo, & in Reatina Fideicommiſſi de Severis* 8. *Martii* 1709. §. *enim vero, & 14. Iunii eiuſdem anni* §. *verum quia coram Molines, & in Romana Donationum ſuper fructibus* 24. *Iunii* 1710. §. *verum coram bo. me. Anſaldo, & in Reatina Fideicommiſſi de Severis ſuper fructibus* 30. *Ianuarii* 1711. §. *quo enim coram Illuſtriſſimo Almæ Urbis Gubernatore, & in Fanen. Reintegrationis ſuper fructibus* 2. *Maii* 1711. §. *Ex triplici cor. clar. me. Card. Priolo, & in Nepeſina Donationis* 9. *Maii eiuſdem anni* §. *quo vero coram Reverendiſſimo Decano, & in Montis Faliſci Immiſſionis ſuper fructibus* 2. *Iulii* 1711. §. 1. *coram Reverendiſſimo Criſpo, & in Fanen. Manutentionis ſuper datione in ſolutum quoad fructus* 29. *Ianuarii* 1712. §. *pro recta coram Revendiſs. Aldovrand. & in Reatina Fideicommiſſi de Severis ſuper fructibus* 22. *Iunii* 1712. §. *ad nonum, & §. non quidem & ſeq. cor. bo. me. Anſaldo, & in Peruſina Reintegrationis ſuper fructibus* 27. *Martii* 1713. § *Prætermiſſo cor. Illuſtriſſimo Almæ Urbis Gubernatore, & in Romana Immiſſionis ſuper fructibus* 3. *Februarii* 1716. §. 1. *cor. R P. D. Foſcaro, & in Romana Immiſſionis ſuper fructibus* 3. *Maii* 1716. §. *ex hoc coram Reverendiſſimo Criſpo* „ ibi „ *cum abſoluti iuris ſit in* „ *Iudiciis malam fidem non ab ipſa mota lite, ſed a die productionis* „ *ſcripturarum oriri, atque eius reſpectu non niſi ab eo tempore Poſ-* „ *ſeſſor ad fructuum reſtitutionem valeat compelli* „ *& in Spoletana Hæreditatis* 22. *Iunii* 1717. §. *nulla, & §. neque cor. Reverendiſſimo Criſpo, & in Romana Immiſſionis ſuper fructibus* 13. *Ianuarii* 1719. §. *ſolidis cor. Reverendiſs. Criſpo* „ ibi „ *Quapropter non niſi a præ-* „ *dicto anno* 1711. *condemnari poſſe ad fructuum reſtitutionem, ea ſua-* „ *dente ratione, quia Poſſeſſor non ab ipſa lite excitata, & revera ab* „ *effectiva iurium productione, unde inſtructus remanet de ſuo malo* „ *Iure malam fidem inducit ab eaque debitor conſtituitur fructuum quos* „ *interim percepit* „ *& in Faventina Fideicommiſſi ſuper fructibus* 17. *Iunii* 1721. §. *ſane coram Illuſtriſs. Falconerio, & in Firmana Commendæ ſuper fructibus* 27. *Februarii* 1722. §. *controverſorum, & §. productio cor. R. P. D. de Herrera* „ ibi „ *ratio definitionis Rotalis* „ *conſtituta unice extitit in Inſtrumento fundationis Commendæ, & in* „ *alio ratificationis, ac ſupplementi Dotis, quæ omnia cum dicto anno* „ 1685. *fuiſſent producta, ideo in dicto tempore in Reis conventis in-* „ *ducta remanſit mala fides reſultans ex certa ſcientia poſſidendi Bona* „ *ad Religionem pertinentia, & ad eam devoluta* „.

Quæ ſententia iuri, & æquitati conſona, & uniformis in Legum ſanctione fundata, & ſapientiſſimorum virorum authoritate fulcita, & a Rota Romana non excitanter arrepta, ſed ex rationibus, & cauſis convincentiſſimis propugnatorem non habuit *bo. me Anſaldo*

do in annot. ad decis. 98. ut ex adverso asseritur; sed sectatorem, ut videri potest ex authoritatibus, & decisionibus, quibus opinionem suam munitam enunciat, minusque verum est, quod idem Author sibi contrarius aliter firmaverit in *decis.* 59. quia eo loci talis articuli disputatio minime erat necessaria, stante Partis contumacia, quæ supponere fecit, vel ab initio documenta, in malam fidem constituentia, fuisse producta, vel Possessorem suum malum Ius agnovisse, & idcirco in Iudicium descendere neglexisse cum cæteroquin limitationem regulæ *num.* 1. firmatæ subiecerit postea in casu scilicet quo Reus intrepide negaret exposita, cuius oppositionis causa cogeretur Actor documenta clara, & indubitata producere, quæ ideo dicuntur indubiam, seu malam fidem Reum possessorem constituere, quia usque ad Causæ exitum sibi blandiri potest rem aliter se habere posse.

Minus itaque subsistens visum fuit fundamentum Domini Aequitis de Segnis fructus a die motæ litis vindicare satagentis a quo tamen Arma desumens pro reintegratione certaminis sese esse in casu factarum productionum a principio constituentium Reum in mala fide, & in certa scientia sui mali iuris, cum usque de anno 1705. exhibuerit fidem Baptismatis, ex qua colligebatur ipsum esse filium Ioannis Baptistæ de Segnis, cuius comprehensio in affictu in dubium non revocabatur, quæ Baptismatis fides cum in causæ prosecutione, & fine victoriam Domino Acquiri Actor contulerit, facere non potuit quia in Reo possessore excitaverit indubiam cognitionem occupationis rei ad ipsum non pertinentis, quod iuxta recentiorem super allaram opinionem Reum ad fructus male perceptos restituendos adstringit.

Verum hæc documentorum productio, quæ ad terminos iuris facta peperisset obligationem refundendi fructus, ad examen revocata inventa est minus habens, produxit namque Dominus Aeques Actor die 16. Septembris anni 1705. fidem sui Baptismatis, & nativitatis de anno 1668. sed cum vigeret adhuc altera fides pro eodem assumpto adstruendo producta coram Iudice Quarteriorum Sancti Spiritus, & Sanctæ Crucis, in qua Dominus Aeques asserebatur natus de anno 1672. & sic triennio post Patris obitum, Defensores excitavit ad intrepide refellendam prioris attestationis probationem, utpote elisam funditus, & labefactatam ab hac secunda, quæ sicuti præbuit ansam negandi filiationem Domini Aequitis Actoris, firmissimum etiam præstitit fundamentum bonæ fidei possessoris, fulcitum postea effectiva exhibitione secundi huius documenti ad instantiam Venerabilis Hospitalis producti in hoc Iudicio usque de anno 1707.

Non potuit itaque Venerabile Hospitale in conflictu duarum attestationum, a quarum una Dominus Aeques Actor, ab affictu re-

repellebatur, ab altera autem admittebatur, quænam vera, quænam eſſet falſa cognoſcere, unde in ſtatu huiuſmodi dubietatis, ſicuti expectanda erat utriuſque documenti recognitio, & reſcontratio, per quam falſitas unius, alterius veritas eluceſceret, credidit, & firmiſſime credidit, Prædium a ſe tamquam liberum poſſeſſum, non ad alium, quam ad ſe pertinere, multo enim magis tuxit fiduciam iuſtitiæ ſuæ poſſeſſionis fides falſa producta, unita eum titulo poſſidendi, dum ex ea ſuæ defenſionis intentionem iuvatam ſenſit, quam diminuerit fides vera, quæ oppoſita alteri diametraliter oppoſitæ, nullum paritura erat effectum, quatenus ex illa non otiebatur in Reo poſſeſſore illa cognitio vera, & perfecta per ſuas cauſas, & eum ſuis qualitatibus, per quam certus eſſet Poſſeſſor de ſuo non iure, quam requiri firmant authoritates ſuperius allegatæ, & in terminis *Capye. Latr. deciſ. 65. num.* 17. ubi firmat quod etiamſi Actor ſuas produxerit probationes, quæ a reſponſionibus Rei, vel aliunde remanſerint offuſcatæ, & licet, quod utique eſt fortius, Reus agnoverit rem poſeſſam alienam eſſe potuiſſe, tamen propter obmutilationem rationum contra oppoſitarum non eſſe deveniendum ad condemnationem in fructibus niſi a die qua dubietas, & obſcuritas omnium inter ſe pugnantium probationum explicata remanſit & declarata *bo. me Anjald. in addit. ad ſuas deciſiones deciſ. 98. n. 26. Rota in Romana Donationum ſuper fructibus 27. Maii 1710. §. hæc tamen cor. Reverendiſs. Archiepiſcopo Ravennaten.* 17 18

Quod quidem alia convincentiſſima fulcitur ratione alias enim Dominus Aeques, qui vigore documenti dubii, & controverſi obtinere minime potuit prætenſum affictum Prædii S. Sepulchri, quod eſt principalis res in comparitione, & libello petita, obtinere potuiſſet fructus, qui ſunt talis affictus acceſſiones, ut animadvertit *Rota in Romana Fidecommiſſi de Avila ſuper fructibus 2. Maii 1698. §. inconcuſſum cor. bo. me. Pio* „ ibi „ *quod quidem alia ulterius æque firmiſſima fulci-* „ *tur ratione, ut ſcilicet evitetur abſurdum quod obtineantur fructus* „ *ab illo, qui obtinere non valuit principale, cuius eiuſdem ſunt ac-* „ *ceſſiones* „. 19

Productarum autem atteſtationum diverſitas, talem, tantamque cauſavit ſui iuris fiduciam in Poſſeſſore ſe ſtipatum ſentiente nil minus validis documentis, ut Iudicem ipſum dubium, & ancipitem in conflictu ſe collidentium probationum, ſi non in ſuam tranſit ſententiam ab Advertarii petitione obſceundanda coercuit, quod ſatis illi fuerat ad Victoriam, & demum Actorem ipſum ex iuribus iam productis vincere non valentem coegit ad petendam productarum atteſtationum recognitionem quod præſtitit de anno 1707. Proc. Ven. Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Novæ a 86. in comparitione ſic ſe habente „ *Et bis ſalvis, ut de errore fidei Baptiſmatis*

anni

„ *anni* 1672. *& de veritate alterius anni* 1668. *exitari amplius non possit*, „ *& ut legitimentur omnia, & singula documenta ut supra exhibita Dominus* „ *Comparens petiit, & petit eadem recipi, & admitti eo modo, & forma, &* „ *prout in præsenti comparitione, & successive eidem concedi literas remissо-* „ *riales ad Civitatem Varsaviæ ad hoc ut non solum asculetur dictum do-* „ *cumentum continens in se dictas omnes attestationes, sed etiam extra-* „ *hatur ex libris Baptizatorum Ecclesiæ Varsaviæ Fides Baptismatis di-* „ *cti Comparentis, & rescontretur in dictis libris* „ ex quibus satis liquet quod bene noverat Dominus Aeques de Segnis documenta producta non esse in forma probanti, sed indigere ulteriori legitimatione, deducto hoc ex verbis illis „ *& ut legitimentur omnia, &* „ *singula documenta ut supra exhibita* „ Et insuper quod bene noverat dubietatem, quam causare potetant duo inter se pugnantia documenta, & in ipso Iudicis animo, & in ipso Reo possessore, cuius abigendæ desiderio motus rescontrationem, & recognitionem petiit omnino una cum iudiciali productione scripturæ in forensibus controversiis necessariam, *Rot. decis* 47. *num* 5. *&* 6. *part.* 19.
20 *recent.* qua deficiente iam usque de illo tempore prævidebat impossibile esse, Iudicem ad favorabilem sententiam adducere, ac propterea etiam ex ipsius Actoris mente non erat attendendum tempus productionis documenti involventis obscuritatem, & dubium, vigore cuius agnoscebat Reum minime succumbere potuisse, sed tempus exhibitæ recognitionis attestationum, quæ victoriam Causæ dedit, a quo tempore mensuratur mala fides Possessoris, ut articulum elu-
21 cidando declaravit *bo. me. Ansald. in addit. ad decis.* 98. *num.* 26. „ ibi „ *hinc proinde si iura prius producta non erant ex se sufficien-* „ *tia ad obtinendam victoriam pro causanda in Reo mala fide, obli-* „ *gatio restituendi fructus incipit dumtaxat a die secundæ, tertiæ,* „ *vel quartæ productionis, & in substantia a die qua fuerunt produ-* „ *cta iura necessaria Actori pro consequenda victoria, quæve idcir-* „ *co erant productiva veræ malæ fidei* „ idemque firmavit *Rota in Romana Fideicommissi de Avila super fructibus* 13. *Februarii* 1696. *&* 2. *Maii* 1698. *cor. bo. me Pio, & in Romana Donationum super fructibus* 24 *Iunii* 1710. § *verum, &* §. *nec tamen cor. Reverendissimo Archiepiscopo Ravennaten. & in Romana Immissionis super fructibus* 30. *Martii* 1716. §. *replicatione coram eod.* „ ibi „ *quoties* „ *igitur succumbentia Marchionissæ Zeccadoræ non ab antiquis sed a* „ *postremis iuribus productis provenit in dimetienda origine malæ fi-* „ *dei pro fructuum restitutione, non tempus introducti litigii debet at-* „ *tendi, sed illud productionis iurium, quæ victoriæ causam dederunt* „.

Quod adeo verum est, ut etiamsi Actor effectivam documentorum exhibitionem, negligendo ea tantummodo in libello litis initiativo, indicaverit enunciando ex. gr. Testamentum cum adnotatione

Con-

Conſulis, anni, & Notarii facilitando poſſeſſori viam recognoſcendi ex locis indicatis ſuæ poſſeſſionis iniuſtitiam, tamen quia talis indicatio non inducit neceſſitatem coactivam in Poſſeſſore reſcontrandi documenta enunciata, illiſque tamquam extra mundum exiſtentibus, & ad pompam indigitatis fidem adhibendi, neque eum valet obligare ad reſtitutionem fructuum a diæ factæ indicationis advertunt *Marant. in prax. iudiciaria part. 6. art. 8. num. 35. Vant. de nullit. ex defect. citat n. 55. Veſtr. prax. lib. 6. cap. 1. n. 7. Gratian. diſcept. for. 121. n. 23. Poſth. de manut. obſerv. 97. n. 2. & n. 16. verſ. itaut Rot. deciſ. 285 n. 1. & ſeq. part. 4. recent. & deciſ. 125. num. 9. coram Dunozzett. iun. & in Romana Reſtitutionis fructuum* 11. *Iunii* 1708. §. *certe cor. bo. me. Anſaldo*. 22

Si autem hæc procedunt in caſu factæ indicationis, qua mediante Reus de per ſe facile, & luculenter poteſt acquirere cognitionem ſui mali iuris, fortius idipſum locum ſi vindicabit quoties iura producta non ſolum ſunt turbida, dubia, & obſcura, ſed etiam ſibimetipſis contraria, ut potius præbeant fundamentum, haud temere credendi falſitatem, quia non ſolum falſitas urget in eo qui in aliquo actu fuit falſus *Rota in Romana Immiſſionis 2. Decembris* 1716. §. *ex cor. bo. me. Anſaldo*. Verum etiam quia ex ipſa productione erronea magis videtur fovere Reus poſſeſſor ignorantiam iniuſtitiæ ſuæ poſſeſſionis, quam ex ſimplici indicatione documenti veri, cum error facti prudentiſſimos quoque decipiat ad *Text. in Leg. 2 ff. de iur & fact. ignorant. de Marin. reſolut. 92. num. 10. lib 2. Samminiat. controv 144. num. 22. & ſeq. Card. De Luc. de credit. diſc. 140. num. 7.* 23 24

Immo cum talis facti error originem traxerit a neceſſaria falſitate unius ex productis Baptiſmatis atteſtationibus, cuius ſolum timor, & ſuſpicio pro falſitate habetur, *Rota deciſ. 236. num. 9. part. 15. & deciſ. 555. num. 8. part. 18. recent. & in Mantiſſ. ad De Luc. lib. 2. deciſ. 11. num. 6. in mater. de regal. & in Faventina Immiſſionis 17. Martii* 1710. § *præmiſſa cor. bo. me. Lancetta*, ſufficientem præbuit rationem pro repellendo a Iudicio Actore *Rota in Mantiſs. poſt De Luc. lib. 16. ſuper conflict. legal. deciſ. 14. num. 8. & in Neapolitana, ſeu Romana Immiſſionis 20. Novembris 1716. §. fin. cor. bo. me. Anſaldo*. In actu enim ipſo, quo veritas inquiritur, vel per contrarias in iure opiniones, vel per oppoſita in facto documenta obnubilata, & latens ſuſpenditur virtus omnis ab homine, vel a lege Teſtamentis adiecta, nec ullum operari valet effectum, niſi veritate clare, & dilucide patefacta, ut in materia probandæ deſcendentiæ, & perſonæ legitimandæ poſt plures relatos firmavit *Illuſtriſſimus Dominus meus Audit. Neri Badia in Piſana ſeu Romana Fideicommiſſi de Ceolis 19. Iulii 1697. relat. per Palm. inter ſuas deciſiones 305. num. 4. & ſeq.* 25 26 27

At

At ſi Poſſeſſor in bona fide titubaverit per petitionem Rei a ſe poſſeſſæ iudicialiter factam confirmatus procul dubio remanſit ob acquieſcentiam tot annorum, quorum ſpatio ſiluit Dominus Aeques nullam afferendo controverſarum atteſtationum recognitionem, ex qua taciturnitate licet ex variis contingentiis originem trahente, potuit Venerabile Hoſpitale ſibi blandiri reſpectu ſui bonum ius fovere, reſpectu vero Actoris illum in ſuis probationibus defeciſſe;
28 Quæ circumſtantia longæque acquieſcentiæ ad peculiarem effectum confirmandæ in Reo poſſeſſore bonæ fidei conſiderata fuit per *Card. De Luc. de Fideicomm. diſc. 186. num. 14. & de Iudic. diſc. 39 n. 13. verſic. adeoque Torr. variar. iur. quæſt. lib. 2. fol. 455. num. 14. Rot decis. 1188. num. 5. cor. Emerix. iun. & decis 687. num. 14. cor. Merlin dec. 226 num. 3. part. 18. recent. in Mantiſſ. ad De Luc. decis. 17. num. 2. de iudic.*

Nullum faceſſente negotium replicatione, quod licet poſt longum temporis ſpatium ſupervenerit recognitio contrariatum atteſtationum, tandem reperta fuerit vera fides illa, quam Dominus Aeques uſque de anno 1705. pro comprobatione ſuæ intentionis adduxerat, ac proinde cum documento, quod victoriam Cauſæ præbuit, ab initio cœperit mala fides in Poſſeſſore, & obligatio reſtituendi fructus perceptos; ſiquidem non ipſa productio atteſtationis,
29 ſed productio recognitionis eiuſdem totum contulit ad victoriam, quia cum ex primo documento Dominus Aeques complere non potuiſſet extremum omnino neceſſarium legitimationis ſuæ perſonæ, ad quod quilibet ad Iudicium provocans adſtringitur *Ridolphin. in*
30 *prax. part. 1. cap. 5. num. 24. & 35. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 443. Conſtant. ad Statut. Urb. tom. 1. cap. 88. art. 2. num. 126. & ſeq. Poſtb. de manut obſerv. 87. num 2. & ſeq. Paluce. differt. 28. num. 77. & ſeq. Pacion. allegat. 189. n. 1. & ſeq. Rot. decis. 223. num. 3. cor. Ludov. decis. 337. num. 20. cor. Buratt. & decis. 76. num. 6. poſt Zacch. de obligat. cameral. decis. 535. num. 1. & ſeq. part 14. & decis. 310. num. 2. & 3. part. 17. recent.* ſicuti ex illo tunc iure merito repelli poterat a Iudicio per legitimationis
31 exceptionem, quæ eſt pluſquam iuris defectus ad *Text. in Leg. 2.*
32 §. 1. *ff. qui ſatiſd cogan. Ruin. in Leg. nemo poteſt ff. de legat. 1. Alexan conſ. 54. num. 2. lib. 2. Poſth. reſolut. 68. num. 11. Altim. de nullit. rubr. 11. quæſt. 1. num. 43. Virgil. de legitim. perſonæ in prælud. num. 7. Rot. Florent. penes Palm. decis. 305. num 8. & ſeq. tom. 4 ubi concordantes* Immo ſicuti ſententia ipſa nullitatis vitio laboraſſet non facta per Actorem legirimatione ſuæ perſonæ a Reo poſſeſſore ſpecialirer requiſita, ut advertit *Rota decis. 2. num. 24.*
33 *part. 14. recent.* ita ſi defectum hunc ſanando per ſuæ perſonæ legitimationem victoriam Cauſæ reportavit, novæ recognitionis exhibitioni

bitioni tribuendum venit, quæ productio novi, & poſterioris documenti validi nequit retrotrahi ad diem litis inchoatæ per exhibitionem libelli neceſsariis documentis, & probationibus deſtituti, ne Iure legitime competenti præiudicium inferatur poſſeſſori in fructuum perceptione, ut occurrens obiecto reſpondit *Rota dec.* 32. *num.* 4. *& ſeq. cor. Ubag. & in Romana Hæreditatis de Lancifis* 6. *Iunii* 1695. §. *retrotractio cor. Eminentiſs. Scotto*, quæ eſt in *Mantiſs. dec.* 17. *de iudic. & in Romana Fideicommiſſi de Avila* 13. *Februarii* 1696. §. *ſinal. & in confirmatoria* 2. *Maii* 1698. §. *nec eſt eui replicetur cor. bo. me. Pio*, idemque innuit in *Romana Donationis ſuper fructibus* 24. *Iunii* 1710. §. *hæc tamen cor. Criſpo*. 34

Taliter autem ſupetius firmata procedunt, ut ſi Reus poſſeſſor Inſtantia obtinuerit, ſuccubuerit vero in Iudicio reſtitutionis in integrum, in quo regulariter condemnandus eſset ad fructus a die factæ exhibitionis Inſtrumenti validi, etiam in prima Inſtantia per Actorem producti, tamen ſi productio facta fuerit in ſecundo Iudicio, tempus reſtitutionis fructuum dimetiendum erit a novis iuribus, a quibus motus Iudex Reſtitutionem in integrum concedendam eſse putavit ad firmata per *Rota in Romana Immiſſionis ſuper fructibus* 13. *Iunii* 1719. §. *ſolidis cor. Reverendiſſimo Criſpo*. 35

Ex his autem omnibus emergebat, quod continuatio bonæ fidei in Poſſeſſore non proveniebat a iure, ſive a iuris errore quo deceptus Reus bonum ius fovere exiſtimaſſet, ſed procedebat a facto omnino concludenter per Actorem elucidando, & in quo cum univerſum ſuæ intentionis fundamentum conſiſteret, legitimationem videlicet propriæ perſonæ contra Venerabile Hoſpitale agere volentis neceſsarium erat conſtitui in ſtatu, in quo per contrarias facti exceptiones labefactari non potuiſset, & quarum inſubſiſtentiam, vel validitatem a ſe cæteroquin promotam, & deſideratam Reus ipſe per ſe non potuiſset agnoſcere, quod in errore iuris non eveniſset, quia in eo per librorum aperitionem Peritiores conſulendo, ſtatim de proprio malo iure fuiſset inſtructus, & in mala fide ſuæ poſſeſſionis conſtitutus, quemadmodum unum ab altero caſu diſtinguendo firmavit *Rot. deciſ.* 220. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* 36

Hinc locum ſibi non vindicant in præſenti Cauſa ea quæ exadverſo in hoc propoſito adducebantur per Defenſores Domini Aequitis patificantes noſtram quæſtionem caſui; quo Teſtamento producto plures ex eo articuli iuris excitarentur contra agentem ad Fideicommiſſum, videlicet, an filii in conditione poſiti cenſeantur diſpoſitive vocati, an adeſset reciproca tacita linearis, vel alii conſimiles, qui licet dubium litis eventum, mediante Iudicis pronunciatione, expectent, tamen Reus poteſt per ſe ipſum, vel per peritos de malo iure ſuæ poſſeſſionis inſtrui, & edoceri, & nihilo

tamen minus etiam in casu dubii articuli Iuris excusatur a fru-
37 ctuum restitutione per *Text. in Leg. & si Lege* §. *scire ff. de petit. heredit.* ubi loquendo Iurisconsultus de eo, qui se fundabat in Testamento invalido, quod validum reputabat ait „ *non puto hunc Prædonem qui dolo caret, licet erret in iure* „ ex quo consequentiam trahit *Curt. iun. conf. 6. a num. 25. ad 27.* ubi ait quod Texius firmat, errantem in iure lucrari fructus *de Marin. resolut. 92. n. 9. & 10. lib. 2. Socein. conf. 58 num. 9. Bertaz. conf. civil. 25. n. 10. Surd. decis. 281. num. 7. ibique Hodiern. num. 13.*

At quando non articulus iuris discutitur, neque legalis controversia promovetur ex librorum aperitione enucleanda, & dirimenda, sed sola quæstio versatur in facto, & in facto non elucidando in litis prosecutione, aut in fine, & in quo insudare debeat Iudicis ingenium vel operari eiusdem arbitrium, sed clare, & indistincte, asserendo in ipso præliminari Iudicis, in quo Iudicis ingenium, & arbitrium, Peritorum consilium, aperitio librorum nil prorsus conferre, & præstare possunt, tum demum intrant termini
38 excusationis a fructibus, ut in casu testamenti prioris per posterius revocati, firmavit *Rota in Romana Fideicommissi de Avila super fructibus 13. Februarii 1696. §. siquidem, & seq. cor. bo. me. Pio, & in confirmatoria 2. Maii 1698. §. Nec est cui replicetur cor. eod. & prius in Romana Emphyteusis 2. Iunii 1680. cor. bo. me. Molines, & in Bononien. Fideicommissi de Spiritis 6. Iunii 1689. §. eodem vero cor. Beninecasa*, & in terminis generalibus productionis iurium inter se pugnantium, & contrariorum, *Rota in Romana Donationum super fructibus 24 Iunii 1710. § Hæc tamen cor. Reverendissimo Archiepiscopo Ravennaten.* „ ibi „ *hæc tamen licet urgentia possent diudicari, „ in præsenti tamen nullatenus prodesse fuerunt reperta, huiusmodi e- „ nim obiectum excitari quodammodo posse in illis Iudiciis, in quibus „ exhibitis diversis iuribus per Actorem non tam sub litis initio, quam „ in illius successivo progressu Iudex noviter productis non vero anti- „ quis iuribus innixus, sententiam illius favore promulgaverit, tum „ sane quia succumbentia Rei conventi a posthumis iuribus, non ve- „ ro ab antiquis promanat mala illius fides & iisdem novis iuribus „ cum quibus succubuerit, non vero a prioribus, cum quibus fortasse „ non succubuisset limitanda veniret pro regulando tempore restitutionis „ in integrum „.*

Cæteræ autem difficultates subsidiariæ per strenuos Domini Aequitis Defensores promotæ, quamvis in abstracto omnem iuris assistentiam præseferant in concreto autem agnitæ fuerunt extrancæ, nec adaptabiles terminis hodiernæ controversiæ. Non quidem illa in eo residens, quod Dominus Aeques de Segnis in libello litis initiato contra Venerabile Hospitale Sanctæ Mariæ Novæ opem Iudicis

non

non imploraverit pro aſſequendo Prædio Sancii Sepulchri, & conſecutive fructus ex eodem Prædio percipiendo, ſed inſtanter renovationem affectus talis Prædii expetierit, intentando actionem ad factum talis renovationis, quo in Iudicio fructus ab initio debentur, non quidem ratione fructuum, ſed ratione damnorum, & intereſſe ad celebrem *Text. in Leg. ſi fundum* 114. *ff. de verbor. obligat.* ſemoto etiam examine bonæ fidei in poſſeſſore reſidentis, quæ incapax eſſet ad excuſandum a fructibus debitis, tamquam damnis, & Intereſſe ob illam legalem ſurrogationem eorumdem damnorum loco adimplementi ad factum per Actorem expetiti, quo in caſu ipſi fructus non iam in conſequentiam principalis rei in Iudicio conrentæ, & requiſitæ, quo loci intrarent termini bonæ, vel malæ fidei, ſed tamquam ſors, & negotium principale petuntur, ut diſtinguendo unum ab altero caſu dixit *Ridolph. in prax. Iudic. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 61. *Fagnan. in cap. gravius num.* 123. *& ſeq. de reſtitut. ſpoliat. Spad. conſ.* 105. *num.* 1. *lib.* 2. *Covarr. variar. reſolut. part.* 3. *cap.* 16. *num.* 97. *Gratian. diſcept. forenſ.* 206. *num.* 18. *& ſeq. Card. de Luc. de alienat. diſc.* 12. *num.* 19. *& ſeq. Rota in Mantiſs. ad De Luc. ſuper tract. de ſtat. ſucceſſ. deciſ.* 10. *n.* 9. 39

Tale enim obiectum tantum abeſt ut ſubſidiariam opem Domino Aequiti afferre potuerit, ut potius firmiores rationes pro illo limitantes labefactaverit, quandoquidem ſi fructus loco damnorum, & intereſſe deberi pro non facto, contenderetur, iam locum minime ſibi vindicarent potiſſima fundamenta Actoris arguere ſatagentis malam fidem in Poſſeſſore, ac proinde vana fuiſſet, & extranea examinatio funditus agitatæ quæſtionis an fructus a die motæ litis, vel a die factarum probationum deberentur, cum natura huius particularis Iudicii ſpernat argumenta militantia pro aſſecuratione fructuum venientium in conſequentiam ſubiecti principaliter expetiti, qualia ea eſſent quæ a mala fide Poſſeſſoris derivarent, ut ultra ſupetius relatos firmarunt *Adden. ad Buratt. deciſ.* 284. *litt. A Rota* 40 *deciſ.* 585. *& deciſ.* 663. *cor. Merlin. & dec.* 245. *& dec.* 256. *cor. Bich & deciſ.* 286. *num.* 4. *part.* 14. *& deciſ.* 265. *num.* 12. *part.* 17. *& deciſ.* 318. *num.* 6. *part.* 19. *recent. & in Bononien. Evictionis ſuper fructibus* 10. *Martii* 1698. §. *proinde cor. bo. me. Molines.*

Verum duplici etiam reſponſione removeri videbatur obiectum. Primo quia ad effectum conſiderandi fructus, ut ſubiectum principale petitionis Domini Aequitis de Segnis, haud multum conferebat eius principalis comparitio, qua non penſiones exigendæ ex Prædio ſibi ex teſtamentaria diſpoſitione quondam Franciſci de Segnis ſub exigua reſponſione locando ſed ipſum Prædium in affectum concedi ad tramites prædicti Teſtamenti contendebatur; quæ duæ res valde inter ſe differunt, ex petitis enim penſionibus, an-

nuisque responsionibus simpliciter; iam pensiones, ipsæ loco capitalis habentur, & a die motæ litis, immo ante motam etiam controversiam absque hæsitatione debentur, quod procedit si annui legati, & præstationes annuæ, vel termini pensionum decursi petantur, ut advertit *Fagnan. in d. cap. gravis num. 125. de restitution. spoliat. Cancer. var. resol. part. 2. cap. 1. num. 280. Roder. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 13. num. 42. Card. de Luc. de alienat. disc. 12. num 20. Rovit. decis 9. num. 24. 29. Fontanell. decis. 205. num. 5. Franc decis. 254. num. 12. Rot. decis. 61. num. 9. cor. Celsi. decis. 295. num. 7. cor. Priol. decis. 585. num. 4. & seq. & dec. 663. n. 21. & seq. cor. Merlin. & in Mantiss. de statut. success. decis. 10. num. 11. & seq.* & late in *Florentina Pensionis 12. Ianuarii 1699. §. cum enim & per tot. cor. dell' Olmo.*

At quando petitur Prædium sibi locari, seu ius in Prædio aliquo, iam fructus ex ipso percipiendi locationis, seu conductionis iure ab ipso dependent, nec considerari valent veluti quid principale utpote non existente incerti, & non decursi, sed consequuntur Prædium ipsum veluti quid accessorium principalis petitionis in prædio ipso substantiatæ, & si manifestetur iudicialiter insubsistentia tituli in Reo possessore a tempore quo superaccessit mala fides, fructus
42 sunt restituendi *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 45. n. 36. Franc. de intruf. quæst. 59 num. 23. Rot. decis. 369. num. 12. & seq. cor. Cozcin. & decis. 98. num. 10. & 11. coram Ansald. & ante num. 6. & seq.* ubi magistraliter materia examinatur.

Secundo quia insistendo etiam in præcisa ratione oriente ex actione ad factum, per quam fructus loco damnorum, & interesse subrogantur sub diversa terminorum expressione consimilium circum-
43 stantiarum interventus exigitur quia licuti iuxta sanctionem *Text. in Leg si fundum 114. ff. de verb. obligat.* interesse debetur ex mora, mora ipsa non contrahitur nisi eam comitetur dolus promanans a certa, & indubitata scientia residente in Possessore suæ obligatio-
44 nis ad factum, per quam nullam habeat litigandi rationem, ut innuimus supra §. *quod si*, in nostra aurem hypothesi in qua abetat dolus, seu mala fides in Possessore, & consequenter conueniebat iusta se defendendi, & Domini Aequitis Actoris petitionem retundendi causa, ob non iustificatum ab illo suæ legitimarionis extremum, mora proeul dubio contracta nequaquam dici potuit, ac pro-
45 pterea neque intrabat obligatio ad interesse ad *Text. in Leg. si quis solutioni 24. ff. de usur.* „ ibi „ *si quis solutioni quidem moram fe-* „ *cit iudicium autem accipere paratus fuit, non feciſſe videtur moram* „ *utique si iuste ad iudicium provocavit* „ *& in Leg. 1. Cod. de u-* „ *sur. & fruct. & rei legat. Leg. 2. Cod. eod. Leg. fideicomm. & Leg. sciendum ff. de usur. & gloss. in Leg. quod si verb. detrimentum ff. si*

cert.

cert. pert. & gloſſ. in Leg. in hac verſ. nec illud placet ff de condit. triſtic. Dec in d. Leg. quod te num. 5. Aretin. conſ. 150. n 9. verſ. 44
quinimmo Burſatt. conſ. 142. num. 31. de Marin. reſolut. 92. num. 6. lib. 2. ubi concordantes, & ſignanter num. 8. Maur de ſolut. quæſt. 63. per tot. Staiban. de intereſſe lib. 1. quæſt. 19. num. 15. & 16. Excobar. de ratiocin. cap 17. num. 34. Cancer. var. reſolut. lib. 3. cap. 16. num. 70. & ſeq. Gob. conſult. deciſiv. 14. num. 75. & ſeq. & num. 106 & ſeq. Ciriac. controv. 374. num. 23. Tranchedin conſultat. 102. num. 4. Magon. deciſ. 69. num. 21. Palm. deciſ. 37. n. 1. & ſeq. Rot. deciſ. 110. num. 16. coram Cerro & deciſ. 185. num. 21. & ſeq. coram Bich. quoties enim Debitor non eſt certus de ſua obligatione, incertitudine, ſive iuris, ſive temporis, ſive facti, & ratione eiuſdem retardet implementum facti, numquam dici poteſt in mora, & excuſatur a refectione damni, & intereſſe, ut bene
profequitur *Gob. d. conſ. 14. num 78.* ubi concordantes, *& Rota* 46
in Romana Cambiorum 26. Martii 1700. §. quotics cor. Muto impreſſ. penes Palm deciſ. 372. tom. 4. ſive talis prætenſio excitetur ob lucrum ceſſans vel ratione damni emergentis, ut notat *Covarr var. reſolut. lib. 3. cap. 4. Scaec. de commerc. §. 1. cap 2. quæſt. 7. ampliat. 8. num. 100. Conciol. allegat. 54. num. 34. allegat. 55. num.* 47
54. Staiban. de intereſſ. quæſt. 21. num. 203. Cardin. De Luc. de uſur. diſc. 34. num. 4. Palm. conſ. 29. num. 8. Gob conſult. deciſiv. 14. num. 61. Thomat. deciſ. 88. num. 56 Larr. deciſ. 34. num. 26. Rot. deciſ. 345. in fin. cor Cavaler. & deciſ. 88 num. 14. & deciſ. 91. num. 15. poſt Bonden. collectat legal. & etiam ſi Partes in eo
ſpecialiter conſenſerint, quod intereſſe debeatur, tunc enim minus 48
probabili relecta ſententia motam eſſe neceſſariam dixerunt *Aret. conſ. 156. in fin. Honded. conſil. 50. num. 42. lib. 1. Dec. conſ. 2. num. 3. Leotard. de uſur. quæſt. 71. num. 19. Conciol d allegat 56. num. 52. Thomat. d. deciſ. 88 num. 57. Larr. d. dec. 37. num. 26. Rota deciſ. 1427 num. 3. per tot. cor. Seraph. & deciſ. 342. & 343. per tot. poſt Cenc. de cenſib. & deciſ. 90. num. 3. part. 2. diverſ.*

Nec ad augendam difficultatem vim facere potuit oppoſita locupletatio Venetabilis Hoſpitalis, per quam ſicuti minus æqua, & irrationabilis videretur fructuum acquiſitio, ita eſt in cauſa cur apponi ſoleat pro limitatione regulæ denegantis reſtitutionem fructuum, ea præcipue ratione; quia in Hoſpitali per probatiſſimum, & integerrimum Hoſpitalarium, eiuſque miniſtros gubernato, ſemper ſupponitur, quod fructus illi qui ex non ſuis rebus etiam bona fide fuerunt percepti, & ad introitum Hoſpitalis fideliter appoſiti, in utilitatem Loci Pii fuerunt impliciti, in patrimonium Hoſpitalis ingreſſi, vel in neceſſariis impenſis erogati, vel demum ad commodum, & lucrum inveſtiti, ac proinde intrant termini lo-

cupletationis, & confectariæ, etiam ſemota mala fide reſtitutionis
49 fructuum, quemadmodum diſtinguendo tradunt *Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 10. num. 65. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 55. num. 112, Rot. deciſ. 172. num. 5. cor. Dunozzett. iun & deciſ. 98 num 32. cor. Anſald. & deciſ. 10. in Mantiſſ. ad De Luc. de ſtatut. ſucceſſ. num 8. deciſ 146. n. 17. part. 18. recent. & poſt Urceol. de tranſact. deciſ 80. num. 10. verſ. a Poſſeſſore in addit.*

Hæc enim concluſio ſuas patitur difficultates; nam quamvis deſcendat a ſanctione *Text. in Leg. item veniunt §. præter hæc ff. de petit hered. Leg. ſed & ſi Lege §. idem ſi rem Leg. ſi. idem, & pretium ff. eodem Leg. nam hoc natura ff. de condit. indeb.* per quam Poſſeſſor conveniri poteſt conditione ſine cauſa ex æquitate quatenus factus eſt locupletior vel ex re aliena, vel ex re alteri debita, ut docuerunt Anteſignani in hac ſententia *Bart. in Leg ex diverſo num. 6. & 7. ff. de re iudic. Anton. de But. in cap gravis n. 12. & Abbas ibidem n. 6. de reſtitut. ſpoliat.* tamen hæc opinio non
50 univerſorum DD. calculo comprobatur, quatenus communior reputata fuit ſententia *Azzonis, & Accurſii in d. Leg & ex diverſo ff. de rei vindic ubi ex textu in §. ſi quis a non Domino inſtit. de rer. diviſ.* qui docuerant, Poſſeſſorem quamcumvis locupletiorem factum, & fructuum perceptorem, illis conſumptis, ad refuſionem quaquam adſtringi poſſe, ſed eoſdem pro cultura, & cura luerari, ut relatis pluribus habetur *penes Fagnan. in d. cap. gravis num. 60. de reſtitut ſpoliat.* maxime interveniente bona fide, quæ perceptorem fructuum a reſtitutione eorumdem ſalvet §. *ſi quis a non Domino ubi gloſſ. verb. non poteſt inſtit. de rer. diviſ.* §. *Et ſi hæreditas verſ. ſi vero inſtit. de offic Iudic. Leg. certum*, & ibi *gloſſ. in Leg. ex diverſo verſ. de conſumpt. ff eod. Cuman. conſ.* 110. *num.* 4. *de Marin. reſolut* 92. *num.* 10. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 394. *num* 2. *par.* 2. *recent.*

Tamen huius quæſtionis examine appoſite declinato, obiectata locuplerario minime adaptari poterat caſui controverſo; verum ſiquidem eſt, quod in libris Venerabilis Hoſpitalis cura, & ſolertia Miniſtrorum adnotatæ quotannis repeeiuntur partitæ pecuniarum ex affictu Prædii Sancti Sepulchri receptarum, ſed hæc eſt nota fidelitatis Miniſtri non argumentum locupletationis Hoſpitalis, ut ar-
51 guebatur ex *Urceol in addit. ad deciſ.* 80. *num.* 10. *verſ. a Poſſeſſore poſt tract. de tranſact.* quæ quidem locupletatio non eſt perceptibilis in Loco Pio, qui quorquot habet reddirus non aſſervat, vel ineſactos penes Camerarios Montium, vel alios Miniſtros relinquit, quod ſi præſtitiſſet, non ad ſui utilitatem, & commodum
52 ſed domini Acquitis Actoris aſseruaſset, ut firmavit *Rot. dec.* 492. *fere per tot. coram Coccin & deciſ.* 232. *num* 6 *& per tot. part.* 8. *recent. Anſald. in addit. ad deciſ.* 98. *num.* 24. ſed eoſdem erogat

in

in uſus pio inſtituto conformes, vel in incrementum pii operis, quæ ſunt illæ expenſæ lautioris, & magis amplæ ſubſtentationis loco, & inſtituto accomodatæ ac convenientes, huiuſque indolis ſunt illæ, quæ ſtatis temporibus, menſe videlicet Maio, & Septembri erogantur in potionibus ſalutaribus, ad quas nullo interveniente obligationis vinculo recipiuntur Viri, & Mulieres innumeræ, quæ procul dubio per providos Miniſtros nequaquam, vel ſaltem in minori numero admitterentur, ſi deterioris fieri poſſet conditionis Venerabile Hoſpitale, aut ſi non haberet quid in tali opere impenderet; unde potius excluſa limitatione, intrat concluſio ipſa principalis, quod non aucto per fructuum perceptionem Hoſpitalis Patrimonio, neque minime affecto locupletiore, quod cæteroquin in Hoſpitali eroganti ſubſtantias ſuas univerſas in pauperum beneficio, ſupponi 53
non poteſt, uti, nec argui valet in aliis niſi probetur *Fagnan. in cap. gravis num. 55. de reſtit. ſpoliat. ubi late concordantes*, minime intret reſtitutio fructuum.

Eiuſdem irrelevantiæ apparuit argumentum ex qualitate legati, cuius dominium cum recta via tranſeat in Legatarium poſt mortem Teſtatoris, operatur quoque ut fructus debeantur ab initio, nam licet particulariter relictum fuerit Prædium Venerabili Hoſpitali Sanctæ Mariæ Novæ, & ſic pertranſierit nullo hominis facto, ſed mero legis miniſterio dominium ipſum recta via in prædicto Hoſpitali, a quo ex lege teſtamentaria locandum erat uni ex familia de Segnis, dominium tamen numquam cum locatione tranſire potuit in conductorem, ſed ſemper perſeverare debuit penes Venerabile Hoſpitale, cui proinde ratione dominii fructus debebantur, non Domino Aequiti de Segnis, qui non iuris miniſterio conductione prædii frui poterat in ſimplicibus legatis, ſed mediante traditione, & conſtitutione hæredis *Part. in Leg. 1. ff. de legat. 1. &* 54
Rip. in d. Leg. num. 33. Iaſon. ibidem num. 85. Vinn. commun. opin. tom. 2. verb. de legat. tit 26. num 7. Craſſ. de ſucceſſ. §. legatum quæſt. 69. num. 2. Soccin. conſ. 41. num. 25. Rot. deciſ. 189. num. 22. & ſeq. part. 7. recent.

Et quamvis dubitari non contigerit de qualitate ſimplicis, & puri legati, ex cuius indole dominium tranſiret ipſo iure in Dom. Aequitem de Segnis, ac proinde una cum dominio fructus ab initio eidem deberentur, tamen ſubalterne inſpiciendum eſſet utrum fideicommiſſum clarum eſſet, nullamque in iure, vel in facto turbiditatem admitteret, quo in caſu nedum a tempore motæ litis, ſed
a tempore apertæ ſucceſſionis fructus deberentur, ut communiter 55
tradunt *Paul. de Caſtr. conſ. 414. n. 2 lib. 1. Aluard. de coniect. volunt. defunct. lib. 4. cap. 1. num 43. Peregr. de Fideicomm. art. 49. num 103 Gall. de fructib. diſp. 17. per tot. Balduec. deciſ. &*

res

res iudicat. tit. 3. decis. 40. num. 31. Rot. decis. 51. num. 3. coram Priol. & in Avenionen. seu Varionen. Primogenituræ 28. Ianuarii 1695. §. final. cor. Muto impress. in Mantiss. de Fideicommiss. decis. 41. & in Romana Domus, seu Palatii 21. Ianuarii 1710. §. sublatus coram Reverendissimo Archiepiscopo Ravennaten. & in Romana Locorum Montium super fructibus 27. Ianuarii 1721. §. oriebatur coram R. P. D. de Herrera.

At quando in Fideicommisso non effulget dicta claritas, sed in ancipiti est hæres cui nam debeat Fideicommissum restituere, vel an illum debeat restituere, subintrant omnes illæ limitationes, quæ in proposito universalis Fideicommissi applicarentur, quod scilicet ad causandam refusionem fructuum requiratur mora, & mala fides in possessore scientiæ, denegante restitutionem rei ad se minime pertinentis, quæ non aliter in illo exoritur, quam mediante lucidatione dubietatis iustificatis omnibus necessariis extremis, & in claris posita obscuritate Reum retrahente a restitutione rei alteri debitæ, idque non solum quia etiam in hoc casu deficit causa productiva obligationis fructuum, qualis est translatio dominii ministerio Legis facta, sed etiam quia non concurrit ex superius allatis iuribus mora ad constituendum Reum in mala fide omnino ne-
56 cessaria, unde cum eadem militet ratio, eadem quoque militare debet iuris dispositio ad *Text. in Leg. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. Surd. cons. 301. num. 19. & seq. Cephal. cons. 1. num. 32. Bonden. collectan. legal. 20. num. 29. Gob. consult. decis. 103. num. 25. Rot. dec. 77. num 3. part. 18. recent.*

Opposita demum *Rot. decis. in Avenionen. seu Varionen. Primogenituræ 22. Maii 1695. coram Muto impress. apud Torr. var. iur. quæst. tom. 1. pag. 496. & post de Luc. in Mantiss. lib. 10. dec. 43. num. 5. & 6.* esset applicabilis quatenus vel Venerabile Hospitale intentasset Iudicium iactatorium contra Dominum Aequitem de Segnis, vel idem Iudicium usque ad sententiam continuasset, sed neutrum evenit, petiit enim utique manutentionem Venerabile Hospitale coram Reverendissimo Ordinario Florentino usque de anno 1703. sed non egit vigore *Leg. diffamari*, Iudicioque relicto, non nisi evocatum comparuit in forma Rei, cuius personam a principio usque ad exitum Causæ retinuit, unde retorqueri potius posset dictæ decisionis authoritas in qua si Possessor ex quo provocet ad Iudicium, condemnatur ad refundendos fructus liberabitur si excipiendo, & suam possessionem iustis de causis defendendo in Iudicium descendat.

Ex hactenus ergo deductis rationibus placuit *Rot. Roman.* opinionem communiter receptam sectari, & Reum possessorem a restitutione fructuum absolvere usque ad tempus, quo rescontratis attesta-

teſtationibus, agnita fuit vera fides illa Baptiſmatis per quam Dominus Aeques de Segnis iuſtificavit ſuæ filiationis extremum, nec quominus intrepide in hanc ſententiam deſcenderem, ullam ingeſſit animo meo eſitationem animadverſio, quod Alma Rota Florentina Reum poſſeſſorem in Cauſa ſuccumbentem ad refundendos fructus a die porrecti libelli condemnari conſueverit nulla unquam facta mentione exhibitionis iurium, documentorum, & probarionum conſtituentium fundamentum intentionis Actoris; cum enim res agatur in Apoſtolicæ Nunciaturæ Tribunali, cuius mos eſt, & conſuetudo ea ſentire, & ſectari, quæ Rota Romana firmavit, & tenuit, turpe utique viſum fuiſset ſubalternum Tribunal Magis tuta, equa, & rationabili relicta ſententia in alterius Tribunalis opinionem minus communem, & receptam abire, & a Rota omnium Tribunalium Matre, & Magiſtra, cuius opinionem venerari oportet, diſcedere, quod fieri citra temeritatem non poſſe ait *Sanminiat. controverſ.* 198. *num.* 39 *tom.* 2. 57

Cœterum neque tranſit abſque dubietate, quod huius Civitatis Tribunalia contrarium ſenſerint, quamvis enim in enunciatis exadverſo motivis tantummodo mentio fiat litis conteſtationis, & libelli litis initiativi, hoc tamen non excludit, quod in eodem actu litis conteſtatæ ea allata fuerint documenta, per quæ Reus conſtitutus in mala fide ſuæ poſſeſſionis, malum ius fovere cognoverit, immo relictis pluribus ad ipſum ſuadentibus deciſionibus id præclare apparuit in hac Civitate iudicatum in Cauſa inter Dominam Comitiſſam de Pazzis, & Dominos Alexandrum, & Fratres de Pazzis, in qua referentibus Illuſtriſſimis DD. Canon. Comite Thoma della Gherardeſca, poſtea Archiepiſcopo Florentino, Alexandro Bellurio, & Aenea de Cavalcantibus, ea prodiit a Supremo Magiſtratu ſententia, per quam dicta Domina Comitiſſa de Pazzis condemnata fuit ad refundendum prædictis Fratribus Actoribus, fructus a die 15. Februarii 1695. quæ documenta exhibita, & probationes ad Cauſam facientes publicatæ fuerunt, cum ceteroquin lis fuerit conteſtata uſque de die 13. Septembris, 1685. & ſic antea decennium.

Idemque recentius prodiit a dicto Supremo Magiſtratu iudicatum in Cauſa Monſacchi, & del Monte, referentibus Illuſtriſſimis Dominis meis Auditoribus de Comitibus, Vicri, & Vaſoli Piccinini, in quo cum lis fuiſset conteſtata uſque de anno 1678. & exhibita nonnulla documenta in forma tamen minime probanti, dictum fuit fructus deberi a die 28. Novembris 1710. quæ documenta in autenrica, & probanti forma producta fuerunt, quod utique caſui hodiernæ noſtræ controverſiæ maxime eſt adaptabile.

Et ne præteriiſse videamur huius etiam noſtræ Curiæ Nunciaturæ Apoſtolicæ exempla, quibus eſset inherendum, ſub oculis venit

nit ſententia prolata ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Dom. Audirore de Vivianis, votum facientibus Illuſtriſſimis DD. Audiroribus Iacobo de Comitibus, & Hieronymo Vieri in Cauſa inter RR. Moniales Monaſterii del Paradiſo, & Dominum de Diciottis ſub die 27. Septembris 1722. in qua prædictæ Moniales condemnatæ fuerunt ad reſtituendos fructus non a die motæ litis, ſed a die productionis iurium, quamvis in præcedenti Inſtantia dictum fuiſſet, fructus deberi a tempore porrecti libelli, ſunt hæc verba ſententiæ „ *dicimus eoſdem Appellantes condemnandos fore, & eſſe, prout illos* „ *condemnamus ad reſtituendos prædictis Bartholomæo, & Raynerio Fi-* „ *liis ſupradicti Franciſci de Diciottis eos fructus tantum decurſos a* „ *die 20. Maii 1722. in quo ex parte Domini de Diciottis exhibita* „ *fuerunt plura documenta pro iuſtificatione eorum deſcendentiæ, ſicuti* „ *& illos in futurum decurrendos uſque ad actualem reintegrationem &* „ *reſpective immiſſionem in poſſeſſionem Bonorum* „.

Et in Cauſa vertente in tertia Inſtantia coram Delegato Apoſtolico inter Hoſpitale S. Pauli Convaleſcentium, & Poſſeſſores, referentibus DD. meis Auditoribus Calderoni, & Caſaregio, & Advocato de Vergellis die 25. Auguſti 1722. per acta Ser Petri Caſimiri Ruoti explicata fuit ſententia in prima, & ſecunda Inſtantia in ſuis reſpective Tribunalibus pronunciata, condemnans ad fructus a die motæ litis, dicendo quod deberentur a die motæ litis, ſive productionis Teſtamenti, & iurium.

Et ita utraque Parte acerrime iuta ſua deducente.

Franciſcus Xaverius Gori Apoſtolicæ Nunciaturæ Auditor.

DECISIO XLI.

FLORENTINA PRÆTENSÆ EXEMPTIONIS.

15. *Martii* 1730. *coram Audit.* IACOBO DE COMITIBUS.

ARGUMENTUM.

IMmunitas debita Patri ob numerum duodecim liberorum a quibus oneribus eum liberet. Illo mortuo an duret in Filiis, & an extendi valeat ad bona, quæ poſt Patris obitum Filii acquiſiverunt, ad exornationem celebris *Text. in Leg. ſi quis Decurio 24. Cod. de Decurion. lib.* 10.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Cælibatus, & orbitas olim non erat ſine pœna.*
2 *Coniugia quibus premiis fuerint poſtea procurata.*
3 *Pater habens duodecim liberos immunis eſt ab oneribus tam perſonalibus, quam patrimonialibus.*
4 *Et ita poſt plenam diſcuſſionem deciſum in Senatu Mantuano.*
5 *Mater gaudet eadem immunitate pro ſuis bonis non dotalibus, & quæ uti propria, & patrimonialia poſſidet, & de ratione.*
6 *Amplia ut hoc privilegium commune ſit etiam ipſis Infidelibus.*
7 *Quid in Clericis, & Præsbiteris Græcis, & eorum filiis, & Uxoribus remiſſive.*
8 *Trivilegium hoc, mortuo Patre, an tranſeat ad Filios eſt quæſtio involuta.*
9 *Opinio affirmativa affertur, & argumenta eam defendentium.*
10 *Negativam qui tueantur, & quibus fundamentis.*
11 *Prima procedit ſi ſupervivat Mater, & cum ea habitent filii.*
12 *Secunda ubi Mater mortua ſit.*
13 *Amplia ut ſolum ſufficiat filios in communione vivere.*
14 *Contra quod communio ſit circumſtantia apta ad movendum Principem ad gratiam.*
15 *Et opinio negativa probatur verior in puncto iuris* num. ſeq. *Et in hac Civitate recepta* num. 23.
16 *Fœminæ ad hanc immunitatem aſſequendam opitulantur.*
17 *Filii antea mortui non excuſant a tutela, vel munere de novo deferendo.*
18 *Utilitas Reipublicæ reſultans ex procreatione liberorum non eſt ſola ratio privilegii.*
19 *Filii emancipati, & qui in poteſtate non ſunt proſunt ad excuſandum parentem.*
20 *Et qua de cauſa hoc contingat.*
21 *Quæ ſint veræ rationes huius immunitatis, & an eæ durent in Filiis.*
22 *Filii ſuccedunt oneribus Patris ubi ipſe fiat immunis.*
23 *In ſententiarum conflictu ea tenenda, quæ in Provincia viguerit.*
24 *Privilegium immunitatis in ſententia volentium tranſire ad Filios, an extendatur ad bona, Patre mortuo, per eoſdem acquiſita.*
25 *Sententia affirmans adducitur, & reiicitur,* & num. ſeq. *Declarantur contrarium tenentes* num. 30.
26 *Explicatur Text. in cap. quia circa de privilegiis quod huic caſui non applicetur.*
27 *Pater mortuis Filiis non amittit immunitatem acquiſitam, ſed non eſt immunis quoad impoſita poſt eorum obitum.*

28 *Fi-*

28 *Filii in hac immunitate nequeunt esse melioris conditionis genitore suo.*
29 *Multiplicatio exemptionum est contra æquitatem, cum in non immunes onera redundent.*
30 *Mediolani adest Statutum continuans paternam ipsam immunitatem in Filiis.*
31 *Novæ constitutiones eiusdem Civitatis immunitatem tam Patri, quam Filiis denegant in bonis postea quæsitis.*
32 *Onera patrimonialia alia sunt variabilia, & incerta, alia perpetua, & uniformia.*
33 *Et huius secundæ speciei est nostra Decima, pro qua remanent affecta ipsa bona.*
34 *Pater duodecim liberorum non excusatur ab his perpetuis oneribus.*
35 *Et ita in Statu Ecclesiastico constitutum est.*
36 *Contrarium sentientes afferuntur, & de eorum rationibus* num. seq. *Et in hoc felicissimo Dominio gratiosa consuetudine immunitas a Decimis concedi solet* num. 38.
Prima tamen opinio magis urget in bonis post privilegium acquisitis num. 39. & 41.
37 *Immunitatis huiusmodi privilegio requiritur expressa derogatio.*
39 *Bona transeunt in Clericos, & Ecclesiam cum onere illis impresso.*
40 *Quamvis de Iure Divino, & humano immunitate gaudeant.*

DOminus Eques Nicolaus Ridolfi duodecim liberorum parens de Republica meritus ob tot virorum adiectionem, publica obtinuit præmia solita immunitate donatus a Sereniſſimo Ferdinando II. Patreque defuncto pro confirmatione ſupplicantibus Filiis annuit idem clementiſſimus Princeps reſcribendo „ *concedesi durante la comunione di detti masti* „ in cuius gratiæ exequutionem poſtquam per plurimos annos perſolviſſent decimam bonorum, quæ ultra paterna ipſimet acquiſiverant, quaſi erronee factum, & privilegium forer indefinitum, & illimitatum, iterum adivere ipſum Principem concedentem, petentes immunes declarari in totum, & in parte facti ſunt voti compores per reſcriptum „ *concedesi durante la comunione, e che in essa siano ancora i Beni propri del Senatore Gio. Francesco, e Fratelli, non ostante, e quanto alla restituzione del pagato agli Ordini* „.

Sed neque hac ſorte contenti eorum hæredes, tertia obtenta gratia deducendi in Iudicium prætenſam Decimarum ſolutarum reſtitutionem, fruſtra in Tribunali Iuſtitiæ contenderunt ſuper eo, quod denegatum fuerat in Clementiæ Foro, abſoluto Decimarum Officio, prout concordi voto abſolvendum retulimus, ſequentes in

hoc

hoc Ius non ſcriptum, & conſuetudinarium huius inclitì Dominii, ipſamque Partium obſervantiam; ſed ne videamur a primo fonte alieni, & illotis manibus materiam aggredi aliqua etiam de Iure ſcripto, & communi placuit attingere.

Quod ergo ſpectat ad Ius Commune tanto prolis deſiderio Reipublicæ amplificandæ cauſa flagrarunt Legumlatores, ut cœlibatus, imo, & orbitas ipſa ſuas olim habuerit pœnas *tot. titulo* 1
Cod. de infirmand pœn. cœlibat. & orbit. & de Decimar. ſublat quo Iure abrogato premiis procurata fuere coniugia ad mortalitatem noſtram perpetua Stirpis ſucceſſione compenſandam privilegiis, vacationibus, immunitatibus datis, de quibus late *Petr. Gregor. Tholoſan. in ſin-* 2
tagm. lib. 9. cap. 6. per tot. Matth. Sanz. de Regim. Regn. Valent. cap. 4. §. 6. num. 30. ad finem Aget de Ærar. tom. 2. §. 7. de immunit. quæſt. 1. ex num. 5. & ſeq. inter quæ potiſſimum illud *Leg. ſi quis Decurio 24. Cod. de Decurion. lib. 10.* „ ſi quis Decurio Pater ſit duo-„ decim liberorum honoratiſſima munerum quiete donetur „ quod numerus duodecim liberorum genitorem reddat exemptum, ſive ille Decurio ſit, ſive non, ſive de perſonalibus, ſive de patrimonia- 3
libus oneribus agatur *Florez. Diaz. de Mena quæſt. 21. num. 255. Novar. quæſt. forenſ. quæſt. 75. num. 3. Rubin. apud Manſ. conſ. 494. num. 18. Capon. diſceptat. forenſ. cap. 398. num. 1. & ſeq. Andreol. controv. 283. num. 1. 2. & 12. Conciol. allegat. 58. num. 1. & ſeq. Tondut. quæſt. civil. part. 1. cap. 26. num. 1. & ſeq. Paſeh. de Patr. poteſt. part. 4. cap. 4. num. 9. & ſeq. ubi Pratus in add. Balmaſed. de collect. quæſt. 48. num. 5. & ſeq. Danz. de pugn. Doctor. tom. 2. tit. de Patre onuſto 12. Filiis cap. 1. in princip & num. 10. & 11. Rubeus de validit. legal. cap. 63. n. 66. & ſeq. Butinon. apud Calvin de æquit. lib. 2. cap. 128. num. 191. & ſeq. & 199. Capiblanc. de offic. Baron. lib. 2. cap. 42 n. 5. Manſon. de cauſ. exequut. ampliat. 29. num. 131. & ſeq. Klock de contribut. cap. 13. ſect 3. n. 82. & ſeq. Gall. de fructib. diſp. 5. art. 4. num. 111. § nono Pater, Zacch de ſalar. quæſt. 6. num. 1. & ſeq. Barbat. de diviſ. fruct. part. 1. cap. 8. num. 63. Cobell. ad Bull bon. regimin. cap. 50. n. 67. & ſeq. Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 4. num. 56. & ſeq. Aget. de ærar. tom 2 §. 7 de immunitat. quæſt. 1. num. 17. 18. 19. & ſeq. Altim. de nullit tom. 8. rubr. 2. & 3. quæſt. 1. ſub num. 50. §. ſic infans*, ubi innumeri *Mart in digeſt. noviſſim. deciſ. tom. 4. tit. immunitas cap. 7. Gannav. deciſ. 41. num. 1. ad n. 18. Theſaur. deciſ. 267. num 4. Sanfelic. dec. 391. num. 6. & ſeq. Reverter. deciſ. 113. in prine. De Luc. ad Franeh. deciſ. 259. num. 1. &* 2. & magno certamine diſceptatum legitur in una *Caſalen. apud Gob. tom. 2.* ubi poſt eius relationem factam Serenissimo Duci *conſ.* 4
68. in qua *ex num. 7. & ſeq.* contendit, numerum Filiorum Patrem

non eximere ab ordinariis, & patrimonialibus, conceſſa Baroni Crove immunitate etiam quoad ordinaria, diſputataque Privilegii iuſtitia, fuit primo reſolutum pro modificatione, diſſentiente Ardizono, cuius relatio ibidem habetur *num.* 1. *& ſeq.* eiuſque opinio poſtea fuit confirmata ſcribentibus Antonio Viario, qui privilegium patrimonialia non comprehendere probare ſatagit *ex num.* 10. *& ſeq.* Iacobo Barberio, qui plenam diſpenſationem turatur *num.* 6. *& num.* 28. *& ſeq.* & ita deciſum refert *ſub num.* 5. §. *his tamen non obſtantibus.*

Eamdemque ob cauſam videtur, quod immunitatem condigne meteatur Mater pro ſuis bonis non dotalibus, & quæ ipſa uti propria, & patrimonialia poſſidet, itaut liberi duabus perſonis eodem tempore prodeſſe poſſint, cum natura utrumque corpus ediderit, ut maneat ſuis vicibus immortale, & alterum alterius auxilio egeat, & uno ſemoto, & alterum corrumpatur, quemadmodum ait *Iuſtinianus in Leg. Lege duodecim* 14. *Cod. de legitim. heredib.* nec minus liberorum educationi genitrix obnoxia ſit, a qua totius humanæ viræ
5 bene inſtituendæ pendent momenta, quare ſicuti mulier quinque liberos habens exemplo maris excuſatur a munetibus perſonalibus ſibi pro ſua conditione imponendis ad litteram *Text. in Leg. penultim. Cod. de his, qui nu. liber. lib.* 10. ita pariter a patrimonialibus excuſanda ſit duodecim filiis procreatis *Andreol. controv.* 283. *num.* 10. *Capon d. diſcept.* 398. *num.* 5. *Manſ. conſult.* 496. *num.* 9. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 63. *n.* 9. *Mart. de Succeſſion. legal. part.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 4. *num.* 12. qui ita teſtatur iudicatum in Prætorio Neapolis, ſe referens ad eius *digeſt. noviſſim. d. tom* 4. *tit. immunitas cap.* 10. *Danz. de pugn. Doctor. d. cap.* 1. §. *ſed an in Matre, Klock de erar. d. cap.* 13. *ſect* 3. *ex num.* 101. *& ſeq. Balmaſed. de collect. quæſt.* 48. *num.* 8. ubi plures *Aget. de erar. tom.* 2. § 7. *de immunit. quæſt.* 1. *num.* 35. *& quæſt.* 8. *per tot. Cobell. ad Bull. bon. regimin. cap.* 50. *num.* 106. *& ſeq. Gall. de fruct. diſput* 5. *artic* 4. *num.* 113. *Theſaur. iun. in addit. ad deciſ.* 267. *litt. E Ricc. collect.* 1707. *Ioannes Andrea Niger in ſua plena allegat. apud Franch. poſt deciſ.* 259. *per tot. idem Senat. Neapolit. apud Franch. d. deciſ.* 259. *ex num.* 1. *ad* 13. *& ibi De Lue ſub n.* 2. *verſic. eadem Immunitas, Sanſelic. deciſ.* 391. *num.* 23. *& in addit.* §. *Gaudet etiam Mater.*

Quin ab huius privilegii communione nec ipſi Iudæi, quamvis infideles arcentur, cum illud cauſam habeat in natura poſitam, &
6 in humanis actibus nulla ſit implicantia, illos nobiſcum participare, prout in Regia Camera Auguſtæ Taurinorum deciſum refert *Seſſ. de Iudæis cap.* 36. *ſub num.* 20. & Sereniſſimo Duci Mutinæ retulit Præſes *Gobius*, cuius relatio habetur *conſult.* 67. *per tot. tom.* 2. de

Cle-

Clericis vero, & Præsbyteris Græcis, eorum Filiis, & Uxoribus tractat *Aget. de erar. tom.* 2. §. 7. *de immunit. quæſt.* 10. *ex n.* 9. 7

Quæſtio, quæ gravis emergit, & hypotheſi accomodata, ea eſt, an Patre defuncto privilegium tranſeat ad filios; nonnulli enim putarunt durare, animadvertentes, immunitatem hanc potius beneficium 8 dici, quam privilegium, utpote quod non contra Iuris Communis tenorem ſpecialiter concedatur, ſed ſecundum legem ipſam correſpectivitate quadam Patrem remunerantem ob tot liberos Reipublicæ procreatos, quæ prima ratio publici favoris in ipſis liberis viger, atque in eorum etiam pœna, ſicuti pater magis cruciatur, & 9 affligitur *DD. in Leg. quiſquis Cod. ad Leg. Iuliam Maieſtat.* ita in eorum quoque fruitione magis ſolatur poſt mortem permanſuro beneficio quod cæteroquin favorabile alias nimis contraheretur, cum regulariter duodecim liberorum Genitores ad hunc ſtatum perveniant ſeneſcentes, & quaſi emenſo brevis vitæ noſtræ curriculo, ita poſt *Menoch. conſ.* 486. aliorum Anteſignanus ratiocinatur *Surd. deciſ.* 123. *per tot.* cum qua Mantuani Senatus deciſione tranſeunt *Rubeus de Validit. legal. cap.* 63. *num.* 103. *Zacch. de Salar. quæſt.* 6. *num.* 2. *Klock. de contribut. cap.* 13. *num.* 96. *& ſeq. Cobell. ad Bull. bon. regimin. cap.* 50. *ex num.* 85. *& plurib. ſeq. Mart. in digeſt. noviſſim. deciſ. dict. tom.* 4. *tit. immunitas cap.* 8.

Contra alii ſenſere Patre mortuo immunitatem extingui: & quidem ſi Textus expendamus, licet in *Leg. ſi quis Decurio* nullam diſponendi rationem afferat Imperator, indicatur tamen in alia *Leg. ſemper* § *demonſtratur ff. de iur. immunit.* ubi loquendo de Patre ſexdecim liberorum per Ælium Pertinacem referente Calliſtrato ſancitum eſt „ non eſt irrationabile, ut concedamus filiorum educa- „ tioni remitti tibi onera „ prorſus ut Pater tam oneroſo filiorum numero perterritus, ita retreetur, & alliciatur ad multorum, & magnæ familiæ educationem, atque ſubſtentationem, quæ ratio ceſſat in fi- 10 liis, nam multi multis ſe poſſunt artibus immiſcere, & abſque gravi incommodo ſibi victum quærere, nec ipſi dici poſſunt ſupra Cives alios de Republica meriti, ad differentiam Patris, qui inſtrumentum fuit, per quod ea augeretur, & immunitas data perſonæ cum perſona extinguitur *Leg.* 1. *Leg. ſemper* §. *immunis ff de iur. immunit* ultra proprios limites non protrahenda, ne Reſpublica debitis ſuſſidiis fraudetur, vel alii pauperiores magis onerati remaneant, atque ita ob difficultatem quæſtionis pleno referente Senatu Pedemontano nemine diſcrepante viſa, & examinata *Surdi deciſione* reſolutum fuit uti refert *Theſaur. ſilus in addit. ad ſuum Genit. ad deciſ.* 267. *litt. F & quæſt.* 90. *num.* 7. *lib.* 1. *Surdumque* reprobat eius Additionator *Hodiern. d. deciſ.* 123. *num.* 1. *& ſeq.* & pro hac opinione numerari poſſunt *Coſt. Sicul. conſ.* 80. *num.* 42.

in fin. ubi quod ita obſervat *trib. reg. Patr. Andreol. controv.* 382. *num.* 9. *Mauſon de cauſ. executiv. ampliat.* 30. *num.* 77. *verſic. cui opinioni Caroell. noviter edit. ad conſtit. Mediolan. ad lib.* 4. *tit de iur. & immunit.* 12. *liberorum num.* 26. *pag.* 247. *Feſtaſ. de collect. part.* 4. *tit. de immunit. nobil. num.* 74. *inter tract. Magn. tom.* 12. *cap.* 3. *fol. mihi* 187. *Boſſ. in prax. tit. de Princip. num.* 155.

In hoc tam acri diſſidio quidam exceperunt caſum vere notatu
11 dignum, quod ſupervivat mater, & una ſimul cum ea habitent filii *Capon. controv.* 398. *num.* 5. *in princ. Novar. quæſt. forenſ.* 75. *ſub num.* 5. §. *ita quod in fin. Romaguer. ad Conciol. ad Statut. Eugubin. lib.* 1. *rubr* 63. *num.* 18. *Mauſon. de cauſ. exequutiv. ampl.* 29. *num* 136. *Paſcal. de patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 4. *ſub num.* 21. ubi ita Neapoli decretum per Regiam Cameram, & alia plura iudicata congerens *Danz. de pugn. DD. d. tom.* 2. *tit. de Patre onuſt.* 12. *Filiis cap.* 2. *num.* 4. *Aget. de Ærar. tom.* 2. §. 7. *de immunit. quæſt.* 8. *num.* 4. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 123. *num.* 4. eaque defuncta admiſerunt ſecundam opinionem procedere, & immunitatem
12 expirare *Altimar. de nullit. d. quæſt.* 1. *ſub num.* 50. §. *conceditur quoque Aget. de ærario d. tom.* 2. §. 7. *de Immunit. quæſt.* 2. *num.* 8. *& quæſt.* 8. *num.* 8. *Romaguer. ad Conciol. ad Statut. Eugubin. d rubr.* 63. *num.* 18. *in fin. De Marin. ad Reverter. obſervat. ad deciſ.* 113. *num.* 5. ubi quod non ſemel per Regiam Cameram ita iudicatum, prout probant *Arreſt.* 54. 289. *&* 718. *apud de Marin. tom.* 2.

Quod diverſis non placuit, & poſtea protractum eſt, ut ſola ſufficiat communio, qua durante inter filios familia Patris per repræſentationem dicatur continuare, & adhuc quaſi durare prima
13 gravamina, cum unus alterius onera, & omnes omnia numeroſæ familiæ ferre debeant *Manſ. conſ.* 496. *num.* 10 *Calvin. de æquitat. lib.* 2. *cap.* 128. *num.* 78. *&* 79. *Buttinon. apud eum num.* 198. *Gall. de fruct. diſp.* 5. *art.* 4. *num.* 114. *Capiblanc. de offic. Baron. pragm.* 10 *num* 38. *lib.* 1. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 63. *num.* 5. *Altim. de nullit. d. quæſt.* 1. *ſub num.* 50. *verſic. conciliatio eſt* ubi plures *Sanſelic. d. deciſ.* 391. *num.* 15.

Verum quidquid ſit de hac communionis circumſtantia conſiderando rem pro ea æquitate, quæ tum materiam, tum Principem decet, quaſi in unum conſervata familia reliquiæ ſuperſint, & imago quædam paterni regiminis, alias poſita diviſione, omnino ſuper-
14 vacaneum videtur diſputare de oneribus, quæ propter patrimonium imponuntur, ut exclamat *Theſaur. iun. in ſæpe citat. addit. ad deciſ.* 267. *lit. F in princ.* examinando controverſiam in puncto iuris, & requirendo genuinam cauſam huius privilegii ad effectum dignoſcen-
15 di an verificetur in filiis; quod ea ſit educationis, & ad reparandum gravamen Patri, ex tot natorum numero reſultans, facit ratio

quod,

quod fœminæ opitulentur, quæ nec belli nec pacis munia ſubire poſſunt, uti alia congerens argumenta obſervat *Rubin. apud Manſ.* 16
conſult. 394. *num.* 19. *& ſeq.* ac comprobare videtur alter elegans *Text. in Leg. excuſantur* 2. §. *remittit ff. de excuſat. Tutor.* „ ibi „ 17
„ qui enim antea deceſſerunt his non connumerantur „.

Unde poſito quod filii antea mortui Patri excuſationem non præſtent a tutela, vel munere de novo deferendo, ita infert *Paez. de excuſan. Parent. inter tract. magn. tom.* 12. *fol. mihi* 200. *ſub n.* 36. § *tertia concluſio* „ ibi „ qua ratione conſtar, privilegium „ iſtud non fuiſſe ſolum Patri quæſitum eo quod ipſe fuerit utilis „ Reipublicæ ex tot liberorum procreatione, quo argumento, & „ aliis æque frivolis decepti fuerunt citati per *addition. Alciati*, & 18
„ *Caſſa.* & alii omnes, qui generaliter affirmarunt durare indiſtin-„ cte privilegium iſtud Patri mortuis Filiis eorum namque commu-„ nis error manifeſte deprehenditur ex prædictis „ ſed quoniam e-tiam filii emancipati, & qui in poteſtate non ſunt, proſunt ad ex- 19
cuſandum Parentem *princip. titul. Inſtit. de excuſat tutor.* „ ibi „ „ plerumque tamen propter liberos, ſive in poteſtate ſint, ſive e-„ mancipati „ *Leg.* 2. §. *incolumes ff. de excuſ. muner. Balmaſed. de collect. quæſt.* 48. *num.* 24. *Calvin. de æquit. lib.* 2. *capit.* 128 *num.* 157. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 1. *rub* 63. *num.* 3. *Altimar. de nullit. d. quæſt.* 1. *ſub num.* 50. §. *iuvant etiam Cohell. ad Bull. bon. regimin. cap.* 50. *ſub num* 70. §. *amplia tertio, Aget. de ærar. tom.* 2. *d.* § 7. *de immunit. quæſt.* 3. *num.* 4 quod alia de cauſa con-tingere non poteſt, quam ob tot filios Reipublicæ datos, quemad- 20
modum appoſite notat ſuper dicto Teſtu *Gaſpar. Manz. num.* 12. *in fin. Harprect. num.* 6. Ideoque admittendo ad conſtituendo privile-gium utriuſque cauſæ concurſum, educationis ſcilicet, & publici favoris, certum eſt primam in filiis ceſſare, aliam vero Patrem di- 21
recte reſpicere, & ad eum ordinari, per quem publica utiliras pro-venit; liberis autem particulariter tantum abeſt, ut iura intellexe-tint proſpicere, quod ubi primum Pater evadir immunis, ipſi eius oneribus ſucedunt iuxta *Textum* expreſſum in *Leg. eos* 6. *Cod. de iis* 22
qui numero liberor lib. 10. „ ibi „ iraut ſi in hoc numero ætatis le-„ gitimæ filius inveniatur obeundis ſtatim pro ſuo Patre muneribus „ applicetur Patribus, qui filios, vel filias quinque habuerint pro-„ miſſa legibus immunitare ſervanda „.

Et hæc forte videtur opinio in hac inclyta Civitate recepta, cum ſupplicantibus Filiis pro confirmatione paſſim in informationi-bus fuerit Privilegii perſonalitas Principi conteſtata, & ipſe pro 23
libito variaverit, modo gratiam concedendo, modo denegando, prout infra in ſecunda *deciſ.* late dicemus, & in ſententiarum conflictu ea tenenda, quæ in ea provincia viguerit, & quam maio-

res tutati sunt sequendo exemplum Iurisconsulti in *Leg. Filius* 14. „ ibi „ sic enim inveni Senatum censuisse „ *ff. ad Leg. Corn. de falsis Gob. consult.* 126. *num.* 5. *& 6 tom.* 1. *Barber. apud eum post consult.* 68. *num.* 37. *tom.* 2. *Buttinon apud Calvin. de æquit. lib.* 2. *cap* 128 *num.* 262. *Rota inter noviss. impress. cor. Eminentiss. Falconer. tom.* 3. *tit.* 19. *de iurepatron. & Cappell. decis.* 41. *num.* 5.

At procedendo cum iis, qui voluerunt filiis in communione viventibus immunitatem competere, adhuc DD. Fratribus de Ridolfis hoc non sufficeret ad intentum, & uno obstaculo superato aliud æque grave non deficeret, ranquam in necessitate
24 probandi, privilegium extendi ultra bona paterna ad ipsa quoque, quæ, Patre defuncto, Filii acquisiverunt, pro quibus bonis propriis factam Decimæ solutionem contendunt indebitam, in quo articulo
25 etiam ad acquisita per Fratres immunitatem ampliarunt *Calvin de æquitat lib.* 2. *cap.* 128. *num.* 94. *& 95.* ubi quod ita Senatus declaraverit *Buttinon apud eum num.* 196. *& sub num.* 205. §. *siquidem versic. etiamsi post mortem*.

Auctoritates enim, quas allegant, firmant Privilegium extendi etiam ad futura, & postea quæsita iuxta vulgatum *Textum in cap. quia circa de Privileg.* non bene applicatum filiis in quibus indultum eandem vim, & efficatiam retinere non potest, sicut in Patre, per
26 cuius mortem cessante origine productiva conservatur ad summum immunitas in eo statu, & extensione, in qua est tempore illius obitus, egregie, & notabiliter *Bald cons.* 112. *sub num.* 4. *versic. dicit potest lib.* 2.

Alias fierent filii melioris conditionis Genitore suo, qui mortuis natis, utcumque exemptionem iam radicatam, & acquisitam non
27 amittat, non tamen secundum ius commune est immunis quoad ea, quæ post eorum mortem imponuntur, uti ex veriori concludunt *Aost de ærar. tom.* 2 §. 7. *de immunit. quæst* 2. *num* 10. *Altimar. de nullit tom.* 8 *quæst.* 1. *sub num.* 50 §. *& dicta intelligenda sunt*; contra filii mortuo Patre nova acquirentes a novis onetibus essent liberi, & sic plus esset potentiæ in causato, quam in causa, fonte,
28 & principio, quod absurdum ponderare videtur punctualiter *Andreol. d controv.* 283. *sub num.* 18. „ ibi „ qui tamen filii non po„ terunt evitare solutionem onerum impositorum post mortem Patris„

Tandem, cum, ut supra vidimus, ex meta æquitate sit, ut filii personæ Patris indulto beneficio potiantur, geminarentur æquitates iterata ampliatione, si etiam pro novirer quæsitis privilegio gauderent, & magis, magisque multiplicarentur exemptiones, quæ cum in non immunes redundent, contra æquitatem ipsam est, ut aliorum gravamine propria substantia salvetur, *Leg.* 2. *ff. ad Rhod. de Iact.* „ ibi „ æquissimum enim est commune detrimentum fieri eo-

29

„ rum,

„ tum, qui propter amiſſas res aliorum cooſequuti ſunt, ut mer-
„ ces ſuas ſalvas haberent„ atque ita in ſimilibus terminis ratio-
cinatur *Gob. conſult. 68. num. 25. tom. 2.*

Et ſane *Calvin. & Butinon.* ſupra relati loquuntur in terminis conſtitutionum Mediolani, quo loci vigore Statuti, legiſque mini- 30
ſterio paterna ipſa immunitas ad filios tranſit, in eiſque continua-
tur „ hæc immunitas etiam poſt mortem Patris perseveret ubi, &
„ donec ipſi omnes duodecim liberi ſuperſtites fuerint, & in com-
„ munione vivant„ uti tranſcribit *Caren. reſol. 189 in princ.* & te-
ſtatur *Mauſcn. de cauſ. exequutiv. ampliat. 30. n. 75.* huiuſque mu-
nicipalis diſpoſitionis extenſio ad bona etiam, quæ propriis pecu-
niis ſibi peperint filii, de qua *Calvin. & Butinon.* taliter novis
conſtitutionibus correcta, & ſublata fuit, ut nedum filiis, ſed ip- 31
ſimet Patri in bonis poſtea quæſitis fuerit denegata, quemadmo-
dum examinando auctoritatem, & res iudicatas per *Calvin* adductas
narrat noviſſime impreſſus *Caroell. ad conſtit Mediolan. tit. de iure, & immunitat 12. liberor.* ſcribens pro Syndicis Mediolanen. *n. 31. & 32. & ſub num 36. §. deveſi anco fol. 242.* & ſcribens pro Uni-
verſitate Novaræ *num. 13. fol 246.*

Non multum quidem recedendo a diſpoſitione Iuris communis,
ad cuius tramites diſtinxerunt primi nominis DD. onerum patrimo-
nialium naturam in variabilia, & incerta, ac in perpetua, & uni-
formia, in qua ultima ſpecie cum perpetuo, & invariabiliter re- 32
maneant affecta, & hypotecata ipſa bona, cuiuſmodi eſt no-
ſtra Decima, ad tradita per me *deciſ. Florent. 114. num. 2. &* 33
deciſ. 115. num. 7. & deciſ. 116. num. 34. & ſeq. ſic ſecundum eo-
rum qualitatem, & naturam abſque ulla excuſatione per Patrem 12.
Filiorum poſſideantur *Coſta Sicul conſ. 80. ex num. 26 Novar. quæſt.* 34
forenſ. part. 1. quæſt. 75. num. 6 Tondut. quæſt. civil. part. 1. cap. 26. num. 8 & 9. Gob. conſ. deciſ. 68. num. 21. & ſeq. tom. 2. Viſtius poſt eum num. 20. & 21. Danz. de pugn DD. & victor. Advocat. tom. 2. tit. de Patre onuſt. 12. filiis cap. 1. num. 8. verſ. unum quæri Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 1. rubr. 63. num. 21. Aget. de erar. tom. 2. §. 7. de immunitat. quæſt. 1. num. 42. Altimar. de nullitat. tom. 8. quæſt. 1. ſub n. 50 §. non extenditur, & ita in Statu 35
Eccleſiaſtico ſpecialibus conſtitutionibus conſultum eſt *Cobell. ad Bull. bon regimin. cap 50 num. 96.*

Quod etſi pluribus aliis probatum non ſit, nec ſine difficulta-
te procedat huiuſmodi limitatio ob generalitatem iurium, quæ hu-
iuſmodi Patribus honoratiſſimam quietem indulgent, ob impenſiſſi- 36
mum favorem, quem communiter emeruerunt, excogitantibus non-
nullis ad diſſolvendum obiectum ſuper oneris affixione in bonis ip-
ſis, quod eodem tempore, quo huiuſmodi gravamina inducuntur, ſi

ſpe-

ſpecialiter huic immunitati derogatum non ſit, prout requiritur
37 *Andreaſſius apud Aget. de æra. tom.* 2. §. 7. *de immunitat poſt quæſt* 9. *num.* 9 *& num.* 22. *Calvin. de æquitat. cap.* 128. *num.* 117. latius *Buttinon. apud eum num.* 225. hic caſus intelligatur exceptus, nec prius ſint bona collectabilia, quam immunia ex cauſa ſupradicta *Barb. apud Gob. d. conſ.* 68. *num.* 27. *Ardizon. ibid n.* 2 *Senatus Caſalen. poſt eum num.* 4. *Klock de contribut. cap.* 13. *ex num.* 109. *ad* 118. *Cobell. ad Bull. Bon. regimin. cap.* 50. *num.* 95.
38 *Theſaur. d. deciſ.* 267. *num.* 13. & indulta Patribus exemptione a Decima in hoc feliciſſimo Dominio, gratioſa conſuetudine obſervatur.

Tamen quoad bona poſt privilegium ab aliis Civibus acquiſita fortius urger vinculum, cui addicta ſunt, cuius ratione quemadmo-
39 dum ad Eccleſiam, vel Clericum traſeuntia in eos perveniunt cum onere antea impreſſo, iuxta receptiſſimam opinionem de qua *Ego deciſ. Florent.* 114. *num* 28. ubi plures, quibus addo *Gob. conſult.* 40.
40 *per tot. tom.* 1. quamvis ex Iuris Divini, & humani diſpoſitione immunitate gaudeant *cap. penult. & ibi gloſſ. verbo Divino de cenſ in* 6. *Auth ſtatuitur Auth ſtatuimus Auth nonnulla Communitas de Epiſc. & Cler.* ita non diſſimili ſorte ab onuſtis Patribus adipiſcantur, ſicuti
41 ſingulariter habetur deciſum apud *de Marin. arreſt.* 385. *tom.* 2. „ ibi „ decretum, quod dictus Sanctullus pro bonis propriis ſit im„ munis, verum quoad bona, quæ emit a Civibus eiuſdem Uni„ verſitatis poſt immunitatem adeptam, ex quo reperiuntur illa ab „ Univerſitate obligata pro debitis contractis ante immunitatem con„ ſequutam Patris onuſti contribuat cum dicta Univerſitate, ſicut „ alii Cives „ quam reſolutionem refert, & ſequitur *Altimar. de nullit d. tom.* 8 *quæſt.* 1. *ſub num.* 50. §. *ſic non iuvat in fine.*

Et hæc quoad Ius Commune &c.

Iacobus de Comitibus Aſſeſſor, & Relator.
Ioſeph Maria de Caſaregis Rotæ Auditor.
Io. Bonaventura Neri Badia Auditor.

DECISIO XLII.

EADEM FLORENTINA PRÆTENSÆ EXEMPTIONIS

Super Iure non ſcripto, & conſuetudinario huius Inclyti Dominii.

ead. die 15. *Martii* 1730. *coram Audit.* IACOBO DE COMITIBUS.

ARGUMENTUM.

CONſuetudo cuiuslibet Regionis, & Principatus principaliter attendenda in regulanda huiuſmodi Immunitate, quænam temporibus Florentinæ Reipublicæ viguerit, quænam temporibus Princi-

pa-

cipatus, ubi de limitatione invariabiliter obſervata reſtringendi gratias ad ſola bona paterna ſupplicantibus Filiis poſt mortem Patris. Plura adducuntur de reſcriptis iuxta ſolitum Principis reſcribentis intelligendis.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo non ſolum vera legis interpres, ſed Lex ipſa eſt.*
2 *Et ad eam recurri debet in hac materia immunitatis duodecim liberorum.*
3 *Franciſcus Vinta fuit Officialis Maior Reformationum.*
4 *Reipublicæ temporibus minus frequenter ipſis Patribus fuit hæc immunitas elargita, & de ratione* num. 8. & ſeq.
5 *Florentiæ tamen obtentam ſe Conſultore commemorat Angelus Aretinus.*
6 *Qui Legum facultatis inſignia acceperit nondum incepto Principatu.*
7 *Privilegium Immunitatis ob numerum duodecim liberorum tolli nequit niſi publica gravi urgente neceſſitate, & de ratione.*
8 *Decima impoſita fuit ad ſolvendum debitum per univerſos Cives iam contractum cum Montibus Montis Gratiendarum.*
9 *Patres non excuſantur a debito, & obligatione præcedenter contracta per ſuperveniens Privilegium.*
10 *Quæ fuerit prima gratia facta filiis ſupplicantibus pro confirmatione exemptionis paternæ, & qualis eius formula.*
11 *Immunitas hæc fuit habita pro perſonali, & filiis de rigore non competente,* & num. ſeq.
12 *Afferuntur nonnulla exempla denegatæ confirmationis.*
13 *Confirmatio modo fuit denegata, modo conceſſa.*
14 *Licet hodie invariabiliter annuere ſoleat Regia munificentia.*
15 *Opinio volens de iuris rigore immunitatem mortuo Patre tranſire ad filios non fuit in hac Civitate recepta.*
16 *Princeps non ignorat quæ ſunt iuris, nec in eis decipitur.*
17 *Et quæ competunt ex iuſtitia omnibus æqualiter miniſtrat.*
18 *Et ſemper Principes de iure reſcribere credimus.*
19 *Gratiæ confirmationum immunitatis paternæ, factæ filiis ſemper limitatæ fuerunt ad bona paterna.*
20 *Privilegia intelligenda, æſtimanda, & declaranda ſunt ex uſu, & conſuetudine.*
21 *Afferuntur plura reſcripta generalia non ſine dicta limitatione intellecta, & exequuta.*
22 *Obſervantia probanda eſt in caſu ſpecifico.*
23 *Limitationis huius probatur auctor Princeps reſcriptis ſuis.*
24 *Et limitationem voluiſſe probatur in caſu præciſo DD. de Ridolfis.*

Prin-

Princeps ubi ſententiam dicit ſilet omnis controverſia ibidem.

25 *Conſuetudo Principi nota, & qua ipſe uſus eſt Legem ipſam ſuperat.*

26 *Magiſtratus Supremus apponens hanc reſtrictionem in exequutione gratiarum fidelis exequutor oſtenditur.*

27 *Reſtrictio ad bona paterna evaſerat connaturalis & implicita huiuſmodi gratiis uſque de anno 1632.*

28 *Privilegium, quantumvis amplum non referendum ad ea, quæ non ſolent concedi.*

29 *Et poſita inveterata conſuetudine, particularis expreſſio requiritur ad eius derogationem.*

30 *Referuntur ſententiæ ad relationem Aſſeſſorum Decimarum firmantes pro bonis a filiis poſt mortem Patris acquiſitis immunitatem competere.*

31 *Reiiciuntur tanquam procedentes cum falſo, & erroneo ſuppoſito.*

32 *Affertur teſtimonium Auditoris Reformationum Alexandri Victorii afferentis de anno 1645. nunquam gratias fuiſſe ad bona propria filiorum extenſas.*

33 *Sententiæ non examinantes principale fundamentum, vel procedentes cum falſo ſuppoſito non ſunt attendendæ.*

SED venientes ad Ius non ſcriptum, & conſuetudinarium huius Inclyti Dominii, in quo potiſſima ratio reſolutionis poſita eſt, ut par erat, quoniam conſuetudo non ſolum vera legis interpres, at Lex ipſa eſt *Leg. de quibus Leg. diuturna Leg. cum de conſuetudine Leg. imo magnæ ff. de legib.* prævalens tamquam municipale Ius loci iis, quæ vel de Iure Communi diſpoſita ſunt, vel per Doctores diverſorum Principatuum allegantur in materia plurimis difficultatibus obnoxia, variis diverſis uſibus plena, atque ita pro tutiori reſolutione ad conſuetudinem confugiendum docent individualiter *Rubin. apud Manſ. conſ.* 494. *num.* 22. *De Luc. miſcell. Eccl. diſc.* 49. *num.* 6. & 7. *in fin. Aget. de æran. tom.* 2. §. 7. *de immunit. quæſt.* 1. *num.* 22. *Calvin. de æquitate. cap.* 128. *num.* 134. *Cobell. ad Bull. bon. regimin. cap* 50. *num.* 96. *in fine*, & poſt diſcuſſam in puncto Iuris controverſiam ad conſuetudinem ſe remittit *Theſaur.* filius *in ſua* in hac materia celebri *add. ad deciſ.* 267. *litt. F in fine verſic. niſi eſſemus in locis* quod & facit *Paſebal. de patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 4. *ſub num.* 23. *verſic. fatetur tamen*, & late deductum fuit, tamquam potiſſimum fundamentum in ſupra laudata *Caſalen. per ipſum Gob. conſult* 68. *num.* 5. *tom.* 2. *Viati apud eum num.* 32. *Barber. ex num.* 13. & *ſeq.* & *num.* 37. *Ardizzon. num.* 4. & *ſeq. Gannaver. deciſ.* 41. *num.* 6. & 7.

1

2

Temporibus itaque, quibus Florentina Reſpubblica floruit ipſis

ſis Patribus minus frequenter immunitatem clargiram, quam temporibus Principatus, teſtatur Franciſcus Vinta in informatione de anno 1557. facta precibus Rinaldi de Rinaldis, tanquam Officialis Maior Reformationum, de quo dixi *Ego tit. 9. num. 4. de Auditor. Reformation impreſſ. ante tom. 2. mear. deciſ.* „ ibi „ *truovo, che* „ *queſta ſorte di eſenzione è ſtata più conceſſa dall' Eccellenza Voſtra* „ *Illuſtriſſima, che mai in altro tempo, dico quanto alli Padri* „ uti apparet ex originali exiſtente in filtia negociorum Magiſtratus Supremi, cuius etiam tranſumptum habetur in Archivio Reformationum filtia 9. Senatoris Laurentii Uſimbardi *fol.* 392. „ *E che in* „ *Firenze non ſi trovava, che queſta ſorte di Eſenzione fuſſi ſtata con-* „ *ceſſa al tempo della Repubblica così ſpeſſo, come dipoi* „ commemorat tamen eam Florentiæ obtentam ſe Conſultore *Angel. Aretin. ad §. 1. inſtit de exeuſat. Tutor. ſub num. 2. verſ. quia vidi de facto*, quod teſtimonium præciſe notant *Theſaur. deciſ. 267. ſub num. 4. verſic. dicens*, *Cobell. ad Bull. bon. regimin cap. 50. num. 68. in fine*, qui Angelus uti refert *Panciroll. de clar. leg. interpret. lib. 2. cap* 102. ad doctrinæ maturitatem provectus legum facultatis inſignia accepit anno 1422. & ſic nondum inceptо Principatu, quemadmodum conſtat ex notatis per me *tit. ult. in ſerie Magnor. Etrur. Due impreſſ. ante tom. 2. mear. deciſ.* 3 4 5 6

Quin huiuſmodi renitentia culpabilis ſit, ex quo iuxta quamplurium ſententiam privilegium hoc naturam habeant oneroſi conferentе Patre beneficium in Patriam prole adeo numeroſa, Patria vero immunitatem promittente, ut liberos procreet, procreatos belli & pacis artibus imbuat, & ob hanc correſpectivitatem quidam quaſi contractus reſultet, qui ſub fide publica initus non aliter poſſit a Principe tolli, quam cœtera privilegia oneroſa, publica ſcilicet gravi urgente neceſſitate, ſicuti de hoc ſpecifice tradunt *Coneiol. allegat. 58. num 16. Barber. apud Gob. poſt conſ. 68. ex num. 18. ad 21. tom. 2. Aget. de æror. tom. 2. §. 7. de immunitat. quæſt. 1. n. 36. Andreaſſus apud eumdem poſt quæſt. 9. num. 16. & ſub num. 22. verſic. item dicitur conceſſum, & verſic. inſuper generalis derogatio, & num 26. Rub de validitat. legal cap. 63. num. 72. & 73. Buttinon apud Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 128. num. 163. & ſeq. & num. 177. & 178. & ſeq. Altimar. de nullit. tom. 8. rubr. 2. & 3. quæſt. 1. ſub num. 50. §. immo eandem immunitatem, Theſaur Jun. in addit. ad deciſ 267. lit. D Sanfelic deciſ. 391. num. 8 Senatus Caſalen in relatione edita pro Comite Cotio impreſſ. poſt d. Gob. tom. 2. poſt conſult. 67. num. 7.* 7

Quoniam ad hunc priſcum maiorum morem iuſtificandum in promptu adeſt perurgens ratio perquirendo cauſam impoſitionis, quæ fuit neceſſitas ſolvendi debitum per univerſos Cives iam contractum

cum

cum Montiſtis Montis Graticulatum in publicam Cauſam, ac pro
8 Reipublicæ conſervatione, & indigentiis, hinc ab huius æris alieni ſolutione excuſari non poterant Patres duodecim filiis onuſti, & ad diſſolvendam antecedentem obligationem privilegium ſuperve-
9 niens adducere plene *Tondut. reſolut. civil. part.* 1. *capit.* 26. *num.* 8. *& 9 Gob. conſult.* 68. *num.* 21. *& ſeq. lib.* 2. *Capon. diſcept.* 90. *num.* 37. *& diſcept.* 313. *cap.* 3. *num.* 37. & ſcribentes occaſione novæ Gabellæ impoſitæ poſt tumultum Neapolitanum de anno 1647. quo tempore gabellæ omnes fuerant ſublatæ *Petron. apud Capon. poſt conſult.* 398. *num.* 20. & difficultatem conatur ex facto evitare ſcribens in contrarium *Andreaſſus apud Aget. de æror. tom.* 2. §. 7. *de immunit. poſt quæſt.* 9. *ex num.* 36. *idem Aget. quæſt.* 1. *num.* 42. *& quæſt* 9. *num.* 6. *in fin. Romaguer. ad Conciol. lib.* 1. *rubr.* 63. *num.* 21. *Altim. de nullit. d. quæſt.* 1. *ſub num.* 50. §. *ſic non iuvat* plene *De Marin. ad Reverter. obſerv. ad deciſ.* 438. *per tot.*

Sed iterum reaſſumendo intermiſſam huiuſce immunitatis hiſtoriam mortuo Patre, quod attinet ad exemptionis continuationem in filios poſt exactiſſimam rimationem antiquior, quæ ſe offerat gratia, & quæ aſſeritur prima in variis ſucceſſivis informationibus,
10 emanavit de anno 1557. ita concepta „ *queſta è coſa ſtraordinaria*, „ *nondimeno Sua Eccellenza ſe ne contenta, mentrechè ſtaranno inſieme ſolamente, e finchè il minore abbia diciotto anni, e non altrimenti* „

Hoc autem talium conceſſionum primordium liquido ſua forma patefacit, privilegii durationem in filiis quamvis in communione viventibus uti irregularem fuiſſe conſideratam, & de rigore non competentem, quod expreſſe, & litteraliter etiam ſubſequentibus temporibus declaratum habemus. Sic de anno 1635. occaſione precum Filiorum Senatoris Prinzivallis Stufa Principi repræſentatum
11 fuit in informatione „ *queſta eſenzione, come perſonale ceſſa per la* „ *morte del Padre* „ & non obſtante communione, in qua vivere obrulerant Supplicantes Princeps reſcripſit „ *agli Ordini* „ ſicuti de eodem anno gratiam denegaverat in ſimilibus terminis Filiis Ruberti
12 Falconieri per reſcriptum „ *Non altro* „ atque ne longa reſcriptorum collectione iterum agamus laudabiliter actum ſufficit allegare deducta de anno 1638. per eius temporis Auditorem Reformationum Alexandrum Victorium, qui informando preces filiorum Equitis Petri Bonamici Pratenſis Principi expoſuit „ *ſebbene in punto* „ *di ragione forſe la più vera opinione è, che tal privilegio non du-* „ *ri dopo la morte del Padre, eſſendo conceduto a lui, per l' aggra-* „ *vio che ha, dell' alimentare tanti figli, e pel benefizio fatto dal me-* „ *deſimo alla Patria di riempirla di tanta figliuolanza, neſſuna di* „ *queſte ragioni può applicarſi, perchè anco dopo di lui devino del me-* „ *deſimo privilegio godere i ſuoi figliuoli* „ poſtea varia exempla ſubtc-

rexens modo denegaræ, modo benignirer indultæ exemptionis, iſta-
que diverſitas reſcribendi cum poſterius etiam vigueric, hinc ino- 13
levit ſtylus, & in conſuetudinem abiit, ut quotieſcumque hi ſup-
plices libelli offerrentur, exponerenr ſemper Miniſtri, fuiſſe in con-
ceſſione variatum, ſicur & expoſitum fuir ſupplicantibus ipſis Filiis
Domini Equitis Nicolai Ridolfi anno 1661. Quæ perantiqua praxis
nec noſtris temporibus intermiſſa fuit, licer hodie invariabiliter an-
nuere ſoleat Regia Munificentia in beneficiis ſuis excreſcens, quaſi 14
iuxta verba relata in *cap. prudentes 1. de donation.* „ niſi in benefi-
„ ciis ſuis ereverit nihil ſe præſtitiſſe putet „.

Sed ex hac irrefragabili diverſitate ex ſupra relatis, & aliis
informarionibus Iuriſconſulriſſimorum Virorum confirmatur apertiſ-
ſime quod in primo articulo direbamus *num. 14. & ſeq.* opinionem 15
ſcilicer volentem de Iuris rigore immuniratem mortuo Patre tran-
ſire ad filios in communione vivenres, hic non fuiſſe recepram. Quæ
enim de Iurc ſunr non ignorar Prineeps, nec in eis decipitur, ſi-
cuti agens de Sereniſſimo Magno Æcruriæ Duce dixi *Ego dec. Florent.* 16
69. n. 2. & quæ competunr ex iuſtitia, omnibus æqualirer miniſtrat,
& concedit, non magis uni, quam alteri Iura ſua cuique ſervando
uti primus Iuſtiriæ fons *Goſſuvin. ad Carpzov. iuriſpr. foren. part 3.* 17
conſt. 28. ad defin. 16. n. 1. Caracc ſpecul. Princ. lib. 4. cap. 2. verſ. non
iniuſte Solorz. de iur. Indiar. lib. 4 cap. 9. n. 50. & ſeq. & lare deductum
fuir per me uri Aſſeſſorem Montis Pietatis in *Florentina Depoſitorum*
26. Novembris 1726. §. *Princeps enim* ſemperque Principes de Iure
reſcribere credimus *Leg. 2. Cod. de diverſ. reſcript. Leg. ult. Cod.* 18
de edend. cum alii per *Gonzalez. in capit cauſam n. 6. de reſcript.*
Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 43 & 44.

Quoties itaque ſuperſtitibus filiis Principi placuit aſſentiri, hos ſibi
ipſe elegit, & præſcripſit limires numquam præregreſſos, ur immunitas
bona paterna non excederet, ipſique D. de Ridolfis, quamvis iterate la-
ceſſiti nec unum conrrarium reſcriptum, nec grariam ad exemplum 19
deducibilem afferre valuere, quæ tamen exemola longiſſima ſerie ducta
uſque a prima gratia anni 1557. ſupra memorara, plurima, & uniformia
pro reſtrictione dabantur ex parte Officii Decimarum, quibus nedum
plene concludebarur obſervantia negariva, & ex non facto, ſed af-
firmativa, & poſitiva, quod immunitates coaceſſæ filiis ita fuerint
ſemper conſtantiſſime abſque ulla interruptione coarctatæ, & limi-
raræ; obſervantiam aurem fidiſſimam eſſe privilegiorum interpretem,
eaque licet generalia ſecundum uſum, conſuerudinem, & poſſeſſio-
nem fore intelligenda, æſtimanda, & declaranda docent communiter 20
per notos *Textus in cap. cum dilectus de conſuetudine, cap. quod di-*
lectio de conſanguinit. & affinitat. Leg. ſi de interpretatione Leg. mi-
nime ff. de Legib. Larr. allegat. fiſcal. 10. n. 2. alleg. 11. n. 10. &

allegat. 58. *num.* 27. ubi citat Rotam Noſtram Florentinam *& alleg.* 92. *n.* 2. *Faiard. alleg. fiſcal.* 1. *num.* 270. *& alleg.* 22. *num.* 113. *& 114. & allegat.* 33. *num.* 1184. *Gob. conſ.* 18. *num.* 36. *tom* 1. *Klock de contribut cap.* 19. *num.* 675. *& ſeq. & cap.* 20. *num.* 92. *& ſeq. Balmaſed. de collect. quæſt.* 46. *num* 7. *verſic. in quo multum De Luc de Regalib. diſc.* 47. *num* 9. *& diſc.* 167. *num.* 8. *&* 11. *Cobell. ad Bull. bon. regimin. cap.* 42. *num.* 60. *Campell. ad Conſtit. Ducat. Urbin. decret.* 26. *num.* 31. & Auditor Fiſcalis *Æmilius Lucius poſt Giroud. de Gabellis deciſ.* 39. *num.* 9. *&* 10. late *Rot. Romana poſt meam deciſ. Florent.* 33. § 3. *num.* 57. *& ſeq.*

Quare Dominis Fratribus de Ridolfis undique deficiebat præſidium, cui poſſent valide inniti, cum procedendo iuxta opinionem merito in hac inclyta Civitate receptam, nec verum eſſet ipſis Ius Commune patrocinari, nec gratia, quam opponebant ita legebatur exarata, ut prædictam inveteratam, inconcuſſam, uſitataraque reiiceret interpretationem, tamquam ita concepta „ *concedeſi durante* „ *la comunione de' ſupraddetti maſti* „ maxime cum ſimilia prorſus reſcripta facta per eadem verba „ *concedeſi durante la comunione* „ de anno 1656. Fratribus de Benſis, de anno 1657. Laurentio Antonino, & Fratribus de Gallis, de anno 1658. Iacobo, & Fratri-
21 bus de Vantuccis, aliaque proxima conceſſioni reportaræ de anno 1661. per Dominos Fratres de Ridolfis, de qua diſceptabatur, imo & ampliora magiſque univerſalia per ſimplex verbum *concedeſi*, non ſine reſtrictione, & limitatione ad ſola bona paterna habuere effectum, & fuere exequuta, quo pacto ſpecifice concluſa remanebat
22 obſervantiæ probatio, etiam quoad reſcriptum ipſum in quæſtione cadens, prout faciendum monent *Larr. alleg. fiſcal.* 92. *num.* 4. *Faiard. allegat. fiſcal.* 22. *num.* 107. *&* 117. *ad* 120 *& alleg* 32. *n.* 78. 79. *&* 80. *Manſ. conſ.* 360. *num.* 35. *& conſult.* 379. *num.* 13. *Altimar. de nullitat. rubr.* 12. *quæſt.* 1. *num.* 112. *tom* 2. *Rot. Florent. deciſ.* 20. *num.* 24 *cor. me Rot. Roman. inter noviſſime impreſſ. cor. Eminentiſs. Falcon. miſcell. tom.* 4. *deciſ.* 74. *num.* 12.

Eoque fortius ab huiuſmodi ſtylo nobis recedere non dabatur ex quo ageretur de uſu, nedum Principi noto, & ab illo approbato, ſed cuius ipſe auctor extitit quamplurib. reſcriptis ſuis, eum non aliunde originem traxerit conſuetudo coarctandi gratias ad ſola bona paterna, quam ab ipſo Principe ſic volente, & iubente,
23 prout uſpe a priſcis temporibus uſu venit, cum de anno 1557. quo prima talium conceſſionum ad nos effluxit memoria Principi propoſitum fuerit „ *trattandoſi per quelli medeſimi beni, dei quali ſuo Padre* „ *è eſente, e non per quelli, che di nuovo eſſi, o alcuno di eſſi ac-* „ *quiſtaſſe* „. & ab eo tempore impoſterum continuis ſupremis placitis hæc limitatio ſit confirmata; non deficiente etiam eius ſpecifica,

fica, & particulari scientia, & ordine in casu nostro individuali filiorum Domini Equitis Nicolai Ridolfi, nam sequutis inter eos quibusdam donationibus, revocataque in dubium dissolutione communionis; Princeps per Senatorem Laurentium Corsini tunc Decimarum Provisorem ita ipsis Dominis de Ridolfis consulere dignatus est de anno 1699. „ *comanda il Padrone Sereniſſimo le faccia ſapere,* „ *che vuole, che il Sig. Cavaliere Gio. Franceſco, e Sig. Ottavio, e* „ *Signor Ferdinando del quondam Cavaliere Niccolò Ridolfi continuino* „ *nell' eſenzione, che già fu conceſſa al Cavaliere Niccolò loro Padre,* „ *e continuata dipoi in tutti li ſuoi figli, riſpetto però ai beni pervenuti per la morte di loro Padre, e tutto non oſtante la donazione, ec.* „ quo pacto Principe ipso in quæstione proposita sententiam dicente silet omnis controversia, nobisque sola relicta 24
est obsequii gloria, uti ex Terentio dixit *Rota Nostra in Florentina Retractus coactivi* 24. *Decembris* 1728. §. *uno verbo cor. Domino meo Audit. Finetto*, & de eodem Sereniſſimo Magno Duce nostro in *Florentina Commendæ de Concinis* 13. *Septembris* 1715. §. *Ratio ſiquidem coram Domino meo Audit. Bonſinio Sen.* & me uno ex Iudicibus *in eadem Cauſa* 29. *Iulii* 1718. *num.* 13. *cor. bo. me. Aud. Bellutio*, *Egomet* uti Assessor Montis Pietatis *in Florentina Pecuniaria* 12. *Maii* 1727. §. *neque hanc veritatem*, & consuetudinem Principi notam, & qua ipse usus est legem ipsam superare, cui derogare valet notat in hac nostra præcisa Immunitatis materia *Ardizzon. apud Gob poſt conſ* 68. *num.* 9. & 14. *tom.* 2. 25

Ergo fidelis exequutor huiusmodi gratiarum, in quonam defecit Supremus Magistratus, si rescriptum obtentum per filios Domini Equitis Nicolai Ridolfi adiecta limitatione ad bona paterna exequutus est eandem servans æqualitatem, quam omnibus unus servaverat, cum huiusmodi concessiones hanc haberent conditionem ordinariam factaque esset tanquam illis tacita, & naturalis, uti patet ex phrasi, quæ in informationibus usque de anno 1632. iam invaluerat testante Laurentio Usimbardi tunc Reformationum Auditore ad preces filiorum Panzanini de Panzaninis „ *le grazie fatte in ſimili caſi ſi ſon ſempre inteſe, ec. e per i medeſimi beni, per i quali fu eſenzionato il Padre* „ eadem formula passim successivis temporibus adhibita. 26 27

Privilegium vero, quamtumvis amplum non referendum est ad ea, quæ non solent concedi, contra consuetudinem Principis, contra usum regionis, quasi illa duo potissima videantur etiam in eius intelligentia attendenda de quibus *Iuriſc. in Leg. ſi ſervus plurium* 50. §. *final. ff. de legat.* „ ante omnia ipsius Patris familias consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est exquirenda „ itaut posita inveterata consuetudine quædam particularis expressio ad eius 28

derogationem videatur neceſſaria, iuxta alia verba *Text. in Leg ſi*
29 *quis in princip. 22. ff. de legat. 3* „ ſed hoc ita locum habebit, ſi
„ ſpecialiter dixerit prioris voluntatis ſe pœnituiſſe, & voluiſſe
„ legatarius plura legata accipiat „egregie *Larr. alleg. fiſcal. 11. n.*
9. „ ibi „ quia ſemper in Hiſpania ex omnium Senatuum decretis
„ eam interpretationem prædicta privilegia obtinuerunt, ut gene-
„ ralis exemptio a ſolutione Gabellarum ſolum procedat in vendi-
„ tione rerum, quæ ex propriio patrimonio, & cultura procedetent,
„ non vero quando ex negociatione contractus fierent, & minime
„ ſunt mutanda, quæ interpretationem certam habuerunt „ *&*
num. 10. & 12. Rocc. Iſelan. cap. 71. num 28. & cap. 189. num.
21. Cepparell. reſolut. fiſcal. 18 num. 29. Capiblanc. de offic. Baron.
pragmat. 8. cap 63. num. 13. Cobell. ad Bull. bon. regimin. cap 2.
num 33. Surd. deciſ. 129. num. 19. in fine Franc. deciſ. 509. num
2. ibique De Luc. num. 1.

Propterea attendendæ potius viſæ non ſunt ſententiæ, quæ ad
30 relationem Aſſeſſorum Decimarum Curini, & Farinolæ adducebantur
prolatæ, nempe, *de anno 1647. in Cauſa Lucardeſi, de anno 1671.*
in Cauſa Marucelli, de anno 1676. in Cauſa Quarateſi, & de anno
1677. in Cauſa Freſcobaldi, & de anno 1682. in Cauſa Nardi, firmantes pro bonis a Filiis poſt mortem Patris acquiſitis immunitatem competere.

Quandoquidem omiſſo particulari examine cuiuslibet caſus in ſuis propriis circumſtantiis, omnes in ea pares, & æquales ſunt, quod cum Magiſtratus Supremus exemptionem in unoquoque reſtrinxerit ad bona paterna, pronunciantur talia decreta irrita, & nulla, tanquam immutantia, & alterantia quod Princeps mandaverat, quando e converſo hæc potius, quam limitatio contraria, erat modificatio conſona menti Principis, & ex eius tacita voluntate
31 proveniens, tamquam non aliter indulgere conſueti. Itaque eiuſdem ſuprema conſuetudo in nulla ex dictis relationibus legitur conſiderata, quæ modo antiquis revolutis gratiis longo ordine probabatur, & tunc quoque deduci poterat, cum non multum remoto
32 tempore a reſcriptis, ſuper quibus dictæ ſententiæ emanarunt teſtatus fuerit Auditor Reformationum Alexander Victorius in informatione precum Iacobi, & Fratrum de Paolis de anno 1643. „ *nè mai*
„ *ſi vede conceduto, che ſi eſtenda ai beni acquiſtati dai Figli* „ & per conſequens huiuſmodi relationes, vel principale fundamentum non examinantes, vel procedentes cum erroneo dictæ nullitatis ſup-
33 poſito non erant traendæ ad conſequentiam *Leg. quod vero contra*
rationem ff. de Leg „ ibi „ quod vero contra rationem iuris recep-
„ tum eſt non eſt producendum ad conſequentiam „ *Balduec. ad Ra-*
mon. conſ. 70. num. 59. Samminiat. controv. 14. num. 154. Rot. cor.
Dieh.

Rich. deciſ. 162. num. 23. cor. Otthobon. deciſ. 224. in fine, & dec. 263. num. 9. & cor. Eminentiſs. Falconer. tom. 2. tit. 19. de iurepatronat. & Cappell. deciſ. 4. num. 8. & deciſ. 5. num. 6.

Et ita &c.

Iacobus de Comitibus Aſſeſſor, & Relator.
Ioſeph Maria de Caſaregis Rotæ Auditor.
Io. Bonaventura Neri Badia Auditor.

DECISIO XLIII.

EADEM FLORENTINA PRÆTENSÆ EXEMPTIONIS SUPER OBSERVANTIA RESCRIPTI.

ead. die 15. Martii 1730. coram Audit. IACOBO DE COMITIBUS.

ARGUMENTUM.

OBſervantia Immunium declarat immunitatis conceſſionem, & per quod tempus continuantes in ſolutione onerum proprio iuri præiudicent. Indebitum in materia gravedinum & collectarum quando ſit per repetentem plene, & concludentes probandum, quando non.

SUMMARIUM.

1 *Reſcripta conſiderantur in tripliei diverſo ſtatu, & qualis ille ſit.*
2 *Patres immunes ob duodecim liberos ſuſceptos ſubſtentantes aliquod onus ſicut cæteri cives oſtendunt quoad illud immunitatem non ſuffragare.*
3 *Agens ad repetitionem Datii, & Gabellæ, collectæ, indebitum plene, & concludenter probare debet.*
4 *Intellige ſi agatur de ſolutione voluntaria, & ſpontanea, non de neceſſaria, & coacta.*
5 *Coacta dicitur qua ſit rigoroſis Publicanis, & duris Exactoribus.*
6 *Secus ſi abſque ulla proteſtatione facillima ſub iuſtiſſimo Principe pacifice continuata fuerit per multos annos.*
7 *Gratia licet generalis trahenda non eſt ultra ſolitum quoties contrarium ſpecifice non exprimatur.*
8 *Pater immunis continuans in ſubſtentatione onerum per triginta, vel quadraginta annos ſibi præiudicat in futurum.*
9 *Novitates ſunt ſemper fugiendæ, uti Reipublicæ præiudiciales.*
10 *Uſus primo, & ante omnia ſpectandus eſt in materia Gravedinum, & Collectarum.*

ULtimo tandem cum reſcripta in triplici diverſo ſtatu ſoleant conſiderari in lingua Principis, a qua pendet gratia, in ſcriptura, in qua conſiſtit teſtimonium in exequutione, ex qua habemus commoditatem, uti
1 ex *Baldo* ſcite advertit *Borell. lib. 2. de Magiſtrat. Edict. cap.* 10. quoad Principem iam patuit qualis fuerit eius regalis ſenſus, quoad ſcripturam iam probavimus, ſimilia reſcripta ſemper cum dicta reſtrictione fuiſſe intellecta quoad exequutionem ipſimet filii Domini Equitis Nicolai Ridolfi Decimam perſolverunt reſpectu bonorum acquiſitorum poſt obitum Patris ab anno 1661. uſque ad ann. 1721. quin unquam auſi fuerint reclamare, & talis oneris ſuſtentationem tenuere in ea pacifice continuantes ad inſtar cœterorum Civium, unde his replicatis ſolutionibus, & frequentibus actibus etiam ipſi concurrerunt ad roborandam, &
2 firmandam conſuetudinem ſupra expenſam, eiuſque facti ſunt partes, quemadmodum in hac noſtra exemptionis ſpecie ponderant individualiter *Petron. apud Capon. cit. diſcept.* 398. *num.* 7. 8. *&* 9. *Aget. de æver. tom.* 2. §. 7. *de immunit. quæſt.* 9. *num.* 5. *in fin.*

Præterea procedendo cum generalibus regulis indebiti, ea eſt notiſſima, quod illud non præſumatur, ſed ab allegante ſit plene, perfecte, & concludenter probandum, itaut ad effectum evitandi reſtitutionem ſola poſſibilitas, & veriſimilitudo ſufficiat, quod aliquo
3 modo debitum ſubſiſtere valuerit ad notata per *DD. in Leg. cum de indebito ff. de probat. cap. fin de ſolution.* & in præciſis terminis reperitionis Collectæ, Datii, Gabellæ, firmarunt *De Luc. de regalib. diſc.* 68. *num.* 9. agens de noſtra Decima *bo. me Aud. Urceol. in relatione facta Officialibus Decimarum in Cauſa RR. PP. S. Spiritus* 13. *Maii* 1693. §. *la ragione quanto al decorſo*, & generaliter *Rota Florent. cor. eod. Urceol. deciſ.* 10. *num.* 24. cum aliis relatis per me *deciſ. Florent.* 23 *num.* 20. *& ſeq.* & me quoque volante in *Florentina Intereſſe, ſeu Pecuniaria* 18. *Auguſti* 1719. §. *præterea cor. D. meo Audit. Vieri.*

Non relevante, quod hoc procedat in indebito voluntario, & ſponaneo, non in ſolutione coacta, & neceſſaria, qualis ea dicatur, vel quæ coacte fit, vel ad quam quis cogi poteſt ex late traditis
4 per *Altimar. de nullitat tom* 3. *rubr.* 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 2. *num* 64. *Rota Florent. in Florentina Repetitionis indebiti* 4. *Septembris* 1693. *num.* 60. *& ſeq. cor. Bellutio.*

Quoniam quidquid ſit de rigoroſis Publicanis; & duris exactoribus, ad quorum audaciam compeſcendam propoſuit Prætor edictum *de Publicanis, & Vectigalibus*, quibus quod ſolutum eſt, coacte

de ſolutum ſemper cenſeri poteſt, uti proſequitur *Card. De Lue. de regalib. d. diſc. 68 num.* 10. in caſu noſtro ipſimet Fratres de Ridolfis decreto Supremi Magiſtratus exemptionem ad bona paterna limitanti ſponte acquievere, eius exemptionem poſtea petentes coram Officialibus Decimarum, & continuantes in tot reiteratis ſolutionibus, quot ſupra enumerati effluxerunt anni abſque ulla, vel minima proteſtatione, vel reclamatione, quæ tamen facillima erat ſub Clemenriſſimo Principe, & æquiſſimis eius Miniſtris, ſicut ad comprobandam ſolutionem ſponraneam gravedinis pondetant *Cepparell. reſolut. fiſcal.* 120. *ex num.* 8. *& ſeq.* & in puncto noſtræ Decimæ *Rot. Florent. cor. Urceol. deciſ.* 49. *num.* 11. 12. *&* 13. 5 6

Superfluum tamen videtur immorari ſuper requiſitis neceſſariis ad repetitionem indebiri, cum undique ex deductis deficiat tale ſuppoſitum, gratioſumque Reſcriptum extendi non valeat ad bona per ipſos Fratres acquiſita poſt geniroris mortem ex fundamentis huc uſque relatis, & ſignanter quia gratia, licet generalis trahenda non ſit ultra ſolitum, quoties contrarium ſpecifice non exprimatur, ut probavimus variis congeſtis auctoritatibus in 2. *artic. n.* 26. quibus addo plene confirmantem *Creſp. de Valdaur. part.* 2. *obſerv.* 86. *ex num.* 20. *ad fin. Faiard. alleg. fiſcal.* 7. *num* 10. *verſ. alia quod privilegia de Marin. ad Reverter. deciſ.* 38 *num* 6. *&* 7. 7

Quamquam ſuppoſita hac voluntaria per ſexaginta annos Decimarum ſolutione alia ad evitandam reſtitutionem adducerentur ſubalterne, & ad abundantiam ex *Urceol d. deciſ.* 49 *ex num.* 14. *& ſeq. ad finem*, cui conſonant in terminis Patris immunis continuantis in ſuſtentatione onerum per triginta, vel quadraginta annos tradita per *Adden. ad Sanfelic. deciſ.* 391. *ad num.* 7. *in fin.* „ ibi „ niſi ſolutio eſſet continuata ſpatio triginta annorum „ *Romaguer. ad Coneiol. ad Statut. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 63. *num.* 24. „ ibi „ „ niſi ſolutio fuerit per legitimum ſpatium continuata „ per notos *Text. in cap. accedentibus, cap. de terra de privileg.* cum aliis *per Aget. de erar. tom.* 1. §. 2. *de immunitat. funct. fiſcal.* in quibus inſiſtere non oportuit. 8

Concludednndo igitur eum generalis conſuetudo Principis non ſine reſtrictione ad bona paterna obſecundate ſoliti expoſcentium votis, cum ſpecialis obſervantia intelligendi iuxta hunc ſenſum generalia reſcripta; eum denique factum ipſum Dominorum de Ridolfis ſuaderent, quod declarare indebita tanto tempore abſque ulla conqueſtione perſoluta, nil aliud importare poterat, quam novitatem publicæ rei periculoſam, & Principis Ærario præiudicialem ſuppeditando etiam uberem materiam litigandi aliis, qui patia reſcripta obtinuerant, ideo a ſolito unanimiter recedendum non duximus, & ita retulimus ſequentes monitum de quo *Patrici. de Re-* 9

pu-

publ. apud Gonzal. in cap. cum consuetudinis 9. de consuet. litt. C „ ibi „ Civitatis Statum diligant, contentique eo nihil moliantur, nil agitent „ quod alienum, novumque sit; sed eam viam ire pergant quam „ maiores instituerunt, quæque aliorum vestigiis attrita fuit; nova- „ rum enim rerum studium semper Rempublicam labefactare solet „ & in materia onerum, & collectarum spectandum primo, & ante omnia alia antiquum usum per *Text. in Leg. missi Opinatores* „ ibi „ „ consuetudine servata regionum „ ubi scribentes *Cod de exact. tribut. lib.* 10. *Leg. final.* §. *sed & quæ* „ ibi „ ex Lege Civitatis suæ, „ vel more „ *ff. de muner. & honor.* tradunt *Gayll. lib.* 2. *observ.* 52. *num.* 18. *& seq. Episc. Rocc. cap.* 85. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. *& n.* 16. *&* 17. *Petron apud. Capon. discept. forens. cap.* 398. *in fin. Balmased. de collect. quæst.* 48. *num.* 5. *in fin. Cohell. ad bull. bon. regimin. cap.* 50. *num.* 252. *Klock. de contribut. cap.* 2. *num.* 96. ubi plurimi *& cap.* 5. *n.* 110. *&* 115. *Vivian. decis.* 255. *n.* 27. *& seq.*

Et ita utraque Parte acriter informante &c.

Iacobus de Comitibus Assessor, & Relator.
Ioseph Maria de Casaregis Rotæ Auditor.
Io. Bonaventura Neri Badia Auditor.

DECISIO XLIV.

FLORENTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

diei 5. *Iulii* 1730. *cor. Advoc.* Equ. Io. Francisco Quaratesi.

ARGUMENTUM.

EX dispositione *Statuti Florentini lib.* 2. *rubr.* 57. firmatur venditionem bonorum debitoris favore Creditorum factam non aliter tenere, quam nisi præcedat, æstimatio, & hæc per duos Loci peritos ubi bona sunt sita perficiatur. Concessa facultas intelligitur prout de iure exerceri solet. Mandatum regulatur generaliter a voluntate mandantis.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Florentinum lib.* 2. *rubr.* 57. *quid requirat circa electionem Peritorum in venditione bonorum debitoris eiusque ratio* n. 4.

2 *Qui contra Statutum agit nulliter agit, ideoque gravat Creditores, quorum interest debitorum bona æstimari iuxta municipalem dispositionem* ut num. 3.

5 *Uti*

5 *Ubi præſertim arguatur partes noluiſſe recedere a diſpoſitione Statutaria circa electionem Peritorum.*

6 *Ideoque Peritos eligendi non præſumitur ampla, & illimitata Magiſtratui data facultas.*

7 *De natura obſervantiæ eſt ut declaret animum agentis.*

8 *Si facultas eligendi conſumpta fuit in primo actu ſecunda electio non valet.*

9 *Is qui facultatem habet novam electionem faciendi, iiſdem conditionibus facere debet, quibus fecit primam.*

10 *quodcumque mandatum regulatur a voluntate mandantis.*

11 *Facultas conceſſa intelligitur ut exerceri ſolum poſſit, ſicut de Iure Communi, vel municipali exerceri ſolet.*

IN executionem ſententiæ Graduatoriæ omnium Creditorum ſuper Patrimonio Domini Doctoris de Luzzis Debitoris, electi fuerunt a Partibus Periti Æſtimatores, ad hoc, ut comperto legittimo valore bonorum, exponi ea ſubinde poſſent, iuris ordine ſervato, publicæ ſubhaſtationi. Periti ſic electi adeo læſivam, & exorbitantem æſtimationem peregerunt, ut non ſolum Dominus Luzzius eorum relationi renunciaverit, verum etiam criminaliter contra eos tanquam falſarios periurios egerint Creditores, & a Iudice condemnari obtinuerint; hac propterea de cauſa devenrum fuit ad novam Peritorum electionem, quorum alter nominatus a Domino Luzzio cum non eſſet de loco, ubi ſita erant bona, reiectus fuit inſtantibus Creditoribus a Dominis Legum Conſervatoribus, coram quibus agitabatur hoc Iudicium Concurſus, & in illius locum ſuffectus Io. Franciſcus Zaccherius, qui adeo diſcors in ſumma, & quantitate valoris fuit ab altero Perito electo a Creditoribus, ut neutiquam Iuſtitiæ conſonum duxerit idem Magiſtratus Dominorum Conſervatorum Legum, adhibere remedium in ſuis caſibus, & circumſtantiis, cœteroquin optimum, & iuridicum electionis tertii Periti, licet pro ea inſtaret Dominus Luzzius, ut patet ex Decreto dicti . . . . .

Rebus ita infectis, cupientes Partes aliquando pervenire ad concluſionem huius æſtimationis bonorum, mutato conſilio, unanimi conſenſu contulerunt facultatem nominandi Peritos eidem Magiſtratui, qui ſub die prima Martii 1729. ad tramites prædictæ facultatis elegit in Peritos æſtimatores Antonium Dominicum Gherardum, & Octavium Duccium ambos Caſentinenſes, & diſtrictuales loci, ubi erant bona Domini Luzzi Debitoris. Huic Decreto, & nominationi Peritorum ſe oppoſuit Dominus Luzzius, & licet nihil in actis deduxerit, ac probaverit contra iſtorum Peritorum electionem, eorum tamen revocationem obtinuit a Magiſtratu, qui in eorum locum nomi-

minavit Stephanum Zocchium, & Ioannem Socium, ut patet ex Decreto 24. Martii 1729. quod subinde confirmatum fuit ad relationem Domini Advocati de Berardis Collegæ sub die 4 Aprilis 1730. licet frustra reclamantibus Creditoribus; quamobrem perita a Creditoribus restitutione in integrum, a prædictis duobus postremis decretis, & commissa mihi causa, retuli constare de causis restitutionis in integrum, & successive eligendos esse a Magistratu Peritos de loco districtu, sive Vicariatu, ubi sunt bona D. Luzzi debitoris.

Motus fui ad ita referendum, quia nostrum Statutum *lib. 2. rubr. 57.* literaliter disponit, quod earenus valeat, & teneat venditio, vel in solutum datio favore creditorum, quatenus præcedat æstimatio facta per duos bonos, & legales homines (sunt verba Statuti) Populi, Communis, vel loci, ubi sita essent talia bona, eligendos coram Iudice, Parte præsente, vel absente, tamen legitime citata ec. & si requisitus non comparuerit coram dicto Iudice intra terminum ab ipso statuendum, tunc fiat, & fieri possit dicta electio per dictum Iudicem; ex quibus verbis planum est, duo copulative requirere Statutum, ad hoc, ut rite, ac recte alienentur bona Debitoris: primum nempe, quod præcedat æstimatio: secundum vero, quod hæc æstimatio perficiatur per duos Peritos loci, ubi
1 bona sunt sita, ut in terminis huius nostri Statuti notat in puncto *Asin. de exequt. § 4. cap. 9. num. 2. & num. 6. 7.* quem sequitur *Posth. inspect. 47. num. 54 & seq. Pacion. de locat. capit 35. §. 5. num 22 23. Rot. Nostr. Florent. apud Palm. decis. 366 num. 1. & seq.* Quamobrem cum Magistratus Conservatorum Legum recesserit ab electione iam facta Peritorum de loco, ubi erant bona æstimanda, & in eorum locum nominaverit alios exteraneos contra formam
2 a Statuto expressam, inde sequitur, quod nulliter, & iniuste processerit in hac nova electione, ut prosequitur *Asin. d. cap. 90. n. 5. 6. Papon. de arrest. lib. 16. tit. 3. de restit. in integrum arrest. 15. Fenzon ad Statut Urb. cap. 194. num. 41. Posth. d. inspect. 47. n. 55. & seq. Tusc. in verb. Peritus concl. 286. n. 41. & n. 71. & seq. usq. ad fin.* ac per consequens evidenter gravavetit Creditores, quorum intererat, ac interest, quod bona debitoris æstimentur iuxta
3 dispositionem municipalem *Rebuff. de sentent. exequut. art. 3. gloss. 2. num. 10. Magon decis. Lucens. 22. num. 14. Rugginell. de appellat. §. 2. cap. 1. num 127.*

Et ratio est manifesta, quia Periti, & æstimatores eiusdem loci multo melius rei qualitates, redditus, & consequenter pretium
4 scire præsumuntur, ut ponderat *Posth. dicta inspect. 47. num. 56.* & ideireo Statutum vult, quod isti Periti de eodem loco, aut de loeis vicinioribus eligantur, ut nimirum æstimatio sit magis iusta, & præcisa, quam fieri possit *Asin. d. cap. 90. n. 7.* ubi quod hæc est ratio Statuti, licet in litera non expressa. Au-

Authoritati, & rationi accedit factum, & ſæpius inculcata voluntas ipſarummet Partium, quæ ſemel, atque iterum elegerunt viros de loco, & diſtrictu, licet eorum æſtimationes, utpote nimis exorbitantes, & diſcordes nullum habuerint effectum, imo quia in ſecunda electione Dominus Luzzius nominaverat Peritum extraneum, & non habitantem in loco, ad inſtantiam Creditorum ſeſe viriliter opponentium, coactus fuit a Magiſtratu ſubrogare in illius locum Ioannem Franciſcum Zaccherium; ex quibus replicatis actibus bene arguitur numquam voluiſſe Parrem recedere a diſpoſitione Statutaria circa electionem, & nominationem Peritorum, prout in ſimilibus terminis recte ponderat *Palm. Nep. allegat.* 100. *num.* 42. *& num.* 46. *& ſeq. Spad conſ.* 52. *num final. tom.* 1. *Card. De Luc. de cenſib. diſc.* 24. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 276. *n.* 13. *part.* 11. *& dec.* 520. *num.* 11. *part.* 13. *recent.* ac propterea multo minus cenſeri poteſt, quod tribuendo facultatem Magiſtratui nominandi Peritos intellexerint concedere facultatem amplam, & illimitatam, & maiorem illa, quæ in actibus præcedentibus uſæ fuerunt, argumento *Textus in Leg. ſi quod Cod. de inoffic. teſtam. Pichus ad Stat. Urb. lib.* 1. *cap.* 151. *gloſſ.* 7. *num.* 15. *Urceol. de tranſact. quæſt.* 22. *n.* 23. 5 6

Hanc veritatem, ſeu potius hanc iuſtiſſimam interpretationem ex tot circumſtantiis undique emergentem optime agnovit idem Magiſtratus, qui, quando in prima electione uti voluit facultate nominandi, non nominavit Peritos alienigenos, ſed locales, & diſtrictuales, quos unos probe ſciebat eſſe conformes tum Partium voluntati, cum etiam facultati ſibi tributæ, atque hac obſervantia concurrente tum ex parte litigantium, tum pariter ex parte Iudicis ceſſare mihi viſa fuit omnis ambiguitas ut eſt de natura obſervantiæ apprime declarantis animum agentis, ad tradita per *Rot. deciſ.* 316 *num.* 14. 15 *part.* 9 *& deciſ.* 520. *num* 9 *part.* 13. *recent. & cor Cerro deciſ.* 824. *num.* 7. *Dominus Auditor Caſaregi de commerc. diſc.* 38. *num.* 26. 27. *Rot. cor. Anſald. deciſ.* 47. *num.* 7 7

Urget igitur inevitabile dilemma, aut facultas data Magiſtratui conſumpta fuit per primum Actum electionis Peritorum, aut non fuit conſumpta; ſi primum, ergo ſecunda electio non tenet ex defectu poteſtatis *Leg. ſervi electione* 5. *& Leg. huiuſmodi* 86. § *Fiſcum ff. de Leg.* 1. *Larrea deciſ. Granaten.* 51. *num.* 13. *Rot. deciſ.* 33. *n.* 7. *part.* 15. *recent. & cor. Cerro deciſ.* 69. *n.* 18. *Anſald. de comm. diſc.* 30 *num.* 4. ſi ſecundum forſan ob aliquam iuſtam cauſam quam habuit Magiſtrarus recedendi ab electione iam facta, & tunc licet de hac iuſta cauſa nulla appareat in actis allegatio, & probatio, nihilominus iſta nova, & ſecunda electio cadere non poterat niſi ſuper duobus aliis Peritis pariter de loco, & diſtrictu, prout erant 8 9

pri-

primi electi, & prout unice patiebatur facultas in Magistratum collata, iuxta authoritates superius allegatas.

Hinc non obstat unicum obiectum quod sicuti Partes collitigantes potuissent unanimi consensu transgredi censuram municipalem, & nominate quoscumque Peritos etiam extraneos, ira eadem nominatio fieri potuerit a Magistratu, qui receperat hanc nominandi facultatem ab ipsis Partibus, adeout nominatio, ab eo facta haberi debeat, ac si illa facta fuisset tam a Creditoribus, quam a Domino Luzzio Debitore.

Nam omisso, quod ob circumstantias superius pondetatas, & præseferentes manifestam voluntatem circumscribendi, & coarctandi concessam facultatem ad limites Statuti, extranea prorsus redditur in concreto nostri casus huiusmodi quæstio, cum faculras, & generaliter quodcumque mandatum reguletur a voluntate mandantis, 10 *gloss. in cap. petitio 9. verb. intentio de Procurat. Cæphal. conf. 220. num. 36. Cyriac. controv. 278. num. 35. Cammerat. respons. 47. num. 31. & seq.* illud ulterius est animadvertendum, quod obiectum etiam in abstracto consideratum in iure non subsistit, cum facultas ita semper concessa intelligatur, ut ea exerceri solum valeat, prout 11 ea de iure, vel communi, vel municipali exerceri solet *Dec. conf. 146. num. 9 Rot. cor. Coccin. decis. 1604. num. 15. Surd. decis. 77. num. 4. 5. Rot. cor. Ninot. decis. 9. num. 5. 6.*

Et ita utraque &c.

Eques Io Franciscus Quarateſi Advoc. ex Colleg. Nob.

DECISIO XLV.

LIBURNEN. ALIMENTORUM

Sicci 4. Martii 1731. coram Cancell. FRANCISCO FABBRINI.

ARGUMENTUM.

Filiæ alimenta debentur primo per exclusionem a successione Patris, cui donec nuptui tradatur relicta sunt ex dispositione *Statuti Florentini lib. 2. rubr. 129.* secundo per *auth. res quæ Cod. comm. de Leg. &c.* cuius dispositio ad alimenta extenditur; denique ex impulsu charitatis in Patruo ex Lege Divina, Civili, & Canonica. Quid alimentorum nomine veniat, & quomodo alimenta taxari debeant resolvitur. Alimenta principio anni debentur & si facti quæstionem involvant, summa quædam assignatur in causam declarandam

dam diſtinguitur denique quando in domo alentis, vel ubi alimentarius velit præſtari debeant.

SUMMARIUM.

1 *Alimentorum præſtationi iure ſanguinis vel charitatis debitæ naturalis ratio obligat.*
2 *Alimentis in futurum præſtandis, nemo poteſt renuneiare.*
3 *Ius alimentorum cedi, & in alium transferri nullo pacto poteſt.*
4 *Alimenta ſibi auferre eſt ſibi mortem per indirectum inferre.*
5 *Super præteritis alimentis, cum non adſit vitæ periculum, valet renuneiatio, ceſſio, & tranſatio.*
6 *Qui alimoniam denegat, neeare videtur.*
7 *Ubi agitur de alimentis admitti appellatio debet ad effectum tantum devolutivum.*
8 *Filiæ per Statutum Florentinum ubi agnati ſint a ſucceſſione Patris excluſæ alimenta debentur donec nuptui tradatur.*
9 *Quæ deberentur etiamſi Statutum ea non reſervaſſet, imo etiamſi negaſſet* ut num. 10.
11 *Defectu Statuti Liburnen. ad Florentinum recurritur.*
12 *Fœminis excluſis tamquam in compenſationem excluſionis alimenta debentur, ideo etiam præterita peti poſſunt.*
13 *Alimenta debentur fœminæ etiam diviti, & aliunde proviſæ, quæ ab aliis etiam alimenta receperit* ut num. 54.
14 *Translatio Decimæ a perſona defuncti in eum, cui a Statuto datur hæreditas probat qualitatem hæreditariam, etiamſi non iuſtificetur translatio eius ordine, & conſenſu facta.*
14 *In electione Fideicommiſſarii eſt recognoſcere Fideicommiſſa a Fideicommittente, vel a gravato, ut per Statut. Gabell. rubr. 16. de Teſtament.*
16 *Si Fideicommiſſa recognoſcat a gravato, eximitur a ſolutione Gabellæ, ſed efficitur hæres gravati.*
17 *Iura, & actiones ſunt in hæreditate tamquam membra ſub capite, ideoque omnibus oneribus heres efficitur.*
18 *Qualitas hæredis expreſſa in Libris Decimæ relative ad portionem gravati non intelligitur de portione bonorum Fideicommiſſi, ſed de portione bonorum liberorum.*
19 *Sola mobilia, ut pecuniæ creditæ conſtituunt qualitatem hæreditariam.*
20 *Hæredibus, tamquam obnoxii oneribus hæreditariis ſpectat alere, & dotare Filias defuncti, non tantum ex bonis hereditariis, ſed etiam de proprio* ut num. 47.

21 *Auth. res quæ Cod. comm de Leg. ad alimenta etiam extenditur.*
22 *Etiamsi ageretur de filia spuria, nedum de legitima, & naturali.*
23 *Ex veriori opinione pro alimentis non competit hypotheca.*
24 *Competit vero actio personalis in rem scripta exercibilis ad instar hypothecæ contra bona ascendentium apud quemcumque.*
25 *Ideoque ope huius actionis fœmina descendens a Fideicommittente vincit super bonis Fideicommisso subiectis creditores omnes hypothecarios, aut quovis modo privilegiatos Fideicommissarii ea possidentis.*
26 *Ex opinione Rot Rom. pro dote extrahenda a Fideicommisso ascendentali competit fœminis ab eo descendentibus hypoteca a die obitus Testatoris.*
27 *Res obligatæ pro Dote sunt etiam pro alimentis, ideo pro dote hypothecatæ sunt etiam pro alimentis hypotecatæ.*
28 *Patruus, qui loco defuncti Patris habetur ad alimenta nepti præstanda Lege Divina Canonica, & Civili obligatur.*
29 *Patrui obligatio extenditur ad amitam, avunculum, & matereram.*
30 *Alimentorum quantitas arbitrio Iudicis relinquenda.*
31 *Alimentorum nomine, non solum cibaria, sed & vestes comprehenduntur.*
32 *Nec non omnia mobilia ad usum habitationis necessaria.*
33 *Item famulorum, & ancillarum salarium.*
34 *Expensæ tandem Medicorum, & medicinarum pro conservanda corporis salute, vel etiam recuperanda.*
35 *Etiamsi alimentarius ex propria culpa in manus Medicorum incidisset.*
36 *Supradicta procedunt, quando alimenta vel sui natura, vel culpa alere debentis extra domum eius sunt præstanda.*
37 *Si vero alimentarii culpa extra alentis domum præstanda essent in ea tantum quantitate taxari deberent, quam alens expendisset si alendum apud se retineret.*
38 *Pro regulanda alimentorum quantitate attendi debet personarum gradus, ideoque si sint Cives iuxta morem Civium* ut num. 39. *solitum Familiæ* ut num. 40. *mos regionis* n. 41. *vires Patrimonii* n. 42.
43 *Per Leg. anni 1645. imposita est Decima super domibus Liburni ad rationem scutor. 8. pro 100.*
44 *Propriæ facultates minui solent ad effectum minorem Decimam solvendi.*
45 *Cum Principe mitius agitur quam cum privata.*
46 *Alimenta regulariter ex fructibus cum ex proprietate solvi debent.*
48 *Ubi Fideicommissum per mortem Patris transitum fecit ad alium columnellum, dotes, & alimenta ampliantur.*
49 *Quæ quantitas solvatur pro alimentis puellarum educandarum in Monasteriis Florentiæ, & Pisarum.*

50 *Quæ*

50 *Quæ alimenta ex conſuetudine Romæ a Creditore ſuo Debitori carcerato præſtentur, & quæ Florentiæ ex diſpoſitione rubr. 35. Officii Stincharum.*

51 *In annuis præſtationibus principium anni attenditur, hic fortius ubi uſque a principio anni neceſſitas alimentorum urget.*

52 *Quando cauſa alimentorum quæſtionem involvit, quædam ſumma ſolet aſſignari in cauſam declarandam.*

53 *Exceptio non probatæ paupertatis alimenta non retardat.*

55 *Ubi alimenta per contractum, vel ultimam voluntatem debentur præſtari debent ubi alimentarius velit, alias una cum alimentarii favore induceretur ſervitus.*

56 *Item ſi per Statutum debeantur niſi ageretur de perſonis, quæ ratione patriæ poteſtatis apud alentem educari debent.*

57 *Ubi debita ſunt officio Iudicis ex quadam charitatis, vel humanitatis Lege in domo alentis ſunt præſtanda, niſi iuſta cauſa ſubeſſet divertendi a domo alentis ad auferenda ſcandala, quæ oriri poſſent* ut num. 58.

59 *Multa facta tenent, quæ a principio fieri non poterant.*

Limentorum præſtationem iure ſanguinis, vel charitatis impulſu debitam, denegandam non eſſe naturalis ratio ſuadet, quia ſicuti flamma combuſtibili pabulo deficiente eſtinguitur, ita deficientibus neceſſariis alimentis cum quibus nutrimur areſcit corpus noſtrum, & morimur ut perbelle *Ariſt. de longit. & brevit. vit. c. 2. verſ. cum autem alimentum impreſſ. Baſileæ a 535.* & propterea alimentis in futurum præſtandis nemo poteſt renunciare, *Petr. Barboſ. in Leg. 1. part. 4. n 73. ff. ſolut. Matrim. Samminiat controv. 175. num. 98. Torr. de pact. lib. 2. cap 21. num. 12. Cæval. comment. contra com. quæſt. 38. num. 28. Surd. de aliment tit. 8. priv. 56. num. 19 20. Peregrin. de Fideicomm. art. 36. num. 146. Galerat. de renunc. cent. 1. renunc. 50 num 3. Salgad. in labyrint. Credit. part 1 cap. 26. num. 14. Renad. de renunc. cap. 4. num. 34. Gob. de ſucceſſ diſc. 49. num. 4* nec ius alimentorum cedere, aut in alium quovis pacto transferre *Bartol in dicta Leg. ſi quis a liberis verſ. parens n 39. Surd. de alim. diſc. 8. priv. 36. per tot Salgad. in labyr. cred. d. cap. 26 n. 16 Molphes ad conſ. Neapol. part. 7. tit. de aliment quæſt. 10. Olea de ceſſ iur. tom. 3. quæſt. 8. n 29.* nec ſuper iis quavis de cauſa, aut quæſito colore abſque Prætoris auctoritate tranſigere *Leg. cum hi 8 ff. de tranſact. Leg. de alimentis 8 Cod. eod. Samminiat. d. contr. 175. n. 101 Valaſc. de priv. paup. part. 1. quæſt. 50. n. 19. Molin. de pign. lib. 2. tit. 1. quæſt. 24. n. 2. & n. 8. Gratian. diſcept. for. 257. n. 47. &*

1

2

3

discept. 969. num. 29. Urceol. de transact. quæst. 49. per tot. Valeran cod. tractat. tit. 3. quæst. 3. num. 2. quia sicuti gladio nemo potest seipsum interficere *Capzov. in prax. crimin. part. 1. quæst. 2. num. 25. Decian. tract. crim lib. 9. cap. 1. Farinacc. de Homicid. quæst. 128. num. 47. per tot. Conciol. resolut. crim. vot. decis. resolut. 8. per tot. Raynald. sign. rer. crim. cap. 7. part. 14. num. 19.* ita
4 non debet alimenta sibi auferendo mortem per indirectum sibimetipso inferre *Bald. in d. Leg. 8. Cod. de transact. num. 2.* ubi ponderat quod ex futuris alimentis pendet vita hominis, secus autem ex præteritis super quibus cum non adsit vitæ periculum valet re-
5 nunciatio, cessio, & transactio *d Leg. de alim. 8. Cod. de transact. Menoch. de arbitr. cas. 178. num 33. Castill. de aliment. cap. final. num. 12. Salgad. in labyrint. credit d. part. 1. capit. 26. num. 43.* & quemadmodum hæc omnia alimentario non permittuntur multo magis alere debenti denegatio alimentorum permitti potest, quia, ut
6 inquit *Ulpianus in Leg 4. ff. de liber. agnosc.* necare videtur *qui alimentam denegat Galerat. de renunc. cent. 1. renunc. 50. in princip. Mangil. de imput. quæst. 51. num. 8. Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 84. num. 3.* unde iam per Supremum Magistratum fuit condemnatus Dominus Carolus Maria Lorenzi ad præstanda competentia alimenta Dominæ Annæ eius ex Fratre prædefuncto Nepti.

Cum enim Dominus Casimirus Lorenzi nullo condito Testamento ex hac vita migrasset relictis DD. Victoria, & Anna filiabus eius heredibus adita fuit a Domino Carolo Maria, nec non a Domino Iosepho altero Fratre vigore nostri Staruti excludentis filiam ab hereditate Patris ob existentiam Patrui, unde unus ex eis unam, alter altera dictarum filiarum in propriam Domum receepit, educavit, & aluit; verum cum dicta Domina Victoria vitam religiosam in Monasterio Sancti Ioannis Civitatis Pisarum elegerit per sententiam Illustrissimi Domini Gubernatoris Liburni fuit condemnatus dictus Dominus Ioseph ad ei præstanda alimenta ad rationem scut. 3. pro quolibet mense ultra vestiarium, & ad solvendam dotem spectantem dicto Monasterio. Altera vero filia licet per plures annos in dicto Monasterio permanserit, & ad vitam religiosam nullo modo vocata extiterit, rediit ad Domum dicti Caroli Mariæ eius Patrui, & ipsa anno proximo elapso discessit, & ad Domum Domini Doctoris Nuncii Agostini confugit ubi adhuc permanet, & quia Dominus eius Patruus recusabat ei alimenta præstare eum in iudicium vocavit coram eodem Domino Gubernatore petens illum condemnari ad præstationem dictorum alimentorum tum ad rationem sc. 3. pro quolibet mense ultra vestiarium, unde instructo processu fuit condemnatus dictus Patruus per modum provvisionis ad ei solvendum petias 90. in causam declarandam.

De-

Devoluta Cauſa per appellationem ab eo interpoſita ad Supremum Tribunal eaque admiſſa ad effectum tantum devolutivum ut fieri debebat *Samminiat. controv.* 81. *num.* 12. *Scacc. de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 6. *memb.* 9. *num.* 1 *&* *num.* 14. *&* *num.* 17. *Salgad. de regul. probat part.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. *Lancellott. de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 29. *num.* 1. *Rot. cor. Falcon. tom.* 1. *tit.* 1. *de aliment. deciſ.* 8. *num.* 9. prædictum decretum me referente confirmationis robur obtinuit, & amplectendo merita cauſæ fuit condemnatus dictus Dominus Lorenzi iuxta petita. 7

Iuſtitia prædicti decreti, & ſubſequentis ſententiæ emicat undequaque non ſolum quoad ſubſtantiam Crediti, ſed etiam quoad quantitatem, tempus, & locum, in quo prædicta alimenta ſunt præſtanda, ut ſingillatim demonſtrabitur.

Alimentorum Creditum ex triplici obligationis fonte promanat.

Primo alendi obligatio ex eo procedit, quia filiæ excluſæ per Agnatos a ſucceſſione Patris debentur alimenta competentia, & condecentia uſquequo nubat, ut litteraliter diſponit noſtrum Statutum *lib.* 2. *rubr.* 129. „ ibi „ & interim donec nuptui tradatur debeat „ habere alimenta „ & docent communiter, & ſignanter *Surd. de alim tit.* 9. *quæſt.* 15. *num.* 5. *Peregrin. de Fideicomm. art.* 38 *num.* 19. *Gob. de ſucceſſ. diſſert.* 49. *num.* 1. etiam in caſu quo Statutum filiæ excluſæ alimenta non reſervaſſet *Manſ. conſ.* 198 *num.* 8. *Pignattell ad Statut. Ferrar. rubr.* 140. *num.* 11. *verſ. alendus Cyriac. controv.* 480. *num.* 19. *Miehalor. de fratr. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 25. Quod adeo verum eſt ut ſi Statutum maſculos ſucceſſionem deferret, & fœminis excluſis alimenta denegaret tamquam irrationabile, & iniuſtum non eſſet attendendum *Mangil. de imput quæſt.* 51. *num.* 8. *Surd. de aliment. tit.* 8. *part.* 56. *n.* 22 *Fenzon. ad Statut. Urb. cap.* 191. *num.* 9. *Gob. de ſucceſſ obſerv* 49 *n.* 3. *Calvin. de æquit. litt. A cap* 128 *num* 205. *Altim. de nullit tom.* 8 *rub.* 2 *&* 3. *quæſt.* 1. *num.* 67. *Bich deciſ.* 82. *num.* 1. *Illuſtriſſimus Dominus de Comitibus deciſ. Senen.* 41. *num.* 32. & licet Cauſa non agatur inter Florentinos, & Liburnenſes, attamen in defectu eorum Statuti ad Florentinum recurritur, ut expreſſe diſponit Statutum Liburni *rub.* 53. *per tot.* & pluries deciſum fuit per *Rot. Florent. lib. mot* 100. *a* 398 *lib.* 106. *a* 480 *lib.* 107. *a* 374. *lib.* 120. *a* 120. ſed in præſenti, & eum hæc alimenta debita fœminis excluſis vigore Statuti peti valeant iure actionis tamquam eis reſervata in præmium, & compenſationem excluſionis, propterea etiam præterita peti poſſunt *Leg. libertas* 108 *ff manumiſſis*, & ibi *Bartol. ff. de aliment. liber. Leg. & conſ* 211. *num.* 5 *vol* 1. *Gratian diſcept. forenſ. diſcept.* 104. *num.* 57. *Surd. de alim. tit.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 11. *Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap.* 7. *gloſſ.* 15. *num.* 9. *Mell. in addit ad Caſtill.* 8 9 10 11 12

ſtill. de aliment. cap. 19. *num.* 5 *Samminiat. contr.* 127. *num.* 56. *Falconer. deciſ.* 2. *num.* 10. *tit. de aliment. tom.* 1. etiamſi fœmina eſſet dives, & aliunde proviſa, aut ab aliis alimenta receperit *Mer-*
13 *lin de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 15. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 11. *Bonden colluct. legal.* 21. *num.* 183. *lib.* 2. *Rignan. ad Statut. Ferrar. rubr.* 140. *n.* 11. *verſic. quod procedit cum verſic. ſeq. Illuſtriſſimus Dominus Auditor Caſaregi de commerc. diſc.* 82. *num.* 51. *Torr. variar. tit.* 13. *diſput.* 48 *num.* 20. *tom.* 3. *part.* 11. *& cor. Celſo deciſ.* 67. *num.* 6. *Ferentill. deciſ.* 705. *tit.* 9. *&* 10. *& coram Emerix. Iun. deciſ.* 552. *num.* 1.

Quod autem Domini Fratres Ioſeph, & Carolus Lorenzi libere eorum prædefuncti Fratris hærediratem adiverint, conſtat ex fide Decimarum Civitatis Liburni per quam apparet, quod anno 1704. deſcripta fuerunt plura bona in eorum creditum tamquam hæredum Domini Caſimiri Fratris „ ibi „ ſi levano detti Beni dal conto di „ Giuſeppe Maria, Caſimiro Maria, e Carlo Lorenzi, e ſi pongono „ ſolamente in conto di Giuſeppe Maria, e Carlo Lorenzi ſtante „ la morte ſeguita di detto Caſimiro ſotto dì 6. Maggio 1702., e „ come Eredi *ab inteſtato* egualmente della porzione di detto Ca„ ſimiro loro Fratello morto ſenza ſucceſſione „ translatio enim Decimæ a perſona defuncti in eum, cui a Statuto datur hereditas
14 probat qualitatem hæreditariam, etiamſi non iuſtificetur dictam translationem ſecutam fuiſſe de eius ordine, aut conſenſu *Rot. Florent. lib. mot.* 108. *a* 983 & abſque dubio in caſu noſtro, in quo bona translata, & allibrata fuerunt in perſonam dictorum Fratrum, iis conſentientibus expreſſo titulo „ come Eredi ab inteſtato „ *Rot. Florent. lib. mot.* 115. *a* 112. *lib.* 116. *a* 445. *lib.* 123. *a* 216. *lib.* 126. *a* 128.

Nec obſtat quod dicta bona ſint ſuppoſita Fideicommiſſo inſtituto a Domino Carolo Lorenzi eorum Avo, & propterea non remanſerint in hæreditate Domini Caſimiri, ſed per eius obitum devoluta fuerint ad Fratres ſuperſtites ad excluſionem eius filiarum, quia huiuſmodi obiectum nullam habet ſubſiſtentiam.

Quia cum ſit in electione Fideicommiſſarii recipere bona Fideicommiſſi tamquam remanſa in hæreditate Fideicommittentis, vel potius Hæredis gravati, ut reſpectu Gabellæ de ſucceſſionibus, quæ
15 in hac Civitate ſolvitur diſponit Statutum Officii Gabellæ *rubr.* 16. *de teſtam.* certum eſt quod ſi ea recognoſcat ab hærede gravato eximitur quidem a ſolutione gabellæ ſed efficitur hæres eiuſdem gra-
16 vati *Cepparell. reſolut. fiſcal.* 37. *num.* 5. 6. etiamſi gravatus nulla alia bona præter Fideicommiſſa poſſideret, quia hæreditas tamquam conſiſtens in iuribus, & actionibus præciſive a corporibus hæreditariis,

riis, quæ ſub ea tanquam membra ſub capite comprehenduntur *Leg. hæreditas* 53 *ff. de petit hæredit. Caſtill. controv. tom.* 2. *cap.* 17 17. *num.* 1. *& num.* 9. *Rocc. diſput.* 32. *num.* 20. ſolo animo aditur *Leg. pro hærede ff. de acquirend hæred. Angel. de conſeſſ lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 2. *Thomat. deciſ.* 118. *num.* 18. *Buratt deciſ.* 279. *num.* 2. *& num.* 5. *& deciſ.* 945. *num.* 2. Ideoque ſi ſucceſſor declaret ſe velle eſſe hæredem ſufficit ad hoc ut omnibus hæreditariis oneribus obnoxius efficiatur.

Nec pariter obſtat quod Domini Fratres in translatione dictorum bonorum ad propriam decimam non expreſſerint ſe eſſe hæredes dicti Caſimiri, ſed tantum *della porzione del medeſimo* ſcilicet de portione Fidecommiſſi in eum perventa, quia huiuſmodi obiectum diluunt verba præcedentia *come Eredi ab inteſtato* quæ non poſſunt referri ad Fideicommittentem qui teſtatus deceſſit, & verba ſubſequentia *della porzione del medeſimo* referuntur ad quotam bonorum, quæ in dictum Caſimirum pervenerant tamquam libera, tam a Communi Patre, quam ab Avo, quia etiam filii Fideicommittentis acceperunt bona paterna tamquam libera „ ibi „ pervennero uci „ ſuddetti Fratelli per eredità di Carlo loro Padre „ & propterea tanquam libera fuerunt per ſucceſſores Joſephum, & Carolum Mariam poſt mortem Caſimiri Fratris apprehenſam, & ad propriam Decimam translata. 18

Tum quia aderant alia bona libera, & ſignanter mobilia, pecuniæ, & credita in hæreditate Domini Caſimiri reperta, quæ exuberant ad conſtituendos DD Fratres eius hæredes *Rot. dec.* 2. *n.* 1. *p.* 2. *diverſ. Ludoviſ. deciſ* 98. *num.* 1. *Ger. Spin. in annotat. ad dict.* 19 *Statut. rubr.* 29. *verſic ad intelligentiam Sabell. variar. reſolut.* 99. *num.* 9. *Aſin. in Leg.* 4. *ff. ne quis patet num.* 148. *ff. de relig. & ſumpt. funer. Magon. deciſ. Florent.* 10. *num.* 46. *& dec* 198. *num.* 5. 6. *Caſan. deciſ.* 51. *num.* 12. *& num.* 38. *Rota Florent lib mot.* 107. *a* 550. *lib. mot.* 108. *a* 194. *lib. mot.* 110. *a* 478. ubi de ſolo indumento *lib. mot.* 120. *a* 7. §. *ubi vero lib. mot.* 136. *a* 542. *num.* 240. etiamſi repudiatio præceſſiſſet *Rot. lib. mot.* 93. *a* 165.

Conſtito igitur quod Domini Joſeph, & Carolus ſint prædefuncti fratris hæredes adſtripti, & obnoxii omnibus hæreditariis oneribus remanſerunt, inter quæ illud potiſſimum reputatur alendi, & dotandi filias defuncti non tantum ex bonis hæreditariis, ſed etiam de proprio *Caſtald. conſult.* 869. *num.* 6. *Gob. de ſucceſſ obſerv.* 20 36. *num.* 5. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 1. *Rota deciſ.* 25. *num.* 23. *part* 11. *recent.*

Secunda alendi obligatio provenit ex diſpoſitione *auth res quæ Cod. Comm. de legat.* per quam etſi littera *text.* videatur removere 21 vinculum Fideicommiſſi pro dotibus conſtituendis fœminis deſcenden-

dentibus; attamen ex identitate, immo ex maioritate rationis ad alimenta iis præstanda extenditur, ut reprobando *gloss. in d. auth. Gothofred. Bald. & seq.* firmant communiter Doctores, & signanter *Peregrin. de Fideicomm. art. 42. num 86. versic. contra reum Fusar. de substit. quæst. 536. num. 1. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 39. per tot. Boss. de aliment. oblig. cap. 13. num. 815. & per tot. Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 90. num. 9. Merend. contr. 34. per tot. tom. 1. Thesaur. decis. 192. per tot. Rota coram Seraphin. decis. 925. num. 2. coram Coccin. decis. 1974. num. 7. & cor. Manzaned. decis. 319. n. 1. & in recent. decis. 408. num. 10. part. 5. & decis. 87. num. 3. part. 14. & in Romana Pecuniaria 17. Iunii 1699. §. cum enim cor. Molin* etiamsi ageretur de filia spuria ne dum de legitima, & na-
22 turali *Fusar. de substit. d. quæst. 536. num. 4. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 19. num. 6 Censal. ad Peregr. de Fideicommiss. art. 320. decl. 23. in fin. Lup. de illegitim. & spur. comment. 2. §. 1. n. 28. Franch. decis. 283. num 12. & decis. 686. num. 1. & per tot. Rot. decis. 203. part. 17. & repet. cor. Emerix. iun. decis. 78. n. 2.* quia alimenta sunt magis privilegiata quam dos *Calvin. de æquitat. cap. 90. num. 3. lib. 1. Peregrin. de Fideicomm. art. 42. num. 87. Rota cor. Peutinger. decis. 233. num. 6. & cor. Ansald. decis. 2. num. 20. & in recent. dec. 378. num. 13. part. 18. tom. 1. & in Romana Pecuniaria 28. Iunii 1702. §. est quando cor. Ansald. & cor. Falconer. tii 1. decis. 5. utrobique num. 3. Rota Florentina lib. motiv. 102. a* 286. & sicuti si Carolus Avus viveret teneretur Neptem alere, & dotare, ita teneretur eius Fideicommissum.

Et licet sit controversia inter scribentes an pro alimentis competat hypotheca in qua verior videtur opinio, quod non competat
23 ut late probat *Salgad. in labyrint. credit. 29. num 82. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. quæst 1. num. 5. De Luca de credit. disc. 28. num. 5. Costant. ad Statut. Urb. annotat 30. num. 175. Illustrissimus Dominus Auditor Bonfini ad bannim. gener. lib. 80. num. 23. Rot. in recent. decis. 398. num. 34. part. 9. decis. 48. num. 12. & decis. 87. num. 10. part 14. decis 306. num. 1. part. 19. & cor. Falconer. tit. 1. de aliment. decis. 11 num 2. & num. 7. tom. 1. Rota Florentina lib. mot. 115. a 267. & cor. Illustrissimo Domino Auditore de Comitibus decis.* 48 *num* 26. hoc unum certum est, quod saltem competit actio personalis in rem scripta exercibilis ad instar hypothe-
24 cæ contra bona ascendentium apud quemcumque reperiantur *De Luca de feud. disc. 78. num. 10. & de dote disc. 5. num. 9. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. quæst. 1. num. 18. Gob. de success. observ. 49. num. 9. Rota decis. 125. num. 15. part. 4. tom. 2. dec. 48. num. 3. part. 14. recent. & decis. 131. num. 8. post De Luca in mantiss. lib.*
25 16. & propterea ope dictæ actionis in rem scriptæ vel bonorum se-

para-

parationis fœmina deſcendens a Fideicommittente vincit ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis Creditores omnes hypothecarios, aut quovis modo privilegiatos Fidecommiſſarii ea poſſidentis, *Faber. in Cod. def. 16. lib. 6. tit. 36. de bon. quæ liber. Gratian. diſceptat. 832. num. 31. Boer. deciſ. 9. num. 7. Rota deciſ. 265. num. 12. 13. part. 12. deciſ. 87. num. 13. & per tot. & deciſ. 482. num. 5. part. 14. & cor. Emerix. Iun. deciſ. 1131. per tot. cor. Anſald. deciſ. 2. num. 19. & cor. Falconer. deciſ. 5. num. 2. tit. 1. de alim. tom. 1.* & iudicavit *Magiſtratus Supremus in Cauſa Pazzi 20. Iunii 1731. & in Cauſa Forti, e Ubaldini 23. Decembris 1681. & in Cauſa Piſtelli, e Nucci 17. Iulii 1682. Rota Florent. lib. mot. 19. a 126.* verum quando Proavus, ut in caſu noſtro, aut alius aſcendens Fideicommiſsum inſtituit, dubitari poſsei quod pro alimentis competat hypotheca, quia ſecundum opinionem quam tenet *Rota Romana* pro dote extrahenda a Fideicommiſso aſcendentali ad favorem fœminarum ab eo deſcendentium competit hypotheca a die obitus Te- 26
ſtatoris *Rot. cor. Ubago deciſ. 31. num. 5. & deciſ. 44 num. 23. & in recent deciſ. 242. num. 1. part. 19. & deciſ. 43. num. 1. & poſt De Luca de Fideicomm. deciſ. 4. num. 4 cor. Falconer. deciſ. 19. n. 1. §. non obſtante & num. 2.* unde intrare videtur theorica *Bartoli in leg. ſi cum dotem 23. §. ſi autem num. 7. ff ſolut. Matrim.* ubi firmat quod res obligatæ pro dote ſint etiam obligatæ pro alimentis, & propterea inferri poſſit quoad bona Fideicommiſſi aſcenden- 27
talis tamquam hypothecata pro dote ſint etiam hypothecata pro alimentis, ut firmant *Caſtrenſ. conſ. 338. num. 9. lib. 1. Alex. conſ. 56. num. 3. lib. 4. Berſan. conſ. 120. num. 94. in fin. lib. 1 Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 21. num. 37. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæſt. 6. num. 26. Rota Florent. lib. mot. 58. a 122.* cum ergo Dominus Carolus Maria poſſideat bona dicto Fideicommiſso ſuppoſita, quæ Caſimirus Annæ Pater poſſidebat, nulli dubium quod teneatur eam alere, & dotare.

Tertia alendi obligatio oritur ex impulſu charitatis per quam Patruus, qui loco defuncti Patris habetur ad hanc pietatem exercendam erga pauperem Neptem triplici Lege Divina, Canonica, & Civili cogendus eſt, ut contrariis reptobaris firmat *Rota deciſ. 194.* 28
num. 44. & per tot. part. 7. recent. cor. Merlin. deciſ 671. num 8. tor. Pamphil. deciſ. 353. num. 8. §. Patruus cor Emerix iun. deciſ. 1106. num. 1. & 2. & cor. Caprar deciſ. 313. n 1. Rota Florentina in Cauſa Gondi, e Gondi coram Illuſtriſſimo Domino Auditore Caſaregi diſc. 157. a n. 18. uſque ad 23. & altera deciſ. eius auct. diſc. 170. num. 16. lib. 3. quod adeo verum eſt, ut huiuſmodi obligatio ſuppeditandi alimenta Nepoti extendatur nedum ad amitam, ſed e- 29
tiam ad avunculum, & materteram ut pluribus relatis *Rota in Nu-*

cerina

cerina Pecuniaria ſuper reſervatis 30. Aprilis 1714. §. & quemadmodum cor. Criſp. inter ſuas deciſ. deciſ 267. num. 15. 16. tom. 2. & ita iudicavit Magiſtratus Supremus die 30. *Ianuarii 1690. in Cauſa Campagnani, e Caſtelli,* & Magiſtratus Conſervatorum Legum 10. *Settembre 1727. in Cauſa Pandolfini, e Paolini.*

Cum igitur alimentorum Creditum reſultet ex triplici Cauſa nimirum ex diſpoſitione Statuti, ex diſpoſitione *auth. res quæ* & ex quadam charitatis, & humanitatis lege nullo modo de eo dubitandum.

Alimentorum quantitas omnino dependet ab arbitrio, & religione iudicare debentis, qui habito reſpectu ad qualitatem perſo-
30 næ, ſolitum familiæ, conſuetudinem regionis, & ad vires patrimonii congruam, & competentem ſummam decernat *Menoch. de arbitrar. caſ. 169. num. 1. 2. & per tot. Illuſtriſſimus Dominus Auditor Caſaregi ad Statut. Ian. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 13. verſic. 1 cognoſcendi num. 21. pag. 270. & cor. Pamphil. deciſ. 395. num. 6. cor. Dunoz. iun deciſ. 909. num. 1. & cor. Emerix. iun. deciſ. 1153. la 2. num. 1. & deciſ. 1183. §. ſatis & in recent. dec. 166. num. 20. part. 12. deciſ. 484. num 2. part. 13. deciſ. 307. num. 13. 14. & dec. 402. num. 9. part. 18. tom. 1. deciſ. 664. num. 14. part. 18. tom. 2. deciſ. 24. num. 11. part. 19. tom. 1. deciſ. 639. n. 3. part. 19. tom. 2. & in Bononien. Dotis 6. Aprilis 1696. num. 32. apud Palm. dec. 635. num. 2. Rota Senen. cor. Martimed. deciſ. 89. num. 55. & cor. Illuſtriſſimo Domino Audit. de Comitib. deciſ. 41. num. 22.*

Sub nomine autem alimentorum comprehenduntur non ſolum
31 cibaria, ſed etiam veſtiarium *Gratian. diſcept. 640. num. 4. De Luca de ſervit. diſc. 67. num. 3. Rot. cor. Bich. deciſ 21. num. 1. & in Romana Alimentorum 22. Iunii 1701. coram Molin. impreſſa apud Paulut. diſſert. 19. deciſ. unica num. 14.*

Nec non omnia mobilia neceſſaria in domo tam ad uſum menſæ, quam habitationis *Dominus Pacion. allegat. 138. num. 14. Manſ.*
32 *conſ. 113. num. 52. Sanminiat. contr. 130. num. 24. Gratian. diſcept. 610. num. 2. Boſſ de alim. cap. 2. num. 49. & num. 55. De Luca de ſervitut dict diſc. 67. num. 3. Rota in Romana Alimentorum coram Molin. d num. 14. Rota Senen. cor. Illuſtriſſimo Domino Audit. de Comitibus deciſ 44. num 5.*

Item famulorum, & Ancillarum ſalarium iuxta qualitatem perſonæ alendæ *Manſ. conſult. 553. num. 8, Rot. cor. Merlin. deciſ. 5.*
33 *num. 9. & cor. Bich d deciſ. 21 num. 1. & in d. Romana Alimentorum num. 15. cor. Molin. & poſt Zaceh. de ſalar. deciſ. 4. n. 31.*

Et tandem expenſæ Medicorum, & Medicinarum pro conſervanda, vel recuperanda corporis ſalute *Barboſ. appell. 15. num. 8.*
34 *Manſ. conſ. 255. num. 1. De Luca d. diſc. 61. num. 3. Rota deciſ. 52. num. 8. cor. Merlin. & in d. Romana Alimentorum apud Paulut. diſſert.*

diſſert. 14. *deciſ. unica num.* 16. *& in recent. deciſ.* 815. *num.* 23. *part.* 18. *tom.* 2. *Rota in Romana Pecuniaria* 28. *Iunii* 1702. §. *& ob id verſic. denegari, & ſeq. cor. Anſaldo* eriamſi propter propriam culpam alimentarius in manus Medicorum, & Pharmacopolarum incidiſſet *Rota in dicta Romana Pecuniaria* §. *tamquam veram* hac adhibita declaratione, quod hæc omnia proceduot quando dicta alimenta præſtanda eſſent iuxta eorum naturam, vel culpa alere debentis extra eius domum; ſed ſi præſtanda eſſent in domo alentis, & culpa alimentarii ſubminiſtranda eſſent extra eius domum taxari deberent in ea tantum quantitate, quam alens expendiſſet, ſi alendum apud ſe retineret plene *Rota deciſ.* 639. *num.* 8. 9. *part.* 19. *tom* 2. 35 36 37

Perſonarum qualitas ſummopere attenditur pro regulanda alimentorum quantitate, cum iuxta diverſos perſonarum gradus diverſimode taxari debeant *Illuſtriſſimus Dominus Calderoni reſol.* 59. *n.* 8. *Samminiat. controv* 175. *num.* 71. *Gratian. diſceptat. forenſ.* 112. *num.* 1. *& num.* 8. *Surd. de aliment. tit* 4. *& tit.* 9. *& tit.* 18. *per tot. Torr. variar. miſcell. part.* 2. *quæſt.* 64. *tit.* 12. *num.* 44. *tom.* 3. *a* 153. *Rota cor. Caprar. deciſ.* 477. *n.* 6 *part.* 2. Teſtator enim erat Oriundus ex Inſula Corſicæ, & ad Civitatem Liburni lares tranſtulit ad effectum mercaturam exercendi in qua non modicis coacervatis opibus plura bona ſtabilia comparavit, eoque ad Civilitatem Liburnenſem admiſſo, eius deſcendentes etiam in præſeos honoribus dictæ Civitatis fruantur, & propterea dicta alimenta taxari deberent iuxta morem Civium, qui in dicta Civitate primum gradum obtinent *Rot. in Ferrarien. Alimentorum* 30 *Ianuarii* 1713. §. *quo remoto cor. Scotto.* 38 39

Solitum familiæ valde confert ad alimentorum taxationem, ut docet *Alburnius Valenſ in Leg. cum alimenta* 22. *ff de aliment. & cibar. Leg.* „ ibi „ ante omnia inſpiciendum eſt, quæ defunctus ſolitus erat præſtare, unde cum dictus Caſimirus honorificenter viveret more Civium cum famulo, & famula, non poteſt eius ſucceſſor diminuere alimenta in damnum prædictæ eius filiæ. 40

Oſtenditur etiam mos regionis pro regulando arbitrio in dicta taxatione *Rota cor. Falconer. in Avenion. Ceſſionis* 17. *Iunii* 1709 §. *ſi ea*, unde difficile eſt invenire exempla, quod in Civitate Liburni alimenta Civium taxentur in tam modica quantitate ſcutorum ttium pro quolibet menſe. 41

Patrimonii vires nedum ſufficiunt, ſed exuberant ad ſolvenda alimenta petita, quia Carolus Teſtator reliquit io hæreditate plura ſtabilia tam in Civitate, quam in Comitatu Liburni quæ Fideicommiſſo ſuppoſuit, ultra alia credita, pecunias mobilia, aurea, & argentea, quæ filiis pro legitima reliquit; uode cum ab anno 1645. 42

im-

impoſita fuerit Decima ſuper domibus Liburni ad rationem ſcut. 8.
43 pro 100. ut ex Lege 12. Ianuarii dicti anni „ ibi „ a ragione di ſc. otto per 100. di dette pigioni, ed affitti nel medeſimo modo, che ſi pagano le Decime delle caſe in queſta Città di Firenze in ſomma maggiore „ fuerunt allibratæ domus dicto Fideicommiſſo ſuppoſitæ in creditum filiorum dicti Fideicommittentis cum Decima ſcut. 83. 2. 18. 2. & ſuper annuo redditu ſcut. 1040. & neminem latet quod unuſquiſque ſoler diminuere proprias facultates, & bonorum proventus ad effectum minorem Decimam ſolvendi, ut punctua-
44 lirer *Surd. dec.* 250. *num.* 5. *in fin.* ex quo invaluit communis ſententia quod bona ſint in redditu, & valore, ut merces in pondere, & menſura pro quibus ſolvitur Decima, aut Gabella; quia Dominus, qui vere ſcit earum pondus, numerum, & valorem non ſolveret, ſed reclamaret, non aur probent negativam ſed quod non eſſent in maiori quantitate, quia cum Principe mitius agitur, quam cum privato, *Rota Lucen. in* 5. *recollect. per Palm. decis.* 379. *num.* 13.
45 *Rota Romana cor. Bich. decis.* 503. *n.* 3. *& in Neſuſina Legati Maſſanæ* 1. *Iulii* 1697. §. *prout cor. Muto*. Unde ſi dicto annuo redditu ſcut. 1040. addantur fructus aliorum ſtabilium in territorio Liburni exiſtentium, & præcipue vineæ annuo redditu pertarum 120. circiter reſultat ad evidentiam opulentia patrimonii dicti Teſtatoris, qui dotes conſtituit filiabus „ nella ſomma, e quantità di ſcudi 2500. per ciaſcheduna, e ſe qualcuna di eſſe periſſe prima che ſi maritaſſe, e monacaſſe, ſoſtituiſce le altre ſopravviventi per egual porzione „ unde ex quantitate dictarum dotium, quæ de eo tempore ſcut. ann. 1631. exiſtimabantur magnæ *arguitur nedum opulentia eius patrimonii ſed quod ipſe inter primævos Cives dictæ Civitatis Liburni reputabatur*.

Reſultat etiam ſufficientia portionis dicti Fideicommiſſi perventæ in Parrem dictæ Annæ, quia dictæ domus pro una medietate devenerunt in Laurentium Teſtatoris Filium, & pro alia medietate in Caſimirum, Ioſephum, & Carolum Mariæ Nepotes ex Paulo altero filio dicti Fideicommittentis, & per conſequens annui redditus pro quolibet eorum ſcut. 173. 2. 6. 8. quibus ſi addantur fructus aliorum ſtabilium ſuper quibus Decima non imponitur, & ſignanter dictæ vineæ annui redditus pertarum 120. circiter, quæ in præſens a Domino Carolo poſſidetur, clare reſultabit quod fructus portionis bonorum Fideicommiſſi; quod a dicto Caſimiro Patre poſſidebantur ſint ſufficientes ad ſolutionem dictorum alimentorum, quæ regulariter ex fructibus, & non ex proprietate ſolvi debent *Illuſtriſſimus*
46 *Dominus Auditor Caſaregi ad Statut. Ian. de ſucceſſ. ab inteſtat.* 413. *verſic. cognoſcenda num.* 22. *Rota decis.* 256. *num.* 4. *part.* 15. *rec.* & inventum quod fructus non ſufficiant, poteſt diſtrahi, & in totum

tum everti ipſa proprietas *Rota dicta deciſ. 256. num. 15. part. 15. & cor. Caprara deciſ. 611. num. 11. & in Romana Cambii 21. Iunii 1706. §. quod autem coram Kaunitz. & in Romana Fideicommiſſi 17. Decembris 1708. §. non officiente cor. Molin. & in Ferrarien. Alimentorum 30. Ianuarii 1713. §. fin. cor. Scotto.*

Suppoſito autem per malam hypotheſim quod fructus, & proprietas bonorum fideicommiſſi quæ Dominæ Annæ Pater de tempore mortis poſſidebat, non eſſent ſufficientes ad ſubſtinendum onus dictorum alimentorum teneretur Dominus Carolus in proprio, tamquam hæres Fratris, & tamquam Patruus prædictum onus ſubire, & propterea ponenda eſſent in calculo omnia alia bona libera, & fideicommiſſa per eum poſſeſſa nedum ſufficientia, ſed exuberantia pro ſolutione dictorum alimentorum, ut reſpectu qualitatis hæreditariæ probatum fuit ſupra in §. *conſtito*, & reſpectu oneris, quod habet Patruus dotandi Neptem etiam cum bonis fidecommiſſi in eum a Fideicommittente directe perventis tradunt *De Luca de dote diſc. 145. n. 33. verſ. fortius autem & diſc. 149. n. 14. Illuſtriſſimus Dominus de Comitibus deciſ. Florent. 52. num. 17.* 47.

Ulterius animadvertendum quod Fideicommiſſum per mortem Patris tranſitum fecit ad alium Columnellum, quo in caſu dotes & alimenta ampliantur *De Luca de Dote diſc. 214. numer. 46. circa med. Anſald. annot. ad deciſ. 94. num. 36. & 37. Rota penes Palm deciſ. 294. num. 8. tom 3.* non attento quod ſucceſſor tranſverſalis magnum numerum filiorum haberet *De Luca de dot. diſc. 53. per tot. & ſignanter num 8. uſque ad fin. & plene Supremus Magiſtratus in Cauſa Fiaccbi, e Seriacopi ad relationem Dominorum eius Auditor, & Cancellarius 9. Settembre 1712.* § *fortius* adeout pro habenda congrua dote, & competentibus alimentis ſolum Fideicommiſſum everti valeat *Boſſ. de dot. cap. 15. num 108. Andreol. controv. 141 num 14. 15. 16. Conſtant ad Statut. Urb. diſc. unic. artic 2. num. 319. tom. 1. Peregrin deciſ. 62. num. 2. in fin. & per tot. & plene Supremus Magiſtratus in Florentina dotis de Antinoris 15. Martii 1714. §. unde cum in iure ad relationem Dom. Auditoris Belluzzi.* 48

Ex quibus clare patet, quod quantitas ſcut. 3. pro alimentis, victus præſtandis in Civitate Liburni, in quo penſiones domorum, & rerum pretia ſunt cariora, eſt modica, & non exceſſiva, cum eadem quantitas ſolvatur pro alimentis puellarum educandarum in Monaſteriis Civitatis Florentiæ, Piſarum, & in earum Comitatu, & propterea Rota taxare ſolet alimenta Civium in ſcut. 5. pro qualibet perſona, & menſe, ut *in Salernitana Alimentorum 26. Februarii 1710. §. 1. cor. Scotto*, & in fortiotibus terminis alimenta, quæ a Creditore ſuo Debitori carcerato præſtantur ad limites præciſæ neceſſitatis naturæ ne fame pereat, cum de rigore iuris ad ea non teneatur 49 50

neatur taxantur Romæ ad rationem unius iulii pro qualibet die *Scanarol. de visit. Carcerat. lib. 3. num. 5. cap. 1. n. 12. pag.* 460. & Florentiæ ad rationem medietatis unius iulii cum onere tamen gravissimo Creditori iuncto se dictim personaliter transferendi ad carceres, & dictam summam propriis manibus solvendi ut ex *rub. 35. Officii Stincharum* ex quibus evidenter constat quod summa in prima instantia petita unius iulii, & den. 8. pro qualibet die est tenuis, & modica, quasi ad præcisam naturæ necessitatem, & non ad decentiam, & congruitatem.

Tempus solvendi alimenta cedit in principio anni, quia in
51 annuis præstationibus attenditur anni principium *Leg. pecuniæ sortem ff. de aliment legat. Leg. cum in annos* 11. *ff. de usufruct. leg. Valeran de transact. tit. 3. quæst. 3. num. 7. Bortill. de success. ab intest. cap. 3. teor.* 113. *a num.* 8. sed etiam quia necessitas alimentorum urget usque a principio anni, & expectando anni finem extincta remaneret cum morte alimentarii alentis obligatio; ideoque solvi debeat anticipate de anno in annum *gloss in Leg. nec semel* 12. §. *si in habitationem ff. quando dies legat. cedat Calvin. de æquit. lib. 2. cap.* 48. *n.* 127. *Surd de alim. tit. 4. quæst.* 17. *n. 5. versic. intellige Boss resol. 33. num. 37. Sabell. in summa* §. *alimenta num.* 17. *versic. debentur. Dominus Pacionus allegat.* 138. *num. 29. Molin. de primogenit. lib. 2. cap* 15. *num. 73. Franc. decis.* 155. *vers sed ex prædictis* aut de semestre in semestre *Bertacch. vot. 29. num* 4. *in fin. Molin. d. cap. 15. num. 73. Rota cor. Emerix. decis.* 1183. §. *fin.* aut de quadrimestre in quadrimestre *Cancer. variar. cap.* 16. *n.* 32. *Mantic. de tacit lib. 14. tit. 4. Cyriac. controv.* 239. *num* 29. 30. *Valeran. de transact. tit. 3. quæst. 3 num. 6.* aut de mense in mensem ut videtur innuere *Text. in Leg. vero 9. ff. de lib. agnosc. Bald. in Leg non potest 3. ff. de adopt & emancip. Caccialup. in repetit. Leg. Fratre a Fratre quæst. 29 ff. de condit. indebit. Franch. decis.* 155. *num.* 3. & quando causa alimentorum aliquam facti quæ-
52 stionem involvit, & constat de credito in substantia solet assignari aliqua summa in rausam declarandam *Rot. cor. Falconer. tit. de alim. decis.* 1. *num.* 1. *tom* 1. ut optime decrevit Dominus Iudex primæ Instantiæ, & propterea eius decretum absque ulla hæsitatione fuit confirmatum.

Nec obstat quod quantitas ut supra assignata in causam declarandam excedat summam petitam, & propterea prædictum decretum sit iniustum; quia suppositum corruit in facto; cum quantitas petiarum 40. non adæquet summam petitam scut. 36. annuorum ad rationem scut. 3. pro quolibet mense, & ulterius dicta scut. 36. petita fuerunt pro solo victu ultra vestes, & alia quæ sub nomine alimentorum comprehenduntur, & sic summa assignata est multo minor, quam sit summa petita.

Nec

Nec pariter obſtat quod nec etiam probata eſſet paupertas ſine qua alimenta ſubſidiatia non debentur quoniam pro obiecti reſolutione animadverſum fuit quod quilibet ex utero Matris ſuæ nudus ægreditur; ideoque pauper præſumitur niſi ſupervenientia divitiarum probetur, maxime in filia per Patruum ab hæreditate Patris excluſa; propterea exceptio non probatæ paupertatis conſecutionem alimentorum non retardat *Rot. deciſ.* 257. *num.* 2. *part.* 15. *deciſ.* 34. *num.* 21. *part.* 16. *& cor. Buratt. deciſ.* 756. *num.* 7. *& cor. Faleoner. tom.* 1. *tit.* 1. *de aliment. deciſ* 9. *num.* 6. & in omnem caſum alimenta filiæ eſcluſæ ab hæreditate Patris debentur per excludentem etiamſi fuerit dives iuxta auctoritates ſupra recenſitas in §. *prima alendi obligatio*. 53 54

Super loco in quo præſtanda ſunt alimenta frequenter oriuntur quæſtiones, ut accedit in hypoteſi; unde pro earum reſolutione diſtinguendum videtur; quod ſi alimenta debita ſunt ex contractu, aut per ultimam voluntatem nulla facta mentione de loco in quo ſint ſuppeditanda verior ac receepta ſententia videtur quod alimentandus cogi nequeat alimenta recipere in domo alere debentis, ea viva ratione quia legatum, ſeu promiſſio alimentorum concernit favorem alimentarii, unde ſi cogeretur ea recipere in domo alencis induceretur in eius odium quædam ſpecies ſervitutis *Bartol. in Leg. libertis* 5. §. *fin. n* 3. 4. *ff. de aliment. & cibar. leg. Iaſ. in Leg. diverſis num.* 24. *verſ. circa ſecundum ff. ſolut. matrim.* ubi teſtatur de communi *Petr. Barboſ. ad Leg.* 2. *in princip num.* 27. *verſ. adde alium ff. ſolut. matrim. Surd. de aliment tit.* 4. *quæſt.* 14. *num.* 16 *verſic. quia alias legatum rubr in addit. ad deciſ.* 636. *num.* 82. *part.* 4. *recent. tom* 3 *Caſtill contr iur. lib.* 4. *cap.* 60. *num.* 22. *Rota Florent. inter recollect. per Palm. deciſ* 316 *num.* 25. *tom.* 4. 55

Aut vero debita ſunt ex diſpoſitione Statuti, & idem procedere tradunt *Surd. d. quæſt.* 14. *num.* 16. *verſic. & procedere Antonell. de loc legal. lib.* 2. *cap.* 19. *quæſt.* 1. *n.* 10. *Rot. Florentin. apud Palm. d. deciſ.* 316. *num.* 25. *in fin.* niſi ageretur de perſonis quæ ratione patriæ poteſtatis aut aliis de cauſis apud alentem educari deberent *Surd. d tit.* 4. *quæſt.* 14. *num* 25. *verſic. ſed in filio Antonell. d. lib.* 2. *capit* 19. *quæſt.* 1. *num.* 11. etiamſi Filius eſſet Uxoratus *Rota Florentina lib. mot.* 121. *a* 504. 56

Vel debita ſunt officio Iudicis ex quadam charitatis, vel humanitatis lege, & in domo alentis ſunt ſubminiſtranda, quia charitas, & æquitas ſuperat iniquitatem, cum gravando ultra limites indigentiæ alimentandi *Rota coram Faleoner. tom.* 1. *tit.* 1. *de alim. deciſ.* 8. *num.* 11. *verſic. & regula* niſi tamen iuſta cauſa ſubeſſet divertendi a domo alentis ut auferrentur ſævitia, & ſcandala quæ oriri poſſent *Bertacchin. vot.* 29. *num.* 3. *late Caſtill. lib.* 4. *contr.* 57 58

cap. 10. *a num.* 30. aut per lites exortas inter alentem, & alimentarium etiam ſuper ipſis alimentis *Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.* 7. *gloſſ* 7. *num.* 17. *Samminiat. controv.* 81. *num.* 21. *tom* 1. *Rota deciſ.* 166. *num.* 14. 15. *part* 18. *tom.* 1. *& deciſ.* 320. *n.* 6. *part.* 19. *tom.* 1. *rec. & cor. Caprar. deciſ.* 382. *num.* 2. 3. *tom.* 1.

In hypotheſi non debebat dicta Domina Anna niſi graviſſima impellente cauſa proprio arbitrio, & ex abrupto a Patruo aufugere, & ad domum ſibi bene viſam ſe conferre, ſed Iudici aut Patri ſpirituali cauſas divertendi exponere ad hoc, ut eius decori melius conſulerent, & propterea propoſui dicto Supremo Magiſtratui quod detruderetur in Monaſterium Sancti Ioannis ubi eius Soror reperitur ad arbitrium dicti Supremi Magiſtratus, & interim captis informationibus de perſona dicti Domini Doctoris Agoſtini, & exploſa dictæ Dominæ Annæ voluntate, aut vellet nuptias ſpirituales, aut temporales eligere, poſſet decernere an remittenda eſſet ad locum ab ea electum, verum dictus Supremus Conſenſus, re melius perpenſa mihi præcepit ut informationes requirerem ab Illuſtriſſimo Domino Præpoſito Collegiatæ dictæ Civitatis, a quo reſponſum accepi, quod dicta Puella iuſtis de Cauſis a Patruo diſceſſit, & quod meliorem locum eligere non poterat quam domum dicti Domini Doctoris Agoſtini, in quo pietas erga Deum, & illibati mores adeo refulgerent, ut dicta domus puellarum Monaſterium iure merito poſſit appellari, & propterea Supremus Magiſtratus ſexus imbecillitati indulgens, & optimam electionem imprudenti diſceſſui præferendo, innixo vulgaro axiomati, quod multa facta tenent, quæ a principio fieri non poterant de quo habetur caſus ſingularis in *capit.* 1. *de*
59 *matrim. contract contra interdict. Eccleſ.* nihil ſuper loco voluit innovare. Et ita &c.

Franciſcus Fabbrini Supremi Magiſtratus Cancellarius.

DECISIO XLVI.

FLORENTINA NULLITATIS OBLIGATIONIS.

diei 17. *Septemb.* 1740. *cor. Audit* MARCO PHILIPPO BONFINI.

ARGUMENTUM.

EX diſpoſitione *Statut. Florent. rubr.* 115. *lib.* 2. contractus Mulieris de obligatione dotis, niſi utiles fuerint, corruunt licet intervenerit Iudicis decretum, & Patris, & Mulieris iuramentum, ſimiliter ſi facti fuerint ſub falſa cauſa. Ubi de inefficaci obligatione

ne dotis pro negociatione, utilitas enim, & damnum eque imminere poteſt, quod procedit etiam in Tutoribus, & Curatoribus quoad pecunias pupilli. Decoctus non præſumitur occultaſſe libros, quando nulla præſertim ei utilitas obventura eſſet.

SUMMARIUM.

1 *In Contractibus Mulierum cauſa debet eſſe vera, iuxta, congrua, & honeſta iuxta præſcriptum municipalium ſanctionum.*

2 *In contractibus Mulierum dotem obligantium, Mulieris cauſa utilis eſſe etiam debet ſub pœna nullitatis Contractus, idque per Statutum Florentinum rubr. 115. lib. 2. ex quo iuramentum Patri, & Iudici defertur, & de ratione* num. 6. *& data cauſæ falſitate non obſtante Decreto, & iuramento corruit contractus ut* num. 7.

3 *Fortius Mulieris utilitas requiritur ex auth. ſi qua Mulier Cod. ad Vell. quæ diſpoſitio amplianda per Statutum Florent ut* num. 4.

5 *Pater, & Mulier licet iurare debeant de cauſa, & utilitate Mulieris, erroneo tamen iuramento detecto contractus corruit ut* num. 8.

9 *Ex Iuramento Patris, & Iudicis non oritur præſumptio utilitatis, adeout Contractus valeat.*

10 *Corruit Contractus falſa detecta cauſa in qua ſubſiſtit non inſpectis aliis, licet veris, non tamen narratis,* num. 31.

11 *An verſio pecuniæ in cauſam ſub qua contractus initus eſt præſumatur, vel ſit a Creditore probanda.*

12 *Præſumptio verſionis ceſſat, ubi cauſa contrahendi tempore contractus non amplius extiterat, ideoque Mulieris obligatione, & Patris, & Iudicis iuramento a Viro extortis corruit Contractus,* num. 13.

14 *Falſitas Cauſæ adimit conſenſum ab actu* num. 40.

15 *Conditio ſub modo de tempore actus impoſſibilis contractum annullat.*

16 *Ad pubblicum negocium inſtituendum quæ requirantur.*

17 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

18 *Diſcretiva intitulatio librorum arguit diverſam voluntatem etiam in libris rationum.*

19 *Libri, qui decoctionis occaſione non ſunt depoſiti, & a creditoribus non exquiſiti non præſumantur negocii.*

20 *Creditores in proprio iure tuendo negligentes non iudicantur.*

21 *Extraiudicialis notitia iudicialibus probationibus adiuncta adminiculum facit.*

22 *Sub generali negociorum enunciatione Iudex non poteſt intelligere negocium occultum, ideoque Mulieris obligatio inefficax ut* num. 23.

24 *Utilitas ex eventu negociationis pendens incerta nimis, & eventualis eſt.*

25 *Ideoque per Leges interdictum est Tutoribus pupillorum pecunias exponere fortuitis negotiationibus.*

26 *Quod a futuro eventu pendet nec utile nec damnosum dici potest.*

29 *Decretum Judicis in incertitudine utilitatis fundatum redarguendum est.*

28 *Pactum dotale collatum in futurum eventum non valet, quamvis dotis conditio melior fieri posset.*

29 *Non sustinetur ex mente Statuti Mulieris obligatio ob causam quæ potest esse damnosa.*

30 *Inspecta in obligatione Mulieris utilitate domus, utilitas Mulieris non respicitur.*

32 *Ad salvendam a nullitate obligationem Mulieris non sufficit causa respiciens Virum vel Filios.*

33 *Mulieris obligatio ad argenta domus recuperanda nulla est.*

34 *Nulla utilitate inspecta potest Mulier se obligari pro exoneratione Viri, & Filiorum, ad id enim natura tenetur.*

35 *Contractus Mulieris valet domesticas indigentias respiciens.*

36 *Inapplicatur Decisio Placentina inter collect. per Balduec. tit. 4. decis. 35.*

37 *Auctoritates convalidantes obligationem Mulieris pro causa congrua, & honesta non sunt applicabiles in terminis Statuti Florentini Mulieris utilitatem requirentes.*

38 *Minores, & Mulieres in Statuto Florentino equiparantur, & de eorum contractibus pariformiter iudicari debet.*

39 *Eadem facilitate, qua Mulieres ad se obligandum inducuntur adduci ad iurandum possunt.*

41 *Deficiente consensu non minus obligatio quam iuramento corruit.*

42 *Contractus Mulierum ex Statut. Florent vi & dolo præsumuntur extorti, qua præsumptione efficitur ut virtute iuris iurandi non substineantur.*

43 *Alleganda non sunt exempla Judicis contenti causa non urgenti nec utili ubi contractus illis impugnati non fuerint maxime contra literam Statuti quæ observatur* num. 41.

44 *Magistratus Statutum abrogare non potest maxime ubi adest motuproprium observantiam præcipiens, cui frustra contraria observantia opponitur.*

Nec

NEc vera, nec utilis comperta fuit Cauſa, ob quam Domina Roſa Filippi, pro Viro Fideiubens, mediocratem ſuarum dotium obligavit Domino Ioanni Ginori, & qua unice moti non minus Dominæ Roſæ Pater conſenſum præſtitit, quam Iudex ſolitum interpoſuit decretum; quibus idcirco non obſtantibus, prædictam Dominæ Roſæ Fideiuſſionem haud ſubſtineri, eamque a petitis per dictum Dominum Ginori abſolvendam exiſtimavi.

Neque enim hæſitandum cenſui de neceſſitate ſimultanei concurſus ſolemnitatum, & cauſæ, quæ in quibuſcumque Mulierum contractibus vera eſſe debet, & ſaltem iuſta, congrua, & honeſta, iuxta præſcriptum plurium municipalium ſanctionum, quæ in hac Urbe diverſis temporibus emanatunt, quaſque promiſcue referunt *Sabell. in prax.* §. *Donne num.* 5. *Borgnin. de Tutor. num.* 128. *in fin. Simonell. de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 33. *in fin. Rota Romana coram Dunozzet. Iun. deciſ.* 81. *num.* 1. *& per tot.* & paſſim *Rota Noſtra* prætipue *coram Urceol. deciſ.* 14. *num.* 20. *in Liburnen. Cenſuum* 23. *Auguſti* 1695. §. *in facto cor. bon mem. Domino Auditore Belluzzi lib. motiv.* 120. *fol.* 293. *& in Florentina Commendæ de Concinis* 13. *Septemb.* 1715. §. *Nec ambigendum cor. bon. mem Dom. meo Genitore impreſſ. in eius tract. de iur. Fideicommiſſ. tit.* 3. *diſſertat.* 123. *num* 11. 1

In Contractibus vero, in quibus agatur de obligatione dotis, providi Statuentes, enixius providendo Mulierum imbecillitati, illarumque præiudiciis occurrentes, cauſam requiſiverunt, non tantum veram, & aliquo reſpectu congruam, & rationabilem, ſed præciſe utilem ipſi Mulieri contrahenti, ſub pœna nullitatis contractus ſanctientes Patri Mulieris, nec non Iudici Decretum interponenti ſuper huiuſmodi Cauſæ veritate, & utilitate iuramentum deferri quemadmodum in Statuti Florentini *rubr.* 115. *lib.* 2. perſpicue legitur „ ibi „ *ipſis Capitaneis, & Patre, vel Procuratore, ſeu* „ *Curatore ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter tactis ſcripturis, iu-* „ *rantibus, & exprimentibus ſe credere, cauſam, propter quam dictum* „ *iuramentum præſtatur, eſſe veram, & utilem tali minori, vel Mulie-* „ *ri, quam cauſam exprimere debeant &c.* „ Ex quo clara deducitur diſcretiva inter alios Mulierum Contractus, & illos qui circa illarum dotes verſantur, ut quidquid in aliis ſufficere valeat expreſſio cauſæ ſimpliciter veræ, & aliqualiter congruæ, in his neceſſaria ſit cauſa omnino utilis ipſi Mulieri, ſicuti in ſimili ſuper Statuto Romæ diſtinguendo inter *cap.* 151. ſimpliciter requirens „ *Cauſam in ſcri-* „ *ptis expreſſam, & inſinuatam, ac plane cognitam* „ & aliud *cap.* 113. 2

vo-

volens „ *eam cessisse in evidentem utilitatem Pupillorum, seu minorum* „ bene raciocinatur *Card. De Luca de alienat. disc.* 31. *num.* 8. *Rota decis* 56. *num.* 18. *post Pacific. de Salvian.*

Hæc autem Mulietis contrahentis utilitas in omni Dotium obligatione ex recensito Statuto necessaria, fortius perquirenda visa fuit in controverso contractu, in quo Mulier pro Viro pecuniam mutuo accipiente fideiussit, quod, etiam iure communi inspecto, ei non permittitur, nisi pecuniæ in propriam Mulieris utilitatem ver-
3 sæ probentur ex notissimo *Textu in Auth. si qua Mulier Cod. ad Velleian.* de quo ultra *repetentes ibid.* præcipue *Bartol. & Bald. in princip. Barbos. in Leg.* 1. *part.* 5. *num.* 54. 55. *ff. solut. matrim Seraphin. de privil. iuram privil.* 65. *num.* 3. *Merlin. Pignattell. contr. cent.* 1. *cap.* 56. *num.* 1. *Surd. dec.* 164. *num.* 11. 13. *Conciol. allegat.* 76. *num.* 1. *& seq. Hering. de Fideicommiss. sive de Fideiuss. cap* 7. *num.* 389. *& seq. Maur. cod. tract. sess.* 8. *capit.* 3. *num.* 1. *& seq. Adden ad Gregor. decis.* 333. *litt. B Rota cor. Pen. decis.* 950. *num.* 11. 12. cui Iuris Communis dispositioni cum nullatenus derogaverit nostrum Statutum, quoad Contractus saltem Dotis obligationem involventes, quinimmo illam potius ampliaverit, & præcisive etiam a Viri interesse conformiter cum illa disposuerit, propterea in terminis dictæ Authenticæ passivam ab ea recipere debet
4 interpretationem, cui non derogando, sed addendo, & supplendo disponit *Menoch. cons.* 384. *num.* 14. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr* 76. *num.* 27. *Adden. ad Gregor. decis.* 260. *num.* 19. *Rota coram eodem Gregor. decis.* 406. *num.* 4. *post Torr. de pact. decis.* 30. *num.* 5. *& cor. Falconer. de solut. decis.* 25. *num.* 24. optime *part.* 17. *recent. decis.* 352. *num.* 5.

His in iure suppositis parum proficere videbatur Actori interventus omnium solemnitatum, Iudicis decretum, nec non iuramentum in actu concedendæ licentiæ præstitum non minus a Patre Reæ conventæ, vel illius Procuratore, quam a Capitaneis Sancti Michaelis in Horto asserentibus causam inibi expressam, esse veram, & utilem Mulieri obligandæ, nisi modo eadem causa ad trutinam
5 revocata, talis comperiretur, qualem esse prædicti Iudices, & Pater opinati fuerunt.

Quandoquidem mens, & causa finalis Statuentium in demandandis prædictis solemnitatibus illa fuit, ne Mulieres imprudenter, & absque earum utilitate sese aliis obligando in contractibus læderentur
6 propterea ultra interventum solemnitatum, de causa principaliter inquiri debet, quæ finis est, propter quem Statutum solemnitates præscribit, sicuti de solo decreto Iudicis a lege volito communiter notant *Simoncell. de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 31. *& seq. Urceol. cons.* 63. *num.* 14. *& seq. Zaul. ad Statut. Favent. lib.* 3. *rubr.*

3 *rubr.* 17. *num.* 43. *Sabell. in prax.* §. *Donne num.* 5. *Iov. de contract. minor. gloſſ.* 20. §. 3. *num.* 38. *Conſtant. ad Statut. Urb. annotat.* 44. *num.* 239. *& ſeq. Rota poſt De Luca ad conſtitt. deciſ* 11. *num.* 14. *in Mantiſſ. Rota Noſtra in præcitata Liburnen. Cenſuum* 23. *Auguſti* 1695. §. *in facto coram Bellutio*, & aliis allegatis in citata *Florentina Commendæ de Concinis* §. *nec ambigendum cor. bon. me. Dom. meo Genitore*, concorditer inde arguentes, ut data cauſæ falſitate, vel ineptitudine, contractus corruat, non obſtante decreti, aliarumque ſolemnitatum interventu, præ cæteris *Conſtant. ad Statut. Urb. annot.* 44. *num.* 181. *Rota poſt De Luca ad conſtitt. citata deciſ* 11. *num.* 7. *Rota Noſtra in dicta Liburnen. Cenſuum eodem* §. *in facto*, *& in laudata Florentina Commendæ de Concinis* §. *ultra voluntatis*, *&* § *in tantum*. 7

Quod evidentius apparet in noſtro Statuto, ſub pœna nullitatis demandatæ ut Pater Mulieris contrahentis, & Iudex, iurent ſe credere cauſam, ob quam Mulier obligatur eſſe non ſolum veram, ſed etiam utilem ipſi Mulieri contrahenti; Iuramentum enim huiuſmodi, cum alio fine requiti non potuerit, quam ad obviandum Mulierum præiudicia, & ne ipſe propter Iudicis; ſeu Patris oſcitantiam abſque aliqua utilitate, vel ex falſa cauſa proprias Dotes obligarent, profecto parum prodeſſe viſum fuit, quod idem iuramentum interceſſerit, quoties illud erronee præſtitum detegitur, & cauſa, quam nimia facilitate Pater, & Iudex veram crediderunt, & utilem, nec utilis detegatur, nec vera; irrito enim effecto ob hominum malitiam, ſeu negligentiam, aut imbecillitatem, eo fine, ob quem Statuentes ad præſcribendum iuramentum, cæteraſque ſolemnitates moti fuerunt, irritus cenſetur Contractus, non obſtante materiali earumdem ſolemnitatum interventu, ſicuti in materia ratiocinatur per *Text. in Leg & ſi præſes Cod. de Pred minor. Iov. de contract. minor. gloſſ* 20 § 2. *n.* 51. *& ſeq. Cenc. de cenſib. quæſt.* 15. *ſub num.* 20. § *quod in tantum*. 8

Nec immorandum fuit ſuper quæſtione, an ſaltem a decreto Iudicis, conſenſu Patris, ac utriuſque iuramento præſumptio exurgeret veritatis, & utilitatis Cauſæ in Inſtrumento deductæ, quæſtionem enim hanc ſubſtulerunt informantes pro Rea conventa, onus ultro aſſumentes contrariæ probationis, qua poſita qualiſcumque præſumptio, quæ a decreto cæteriſque ſolemnitatibus Statutariis potuiſſet educi, ſtatim corruit ad firmata per *Pic. ad Statut Urb. gloſſ.* 21. *num.* 35. *num.* 39 *& num.* 42. *Conſtant. ad idem Stat. annot.* 44 *num.* 265. *& num.* 272. *art.* 4. *Iov. de contract. minor. gloſſ.* 20 §. 2. *num.* 88 *Urceol. conſult.* 28. *num.* 1. *& ſeq Rota coram Dunozzett. iun. deciſ.* 805. *num.* 4. *& in recent. deciſ.* 293. *ſub n.* 7. *part.* 9

7. *part.* 15. aliisque allegatis *Rota Nostra in sæpe citata Florentina Commendæ de Concinis* §. *tertia demum*.

Assumentes itaque examen causæ, quæ ad extorquendam Mulieris obligationem, nec non obtinendum consensum Patris, & decretum Iudicis fuerat a Viro supposita, illamque ab Instrumento, ut par erat, educere satagentes, comperimus Mulierem non alia ratione inductam fuisse ad fideiubendum pro Viro sumendum ad cambium summam scutorum mille ducentorum, nisi ad augendum corpus negocii ipsius Viri „ ibi „ *per augumentare i corpi del suo negozio, che redonderà in utile, e vantaggio della loro Casa* „ cuius propterea causæ veritatem, & iustitiam unice inspiciendam existimavi ad effectum substinendæ, vel iufirmandæ obligationis, de qua res erat, nullo numero habitis aliis causis, quatenus adesse possent, quæ licet magis veræ, & rationabiles, utpote Iudici, decretum interponenti haud narratæ, nec ab eo cognitæ, decretum, & contractum a nullitate salvare minime potuissent per ea, quæ sine contradictore docent *Simonell. de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 22. *Andreol. controv.* 136. *num.* 13. *Iov. de contract. minor. gloss.* 20. §. 3. *num.* 17. *& num.* 20. *& num.* 26. *& seq. Constant. ad Statut. Urb. citat. annot.* 44. *num.* 182. *& seq. Pit. ad idem pariter Statut. cap.* 151. *gloss.* 22. *per tot. Rota in recent. part.* 16. *dec* 190. *num.* 12. *part.* 17. *decis.* 331. *num.* 19. 20. *cor. Celso decis.* 233. *sub num* 4. *cor. Priolo decis.* 88. *num.* 18. *cor. Merlino decis.* 575. *num.* 12. *& cor. Falconer. tit de Tutor. & Curat. decis.* 2. *num.* 12. *&* 23.

Nulla sane allata unquam fuit probatio versionis huius pecuniæ in negocium Mariti ad verificandum suppositum augumentum, quod unice obligationi causam dederat ex quo pretendente Domina Rosa causæ falsitatem satis ostendere, plurimum initio Iudicii fuit inter Partes dimicatum, non minus super quæstione, an in casu versio præsumi deberet, vel potius probanda foret a Creditore, quam super alia, an Creditor sollicitus esse debeat de versione pluribus hinc inde adductis rationibus, & congestis authoritatibus, inter quas præcipue favore Creditoris allegabantur *Balduce. decis. & rer. iudicat tit.* 4. *decis.* 55. *num.* 78. *Rota post Cene. de censib. decis.* 35. *num.* 9. *& in recent part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 33. *num.* 11. *& seq. & part.* 11. *dec.* 462. *num.* 14. 15. & favore Mulieris *Manent. cons.* 17. *per tot. & decis.* 31. *n.* 22. *& seq. Urceol. de transf. quæst.* 100. *num.* 46. *Rota Nostra cor. eod. decis.* 14. *n.* 25. *& seq.*

Verum in progressu Causæ omnis Iudicio meo sublata fuit necessitas dirimendi has quæstiones, in facto siquidem probatum fuit usque de mense Augusti Anni 1730. & sic antequam Domina Rosa controversam emitteret obligationem fideiussoriam, discidtam fuisse

socie-

ſocietatem Negocii inter Dominum Innocentium eius Virum, alioſque de Filippis vertentem, quodque eidem Negocio, cuius reſidua tunc temporis Dominus Innocentius veluti præpoſitus adminiſtrabat, ut aiunt „ *per lo ſtralcio* „ biduo poſt extortam Uxoris obligationem ipſe finem impoſuit. Ex hoc enim facto non ſolum veritati cedere coacta fuit quæcumque præſumptio, quæ pro verſione allegari poſſet ad *Text. ille aut ille, ff. de legat.* 3. ſed cognita ulterius impoſſibilitate huiuſmodi verſione a parte ante, ideſt de tempore obligationis, quodque Uxorem Vir induxerat ad fideiubendum falſa omnino ſuppoſitione augendorum capitalium Negocii iam pridem completi, & diſdicti, ceſſare viſa fuit altera quæſtio ſuper obligatione procurandi verſionem poſt contractum, an ſcilicet hæc Mulieri potius incumberet, an Creditori. 12

Hanc enim quæſtionem examinare non piguit quouſque in cauſa proceſſum fuit cum ſuppoſito hinc inde admiſſo durationis Negocii, cuius augumentum, ſi verificabile fuiſſet de tempore contractus dubitari poterat, an eo poſtmodum non impleto, contractus ipſe corrueret in præiudicium Creditoris, qui de verſione ſollicitus eſſe non deberet; at detecta Negocii terminatione ante contractum, de quo res eſt, clara apparuit falſitas Cauſæ, ob quam Mulier ad fideiubendum inducta fuit, & ipſo tempore contractus inſpecto, clariſſime emicuit dolus, & circumventio, quibus Vir inveſtimentum fingens re ipſa impoſſibile, Uxorem non ſolum, ſed Creditorem, 13
Iudicem, & Uxoris Patrem ſeduxit; quapropter Mulieris obligatio hiſce ar ibus extorta, & ex falſa cauſa præciſive etiam ab eventu, uſque ab initio nulla, & irrita viſa fuit ad ea, quæ docent *Pieb. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap* 151. *gloſſ.* 21. *num* 35. *& ſeq. Conſtant. ad idem Statut. cap.* 44 *num.* 179 *& ſeq. Iov. de contract minor. gloſſ* 20. §. 3. *num.* 8. *& plur ſeq. Gratian. diſcept cap.* 791. *n.* 30. *& ſeq. Cyriac controv.* 275. *num.* 15. *Rota cor. Celſ. dec.* 223. *num* 8 9 *& deciſ.* 331. *num.* 14. *part.* 17. *recent & cor. Molin. deciſ.* 499. *num.* 6. & ad propoſitum bene diſtinguere videtur *Rota coram Gregor. deciſ.* 406. *num.* 12 falſitas enim cauſæ adimit con- 14
ſenſum contrahentium ab actu, & illum Iudicis a decreto, ut appoſite animadvertunt *Conſtant. citato num.* 44 *num.* 179 *& n.* 240. *Pic. ad Statut. Urb. gloſſ.* 22. *fere per tot. Rota in recent. deciſ* 317. *num.* 26. 27. *part.* 17. *cor. Duran. deciſ.* 247. *num.* 8. *&* 9. *coram Merlin. deciſ.* 603. *num.* 2. *cor. Gregor. deciſ.* 333. *num.* 7. *& ſeq. cor. Molin. d. deciſ.* 449. *eodem num.* 6. quæ falſitas eo ipſo probata dicitur, quo oſtenditur fuiſſe ſuppoſitum aliquid non verum, ut in terminis firmat *Conſtant. loco citato num.* 242. *& conſonat Rota part* 3. *recent. deciſ.* 326. *num* 5. *quæ eſt cor. Ludoviſ. deciſ.* 496. *in fin. & part* 9. *deciſ.* 496. *num.* 5. *& part.* 17. *deciſ.* 17. *n.* 3.

Poſita

Posita siquidem Negocii terminatione, cum impossibilis de facto esset immissio pecuniæ in illius augumentum, quæ Dominæ Rosæ non possibilis tantum, sed omnino adimplenda fuerat simulata; descendit inde eiusdem contractus resolubilitas non solum in supposito; quod huiusmodi augumentum diei debeat fideiussioni Mulieris, & decreto Iudicis adiectum per modum conditionis, quemadmodum strenue sustinebat egregius Defensor eiusdem Dominæ Rosæ, verum in casu etiam, quo idem augumentum simplicem modum importaret, ut pro parte Domini Ginorii defendebatur, licet enim modus haud suspendat contractus exequutionem, illiusque defectus regulariter non resolvat contractum; quoties tamen modus de tempore actus erat de facto, vel de iure impossibilis, & ab agente possibilis reputabatur, de eo æque, ac de conditione impossibili iudicatur, ad effectum, ut pariformiter contractum inficiat, sicuti per *Text. in Leg. cum Ancillam Cod. de condit. ob causam, & Leg. Dedi tibi* 3. §. *sed si liber homo ff. de cond. caus. dat. post Bartol. in Leg. si pecuniam ff. eod. num.* 14. bene distinguit *Duran. de cond. & mod. imposs. part.* 5. *cap.* 2. *num.* 11. 12. 13.

Solemnis adeo facti vim agnoscentes strenui Defensores Domini Ginorii, illam ex facto pariter evitare conati sunt, duplex figurantes negocium, quod de tempore contractus ad Dominum Innocentium spectaret, alterum videlicet, quod commune habebat cum cœteris de Filippis, quodque tunc temporis, utpote concorditer terminatum a sociis, augumenti incapax inficiari non poterant; alterum vero quod absque alicuius socii participatione privato sui periculo administrabat, quodque supponebant initium sumpsisse ab anno 1727. sustinentes in hoc secundo verificabile fuisse augumentum corporum, quod in controverso contractu pro causa fuit enunciatum.

Extremum tamen hoc diffugium inutile pariter penes me evasit, tam ex defectu concludentis probationis, quam ob resistentiam plurium circumstantiarum, contra prætensa huiusce particularis Negocii existentiam pugnantium. Ad illud enim probandum gemini adducebantur libri, in huius Iohannæ Cancelleria derelicti post generalem aliorum translationem ad Curiam Mercantiæ; quorum alteri titulus erat „ *Questo libro intitolato Giornale è del Signor Innocenzo Maria Filippi, e servirà per denotarvi le compre, e vendite di Mercanzie, e riscontro di esse, tanto per conto proprio, che per conto di Amici, principiato il primo Agosto* 1727. „ alter autem inscriptus erat „ *Questo libro intitolato Debitori, e Creditori segnato di lettera A, è del Sig. Innocenzio Maria del quondam Carlo Antonio de Filippi, e servirà per denotarvi li Debitori, e Crediteri del medesimo, principiato questo dì primo Ottobre* 1727. „

Hi sane libri, quidquid sit an probare possint Dominum Innocen-

centium etiam de tempore, quo Negocio communi præpoſitus erat, aliquot privato commodo emptiones, & venditiones feciſſe, clam tamen, & ex infra dicendis contra leges Societatis, non tamen concludunt illum publice negociati, & proprium habuiſſe Negocium diſtinctum ab illo ſociali; deficit enim aliorum librorum, ut dicitur corredorum exiſtentia, deficit loci deſtinatio, & ſeparatim aperta Taberna, in qua particularis hæc negociatio exerceretur, deficit oblatoriatum tranſmiſſio, corporum immiſſio, aliaque plura, quæ ad publice inſtituendum Negocium partim de ſtylo intervenire, partim ex neceſſitate requiri notorium eſt, ut docet *Anſald. de commerc. diſc. gener. num.* 65. qui *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 313. alioſque dat concordantes; quapropter hos libros deſtinatos ad deſcribendos aliquot contractus, alienos forſan a Domino Innocentio, uti Procuratore, vulgo „ *Spedizioniere* „ explendos, & adnotanda propria particularia credita, aut magis debita, quorum nunc temporis plus nimio abundare probatum fuit ex ipſis actis ſui ſindacatus, ſufficientes non cenſui ab concludendam publicæ Rationis exiſtentiam, vel ſaltem exiſtimavi nonniſi æquivocam ex illis probationem educi poſſe, maxime ad effectum, de quo res eſt, verificandi videlicet augumentum capitalium, quorum præexiſtentiæ ex ipſis libris nulla, non dicam probario, ſed nec probationis initium deſumitur; quod ad excludendam cauſæ veritatem exuberaret, niſi enim corpus Negocii præexiſteret, augeri non poterat, cum non entis nullæ ſint qualitates, ſicuti poſt Philoſophos, ex noſtratibus inquit *Rota deciſ.* 31. *num.* 27. *part.* 10. *deciſ* 386. *num* 12. *part* 13. *deciſ.* 356 *n.* 14. *part.* 14. *& deciſ.* 111. *num.* 5. *part.* 17. *recent.* 16 17

Et ſane ipſemet Dominus Innocentius in ſuperius tranſcripta librorum intitulatione, nullum de novo Negocio, ſeu ratione verbum appoſuerat, ut poſtmodum fecit in libris ab eo inceptis in menſe Auguſti 1731. poſt omnino terminatum Negocium ſociale, quos inſcripſit pertinere „ *al Negozio del Signor Innocenzio ec.* „ vel „ *al Signor. Innocenzio ec. di ragione nuova di Firenze* „ Ex quo prima ratio deſumebatur excluſiva præcedentis Negocii, ducto argumento, non tantum a ſolita formula aliorum Mercatorum, ſed a ſubſequenti facto ipſius Domini Innocentii, a quo patens etuebatur diſcretiva, in Iure conſiderabilis ad iudicandam rerum, & voluntatis diverſitatem etiam in libris Rationum *Rota cor. Molin. deciſ.* 1253. *num.* 10. *& deciſ.* 1299. *num.* 26. *& cor. Falconer. tit. de Senat. Conſ. Velleian. deciſ* 3. *num.* 9. 18

Huic argumento conſonat ſubſequens factum ipſius Domini Innocentii, qui in actu ſuæ decoctionis, omnes ſui Negocii libros exhibens, prout tenebatur in Curia Mercantiæ, geminos hoſce libros modo repertos, haud depoſuit, ſed illos tantum, qui initium

sumpserant in mense Augusti 1731. quibus contenti Creditores, nullus fuit ex ipsis, qui præcedentes libros perquisiverit; signum evidens, quod tam ille, quam Creditores probe noverant, ante an-
19 num 1731. nullum extitisse in hac Urbe Negocium Filippi, præter illud sociale; particulare vero Negocium Domini Innocentii solo anno 1731. apertum fuisse; neque enim Dominum Innocentium libros ad Negocium pertinentes occultasse præsumi debet contra Leges Sindacatus, quod maxime cæteros omnes fideliter exhiberat, & nulla ab istorum occultatione utilitas ei obventura dignoscitur *Leg. merito ff. pro soc. Leg. item apud Labeonem* § *si communem ff. de iniur. & Leg. cum Patre* §. *rogo ff. de legat.* 2. *Menoch præsumpt.* 161. *num* 36. *lib.* 4. *& præsumpt.* 2. *num* 1. *& seq. lib.* 5. *Rota coram Falconer. tit. de inventar. decis.* 18. *num.* 29. *& tit de legat. decis.* 2. *num.* 14. minusque eius Creditores, vel rei pubblicæ actæ ignaros; vel in proprio iure tuendo negligentes existimare
20 debemus *Leg. cum de indebito ff. de probat. Rota cor. Dunozzet iun. decis.* 617. *num.* 8. *coram Falconer. de inventar. decis.* 18. *num.* 24. *& de pension decis.* 14. *num.* 8.

Item amplia etiamſi adiecta fuiſſet conditio, ſi Collegatarii ſupervixerint hæredi *deciſ. 6. num. 8.*
Vel adſint verba „ nec aliter, „ nec alio modo *dec. 6. n. 13.*
Item etiamſi Teſtator dixerit, quod pars caduca remaneat penes hæredem, quia non habet locum ubi ſubſtitutus, vel taliter coniunctus datus ſit *deciſ. 6. num. 14.*
Item nec ubi dictio *ſolummodo*, appoſita ſit legati conſequutioni, quod tamen ſecus eſſet ſi appoſita eſſet eius portioni *deciſ. 6. num. 16.*
Coniuncti re, & verbis ſunt ii, quibus communiter res, vel cuilibet dimidia relinquitur *deciſ. 6. num. 4.*
Stante coniunctione verbali plures vocati videntur quaſi in unum corpus redacti *deciſ. 7. num. 3. & 36.*
Inter plures re coniunctos, vel coniunctos re, & verbis datur ius non decreſcendi, inter verbis autem coniunctos ius accreſcendi *deciſ. 7. num. 5.*
Hanc eſſe comunem ſententiam dicitur *Bellon.* contrariam defendens *dec 7. n. 6. 26.* Cuius opinio contra *Bartol.* reprobatur *deciſ. 7. n. 13. 65.*
Coniunctio verbalis non dicitur adeſſe quando duo ſunt orationes imperfectæ rectæ ab eodem verbo *lego*, quia in utraque cenſetur repetitum *deciſ. 7. num. 7.* contra *num. 13.*
Item quando adeſt clauſularum diverſitas *deciſ. 7. num. 8.* declara *num. 14.*
Item ſtante dictione *&*, quæ poſita inter diverſa verbalem coniunctionem non admittit *deciſ. 7. num. 9.* declara *n. 15.*
Item propter dictionem *cuilibet* ex qua plures, ac ſeparatæ cenſentur factæ dinumerationes, & diſtributiones & *num. 51. & 62.* Contra quod hæc dictio removeat tantum realem, non autem verbalem coniunctionem in eadem oratione *num. 17. 18. & 52.* & de ratione *num. 20.* Contrariæ auctoritates declarantur *n. 63. 66. 70. dec. 7. n. 10.*
Nomina diſtributiva non impediunt coniunctionem verbalem ſed potius inducere ſolent ius accreſcendi, & non decreſcendi *deciſ. 7. num 19. 21. 61.*
Dictio *cuilibet* tollit nominum complexum *deciſ 7. num 33.*
Coniunctionis, variæ formulæ afferuntur *deciſ. 7. num. 44.*
Coniunctionis verbalis definitio *deciſ. 7. num. 68.*
Sanguinis coniunctio ex qua ſcientia præſumitur, ignorantiam excludit, eoque magis inter Patrem, & Filium *deciſ. 14. num. 37. & 38.*

CONIUNCTUS.

Verbis coniuncti dicuntur quando plures ponuntur in una oratione recta ab unico verbo. Amplia etiam non obstante appositione verbi *cuilibet decis. 7. n. 11. & 53.* exemplifica ut *n. 12. & 25.*

Doctrina *Bartoli in Leg. re coniuncti* non habet locum stante dictione *cuilibet*, quæ refertur ad quoslibet singulorum *decis. 7. num. 32.*

CONSANGUINEUS.

Affinium appellatione eo magis veniunt consanguinei, si Testator non habuit Uxorem, & de ratione *decis. 1. num. 11.*

Simplex nominatio constituit nominatum in quasi possessione consanguinitatis *dec. 30 n. 16.*

Testator censetur maiorem affectionem habuisse erga consanguineum proximiorem, & sibi cognitum *decis. 31. num. 9.*

CONSENSUS.

Ex scientia præsumpta non oritur præsumptio consensus, cum duo specialia non admittantur *decis. 2 num. 62.*

Ex scientia, & taciturnitate oritur præsumptio consensus etiam in præiudicialibus, quando tacens contradicendo poterat actum impedire *decis. 2. num. 63.*

Contraria opinio verior est, & de ratione. Taciturnitas est medium inter consensum, & dissensum. Secus in his, quæ afferunt commodum *decis. 2. num. 64. 66.*

Taciturnitas habetur pro consensu in his, quæ tacenti afferunt commodum *decis. 2. n. 65.*

Limita quando cum taciturnitate adiunctus esset aliquis actus positivus consensum indicans *decis. 2. num. 67.*

Error excludit consensum, qui est de substantia cuiuslibet Contractus. Et probari potest etiam non obstante iuramento. Atque allegari etiam in facto proprio, & quando hoc procedat *decis. 6. num. 25. 33. 34.*

Errantis nullus est consensus *decis. 9. num. 49.*

Stante subreptione corruit consensum expressum vocatorum *dec. 18. n. 10. 11. 47.*

Consensus alius est productivus obligationis, & actionis erga eum, cum quo principaliter actum geritur, alius approbatorius, & confirmatorius actus per alium gesti *dec. 19. n. 24.*

CONSENTIENS.

Appellatione affinium, ex consuetudine Notariorum, & Testatorum sæpe veniunt consanguinei *decis. 1. num. 4.*

Et quidem non ex imperitia, sed ex recto loquendi usu *decis. 1. num. 5.*

Consentiens locationi prohibitæ cadit a commodo vocationis, nec ob talem contraventionem admitti potest *decis. 2. n. 44.*

Limita ſi locans tali conſenſu uſus non ſit, ex quo a Principe derogationem diſpoſitionis obtinuerit *deciſ.* 2. *n.* 45.

Et dicitur illo non fuiſſe unum, dum non fuerunt adimpleta omnia in dicto conſenſu appoſita *deciſ.* 2. *num.* 46.

Conſentiens alienationi rei fideicommiſſariæ an ſibi præiudicet remiſſive *deciſ.* 5. *num.* 22.

Taeens, ſeu conſentiens alienationi contra præceptum Teſtatoris, ſibi præiudicat *deciſ.* 12. *n.* 36.

Conſentiens Gitatæ factæ in tertium ſibi præiudicat, ne non poſſit actui geſto contravenire *deciſ.* 19. *num.* 25.

Nec poteſt propriam literam adhuc repetere, nec in ea prætendere ius, ſive hypothecam *deciſ.* 19 *n.* 26.

Idque procedit non ſolum in conſenſu expreſſo, ſed & tacito *deciſ.* 19. *num.* 27.

Et eo caſu conſentiens habet ſolum regreſſum contra Girantes *deciſ.* 19. *num.* 28.

Contraria opinio procedit ubi literæ non ſint acceptatæ in caſu vero, quo ſint acceptatæ, ſed non ſolutæ procedere poteſt contra adiectum *deciſ.* 19. *num.* 29.

Ideoque uſque dum ſperati poteſt literæ acceptatio non licet tam Creditoti, quam ſcribenti pœnitete, & recedere *deciſ.* 19. *num.* 30. 31.

CONSILIUM.

Super iam firmatis conſilium non petitur *deciſ.* 14. *num.* 43.

CONSORS.

Statutum Florentinum concedit in venditione prælationem conſorti, qui etiam poſt promiſſionem recedere poteſt, & quare *deciſ.* 15. *n.* 1. 2. 7.

Ad hoc ut poſſidens præferatur in emptione ſufficit ut in minima parte ſit conſors *deciſ.* 17. *num.* 8.

CONSUETUDO.

Unicus actus in contrarium ſufficit ad excludendam conſuetudinem, etiamſi mille pro ea eſſent geſti *deciſ.* 4. *num.* 55.

Ceſſante conſuetudine ob actuum diſſotmitate recurrendum eſt ad iuris diſpoſitionem *deciſ.* 4. *num.* 56.

Conſuetudo eſt ius non ſcriptum, quod diuturno uſu, & maiorum moribus inductum eſt *deciſ.* 20. *num.* 24.

Conſuetudo non ſolum vera legis interptes, ſed Lex ipſa eſt *deciſ.* 42. *num.* 1.

Et ad eam recurri debet in mamateria immunitatis duodecim liberorum *deciſ.* 42. *num.* 2.

Conſuetudo Principi nota, & qua ipſe uſus eſt Legem ipſam ſuperar *deciſ.* 42. *num.* 25.

Ex conſuetudine faciendi emphyteuticas conceſſiones in aliquo Territorio præſumitur quod Bona in eo poſita data ſint in emphyteuſim *deciſ.* 52. *n.* 52.

CONTEMPLATIO.

Contemplatio agnationis militat

etiam in fœminis reſpectu familiæ viri, & reſultat ex repetita maſculinitate *dec.* 22. *n.* 27.
Item ex parte conditionali, in qua contemplantur ſoli maſculi ex maſculis *deciſ.* 22. *n.* 28.
Non autem maſculi ex fœminis *deciſ.* 22. *num.* 29.
Amplia quod non veniat fœmina immediate deſcendens ab ultimo maſculo *dec.* 22. *n.* 30.
Agnatio non dicitur contemplata ex ſola ſubſtitutione agnati *deciſ.* 31. *num* 23.
Ratio agnationis contemplatæ non facit ut recedatur a theorica Cumani, & de ratione *deciſ.* 31. *num.* 24.
Contemplatio agnationis, quæ conſideratur in ſubſtitutione agnati cum ipſo extinguitur *deciſ.* 31. *num.* 25.
Non eſt ſufficiens pro Fideicommiſſi ſucceſſivi inductione *dec.* 31. *num.* 26.
Tacita agnationis ratio perſonas vocatas non excedit *deciſ.* 31. *num.* 27.
Ancharan. conſ. 27. intelligi debet quando ſubſtitutio ſub nomine collectivo facta eſt cum verbis tractum ſucceſſivum, & perpetuitatem denotantibus *dec.* 31. *num.* 28.

CONTRACTUS.

Guarantigia, æque ac obligatio cametalis iuvat omnes intereſſe habentes, licet non intervenerint in contractu *dec.* 11. *num.* 30.
Qui agit ex contractu nullo fruſtra agit *deciſ.* 14. *num.* 10.
Statutum locum non habet in Scriptura iurata, cum Statuta laicalia non obtineant in contractibus iuratis *dec.* 14. *n.* 18.
Quando contractus eſt ipſo iure nullus, poteſt quiſque venire contra factum proprium, & quare *deciſ.* 14. *num.* 23. 24.
Ex contractu cui ante notificationem ſuſpenditur validitas nullum ius neque ignoranti acqiri poteſt *deciſ.* 14. *n.* 29.
Perfectum non dicitur ſi de eo aliquid agendum ſuperſit *deciſ.* 15. *num.* 12.
Contractus conceptus ſub conditione affirmativa numquam in eſſe deducitur donec conditio exiſtat *deciſ.* 16. *num.* 11.
Secus ubi conceptus ſit ſub conditione negativa, cum eo caſu ex non adimplemento adiecto per viam modi, contractus reſcindatur *deciſ.* 16. *n.* 12.
A priori obligatione non intelligitur receſſum per ſecundum contractum nullum *deciſ.* 18. *num.* 8.
Contractus ad utriuſque Contrahentis utilitatem, nonniſi utroque conſentiente, diſtrahi poteſt tàm in ſubſtantialibus, quam in accidentalibus *deciſ.* 19. *num.* 13.
Fundamentum Fontanellæ *deciſ.* 24. *num.* 19. *deciſ.* 19. *n.* 14.
Contractus non debet claudicare, ut ſcilicet unus ex contrahentibus ſit obligatus, alter vero liber *deciſ.* 19. *num.* 15.
Ad aſſequendam imputationem, vel reſtitutionem eius, quod in-

indebite fuiſſet ſolutum ſemper inſpiciendum eſt initium contractus, an ſcilicet a principio in eo irrepſiſſet uſura, vel in parte, vel in toto *dec.* 26. *num.* 34. 38.

Concluſio proxime ſuperius firmata procedit etiam in terminis taxationis fructuum recompenſativorum *dec.* 26. *num.* 35.

Concluſio ſuperius firmata *num.* 34. procedit etiam in terminis certi intereſſe conventi ratione lucri ceſſantis *deciſ.* 26. *num.* 37.

Initium, & origo, non autem eventus attendirur in omnibus contractibus ad illorum validitatem vel invaliditatem agnoſcendam *dec.* 26. *n.* 38.

Ampliatur concluſio quamvis ab eventu incidat enormiſſima læſio *deciſ.* 26. *num.* 39. Et ratio aſſignatur *num. ſeq.*

Commodum ex contractu reportare non debet qui contractum non adimplevit *dec.* 26 *n.* 48.

Ratio finalis potius, quam verba eſt attendenda in interpretatione contractus *dec.* 34. *n.* 34.

Et illa capienda eſt, quæ principali intentioni non repugnat *deciſ.* 34. *num.* 35.

Contractus præiudicialis non eſt præſumendus initus a Mercatore Florentino *dec.* 35. *n.* 35.

Contractus ab eventu non ſunt iudicandi *deciſ.* 35. *num.* 42.

Contractus tanquam individuus nequit pro parte acceptari, & pro alia impugnari *dec.* 36. *n* 13.

Contractus etiam a Principe facto, vel eius Vicario eſt ultro citroque obligatorius *dec.* 36. *n.* 14.

In contractibus Mulierum cauſa debet eſſe vera, iuxta, congrua, & honeſta iuxta præſcriptum municipalium ſanctionum *deciſ.* 46. *num.* 1.

An verſio pecuniæ in cauſam ſub qua contractus initus eſt præſumatur, vel ſit a Creditore probanda *dec.* 46. *num.* 11.

Conditio ſub modo de tempore actus impoſſibilis contractum annullat *dec.* 46. *num.* 15.

Contractus Mulieris valet domeſticas indigentias reſpiciens *dec.* 46. *num.* 35.

Inapplicatur *Deciſio Placentina inter collect. per Balduce. tit.* 4. *deciſ.* 35. *deciſ.* 46. *num.* 36.

Contractus Mulierum ex *Statut. Florent.* vi, & dolo præſumuntur extorti, qua præſumptione efficitur ut virtute iuris iurandi non ſubſtineantur *deciſ.* 46. *num.* 42.

Proteſtatio Contrahentium in una parte contractus emiſſa in alia etiam repetita cenſetur *deciſ.* 47. *num.* 76.

Contractus talis iudicari debet qualis fuit a Partibus denominatus *deciſ.* 52. *num.* 31.

CONTRADICTOR.

Maxima utilitas eſt cauſa magis apparens oſcitantiæ Contradictoris *deciſ.* 48. *num.* 96.

CONTRAHENS.

Clauſula quorum intereſt non poteſt plus obligare, quam ipſi contrahentes voluerunt *deciſ.* 11. *num.* 39.

Obſervantia longiſſima valde inſervit ad declarandum animum Contrahentium *dec.* 26. *n.* 16.
Verba contractus intelligenda ſunt iuxta ſubiectam materiam, iuxta finem, mentemque Contrahentium *dec.* 50. *num.* 5.

CONTRAVENIENS.

Locationis ſequutæ contra prohibitionem conſtituunt contravenientem in dolo, & illum in pœnam privationis incidere faciunt *deciſ.* 2. *num.* 29.
Amplia etiamſi intervenerit conſenſus eorum, qui vocabantur in caſu contrafactionis. Cum hoc non obſtante mens Teſtatoris offendatur, & ei odioſi omnes efficiantur *dec.* 2. *n.* 30.
Quidquid ſit reſpectu renuncianium iuri ſuo, cum ex conſenſu vocatorum non inferatur ad conſervationem mentis Teſtatoris *dec.* 2. *n.* 31. Vel etiamſi a prædeceſſoribus factæ fuiſſent cum licentia Principis *n.* 37. Et auctoritates in contrarium declarantur *num* 43.

CONTRAVENTIO.

Neceſſitas excuſat a caducitate ob contraventionem *deciſ* 2. *num.* 47. Declara ut *num. ſeq.*
Intereſſe a die litis conteſtatæ debetur vocato in caſu contravenrionis quanti fuiſſet ipſe percepturus *deciſ.* 2. *num.* 69.

CONTUMACIA.

Contumacia Hæredis gravati liberat ſubſtitutum a neceſſitate expectandi reſtitutionem Hæreditatis a S. C. Trebelliano volitam *dec.* 48. *num.* 66.
Ab hac reſtitutione eximit Statutum Noſtrum. *Rubr.* 3. *lib.* 4. *deciſ.* 48. *num.* 67.
Quando non adeſt legitimus Contradictor, Sententia nihil ponit in eſſe *deciſ.* 48. *num.* 79.

CONVENTIO.

Simplex conventio de emendo non facit, ut pœnitentiæ locus non ſit *deciſ.* 15. *num.* 13.
Quotieſcumque Inſtrumentum eſt de ſubſtantia, & forma contractus ante ipſius confectionem locus eſt pœnitentiæ *deciſ.* 15. *num.* 14.
Dictio *in circa* non valet extendere ad annos conventionem teſtrictam ad menſes *dec.* 16. *n.* 7.
Conventio præcedens incerta verificatur ex coniecturis *dec.* 26. *num.* 18.
Data conventione certi intereſſe a principio, illiuſque validitate quæ licita reputatur ratione lucri ceſſantis etiam in puro mutuo, fortius licita eſſe debet in contractu, in quo magis abeſt uſura ex eo quia non intervenit mutuum verum, ſed fictum, & interpretativum *deciſ.* 26. *num.* 26.
Conventio intereſſe exceſſivus uti laborans uſuraria pravitate in eo, quod excedit legitimum modum, in eo etiam moderari debet *deciſ.* 26. *num.* 31.
Taxationis fructuum recompenſativa-

tivorum, conventiones prò modico exceſſu non ſunt de facili retractandæ *dec.* 26. *n.* 36.

COPULATIVA.

Copula & inter diverſas orationes, ſeu duos actus legandi tollit coniunctionem verbalem, ſecus in eadem oratione, & reſpectu unius *dec.* 7. *num.* 15.

Quo caſu potius inducit coniunctionem *dec.* 7. *num.* 16.

Copula & licet coniunctionem de per ſe non inducat inductam tamen magis confirmat *deciſ.* 7. *num* 37.

CREDENS.

Credens ſibi minus deberi quam vere debeatur ſibi non præiudicat *deciſ.* 6 *num.* 22.

Dividens rem propriam credens eſſe cum aliis communem ſibi non præiudicat, quod procedit etiam in tranſactionibus, & quibuſcumque aliis Contractibus *deciſ.* 6 *num.* 23.

CREDITOR.

Statutum Florentinum diſponit Forenſibus nolentibus concurrere cum creditoribus Florentinis adminiſtrandam eſſe iuſtitiam iuxta Ius commune *dec.* 10. *n.* 1. & de ratione *num.* 9.

Contra iuris principia eſt, ut qui habet tantum actionem perſonalem præferatur creditoribus anterioribus *dec* 10. *num.* 6.

Non obſtat argumentum deductum a *Rubr.* 10. *d.* Statuti, cui reſpondetur *deciſ.* 10. *n.* 7. 8. 17.

Bona mercatoris ceſſantis dantur Sindicis, ut illa vendant pro ſatisfaciendis Creditoribus per ſolidum, & libram *dec.* 10. *n* 18.

Refertur opinio *Baldi in Leg. Supervacuam* 12. *num.* 9. *Cod de poſit. deciſ.* 10. *num.* 19.

Statutum Bononienſe diſponit tam Creditores hypothecarios, quam Chirographarios ceſſantis venire in tributum *dec.* 11. *num.* 10.

Inter Debitorem, & Creditorem deber adparere conventio de qua re ſit inita obligatio *dec.* 11. *n* 28.

Ordo in ſolutione tenendus, ſunt primo hypothecarii, deinde privilegiati, denique dumtaxat perſonalem habentes *deciſ.* 11. *num.* 32. 33. 34. 35.

Maior pars Creditorum, & pro numero perſonarum, & pro modo debiti præiudicat ceteris *deciſ.* 11. *num* 57.

Creditor in diem, ſolvens ante adventum diei, non carer ſuſpicione *deciſ.* 18. *num.* 62.

Volente Creditore, dari poteſt ſpecies pro quantitate *dec.* 19. *n.* 5.

Creditor non poteſt vel redire ad ſcribentem, & recedere a Girata, quando probabiliter mandatarius ad ſolvendum eſſet ſoluturus *deciſ.* 19. *num.* 16.

Opinio *Scace de Camb* §. 2. *Gloſſ.* 5. *quæſt.* 18. *num.* 44;. qui concludir, quod inter Creditorem, & ſcribentem non eſt licita ad invicem pœnitentia altero invito poſt datas literas, quamvis non ſint acceptatæ *dec.* 19. *n.*17.

Conſonat opinio *Bald. conſ.* 368.

per

per tot. lib. 1. qui firmat, quod tales literæ Campſorum habent vim Sententiæ in iudicatum tranſactæ *dec.* 19. *n.* 18. amplia ut *num.* 56.
Fortius ubi litera, ſeu Girata concepta eſt verbis diſpoſitivis *dec.* 19. *num.* 19. 33. 34.
Explicatur doctrina Oleæ *de ceſſ. iur. tit.* 8. *q.* 2. *num.* 28. *deciſ.* 19. *num.* 20.
Girata, quæ emanavit in executionem contractus irrevocabilis præcedenter initi, de ſui natura eſt irrevocabilis *dec.* 19. *n.* 21.
Et multo minus poteſt in præiudicium Creditoris Girata revocari, quanto res non eſt amplius integra *dec.* 19. *num.* 22.
Creditor præſumitur ignorare ſuum Debitorem eſſe decoctioni proximum *dec.* 19. *n.* 62. 64.
Quod Creditor facit, cauſa ſui iuris conſervandi dicitur dolus bonus reprehenſibilis *deciſ.* 19. *num.* 68
Decotioni proximus nullum actum gerere poteſt qui uni profit, & alteri noceat ex creditoribus ſuis tam ex *iur. Comm. dec.* 19. *num.* 69.
Quam ex *Statut. Cur. Mercant. lib.* 3. *Rubr.* 3 *dec.* 19 *num.* 70.
Limita ubi ex illo actu Debitor utile potius, quam damnum Creditoribus inferret *dec.* 19. *n.* 71.
Vel quando actus proveniret ex cauſa neceſſaria, & nullam Patrimonii diminutionem importaret *deciſ.* 19 *num.* 72.
Poſſidens rem alienam citra vitium non cogitur reſtituere, niſi ſit ſatisfactus *deciſ.* 21. *num.* 4.
Amplia etiamſi cum vitio ad eum pervenerit ex cauſa, pro qua vult retinere *dec.* 21. *num.* 3.
Item amplia etiamſi creditum ſit illiquidum *deciſ.* 21. *num* 6.
Curatoris confeſſio pro modum contentioſæ iuriſdictionis prolata præiudicat Minori, quouſque de contrario deceatur *deciſ.* 30. *num.* 30.
Maxime ſi infimul facta ſit ab alio litis conſorte maiore, & conſanguineo de re ad familiam ſpectante *dec.* 30 *num.* 31.
Antiquum *Statut. Flor. lib.* 2. *Rubr.* 57. diſponit, quod ſequuta adiudicatione bonorum debitoris per iudicem præviis proclamatibus Creditor poſt annum amplius non audiatur *dec.* 33. *num.* 42.
Excipiuntur tamen in eodem Statuto abſentes a Civitate, Territorio, & Diſtrictu Florentiæ *deciſ.* 33. *num.* 43
Creditor nequit in præiudicium debitoris, mandantis pecuniam, eiuſque fideiuſſorum variare modum, & formam præſcriptæ computationis, & ſolutionis *deciſ.* 34. *num.* 33.
Debitor in præiudicium Creditoris anterioris paciſci nequit, quod poſterior præferatur *deciſ.* 35. *num.* 13.
Et generaliter factum debitoris nequit præiudicare creditori *deciſ.* 35. *n.* 15. Item repudiare aut remittere nequit iura iam creditoribus quæſita *dec.* 35. *n.* 16.
Amplia etiamſi creditores ſint Chirographarii *dec.* 35. *n.* 17.
Fiſcus vendens iure creditoris rem ſibi

ſibi obligatam non tenetur de evictione *decif.* 36. *num.* 3.
Idque generaliter eſt etiam in quocumque privato *dec.* 36. *num.* 4.
Si vendere fecit cum requiſitis de quibus ibidem *dec.* 36. *num.* 5.
Et quando talia requiſita non ſint neceſſaria *dec.* 36. *num.* 6. amplia ut *num.* 7.
Quæ alimenta ex conſuetudine Romæ a Creditore ſuo debitori carcerato præſtentur, & quæ Florentiæ ex diſpoſitione *Rubr.* 35. Officii Stincharum *dec.* 45. *num.* 50.
Creditores in proprio iure tuendo negligentes non iudicantur *dec.* 46 *num.* 20.
Mulier, quæ in Iudicio concurſus paſſa eſt ſolvi viti pecuniam creditoribus poſterioribus amittit beneficium *aut* & agere compelliiur contra eoſdem Creditores *decif.* 48. *n.* 37.
In diſtributione pretii rerum debitoris non debent admitti creditores, qui ad illud non habent ius ſicut cœteri Creditores *dec.* 48. *num.* 88.

CREDITUM.

Non ſufficit conſecutio ſententiarum pro liquidatione, & conſecutione ſui crediti, ut quis ceteris præferatur *dec.* 11. *num.* 15. & de ratione *n.* 16. 17. 18.
Creditum efactum non patitur compenſationem *dec.* 29. *n.* 14.
Deſcriptio *in conto a parte* denotat pecuniam non fuiſſe receptam in extinctionem proprii crediti *dec.* 34. *num.* 18.
Creditum proprium non compenſatur cum credito rationis Bancariæ *dec.* 34. *num.* 23.

CRIMEN.

Exercitium in criminibus unus actus facit, adeo ut ſolum homicidium facit homicidam *dec.* 47. *num.* 12.

CURATOR.

Inventarii confectio non eſt cauthela, & ſolemnitas, ſed debitum indiſpenſabile Curatoris, vel Economi Hæreditatis iacentis *decif.* 48. *num.* 24.
Maxime ſi iniunctum fuerit Economo per Magiſtratum ad inſtantiam Creditorum *decif.* 48. *num.* 25.
Curator, qui non exhibet Inventarium non poteſt mercedem petere *dec.* 48. *num.* 36.

DAMNUM.

De Damno vitando tractat qui lucrum iam habet quæſitum, *dec.* 6. *num.* 35. & de ratione *n.* 45.
Error iuris non nocet, quando agitur de damno vitando, vel quando agitur de lucro radicato *dec.* 6. *n.* 36. amplia ut *n.* 45.
Et tunc dicitur tollerabilis etiam in facto proprio *dec.* 6. *n.* 37.
Qui ripam ſuam munire contendit tenetur præſtare cautionem damni infecti in annos decem *decif.* 13. *num.* 22.
Damnum pati dicitur qui ſuam voluntatem explere nequit *decif.* 13. *num.* 36.

Dam-

Damnum ſpectari debet habita etiam ratione prædiis finitimis *dec.* 13. *num.* 47.
Poteſt quiſque venire contra factum proprium, quando agitur de damno evitando non de lucro captando *dec.* 14. *num.* 26.
Damnum contingens poſt moram ſpectat ad debitorem moroſum *dec.* 26. *num.* 46. 61.
Ampliatur concluſio firmata ſuperius quamvis damnum ſequi potuiſſet penes Creditorem *d.* 26. *n.* 61. & aſſignatur ratio *n. ſeq.*

DEBITOR.

Gratioſa remiſſio facta debitori a creditore eſt ſpecies donationis, quæ ſub modo, non adimplente debitore, locus eſt ſubtractioni beneficii *dec.* 16. *n.* 10.
Debitor non poteſt revocare literam iam acceptatam a ſuo Creditore *dec.* 19. *num.* 8.
Amplia in credirore debitoris, qui nequit plus iuris habere, quam habeat ſuus debitor. *dec.* 19. *n.* 9.
Acceptanti literas imputandum eſt, ſi neſcivit ſtatum debitoris *dec.* 19. *num.* 65.
Ad accollatarium ſpectat omne debitum a die accollationis una cum fructibus *dec.* 21. *n.* 8. 54.
Debitor ſub concurſu remanet dominus bonorum, & actiones dirigere poteſt adverſus Creditores *dec.* 32. *num.* 41.
Pecuniam ſuiſſe datam in pignus, non in ſolutum arguitur ex quo debitor ex ea diſpoſuit *dec.* 34. *num.* 19.
Ceſſio translativa fieri nequit debitori, vel alteri cuius nomine ſolventi, ſed reſolvitur in quietantiam *d.* 35. *n.* 6. Limita ſi adſit mixtura tertii *dec.* 35. *n.* 7. 8. 10.
In quaecumque excuſſione ſunt inquirendæ facultates Debitoris *deciſ.* 48. *num.* 39.

DEBITUM.

Calculatio ſolutionis ad certum computum debiti operatur extinctionem eiuſdem pro concurrenti quantitate *dec.* 34. *n* 11.
Reſiduum præſumitur ceſſiſſe in extinctionem debiti, ſi prior ſumma pariter ceſſit *dec.* 34. *n.* 39.
Solutio etiam facta a fideiuſſore, & a Tertio quocumque debitum extinguit, & liberat debitorem *deciſ.* 35. *num.* 11.
Fideiuſſoris intereſt iura primi debiti in ſecundum trasferri, & ad quem effectum *deciſ.* 35. *num.* 26.
Pecunia retinenda pro ſecuritate non cenſetur ſoluta in extinctionem debiti *dec.* 35. *num.* 29.
Depoſitum irregulare, & quantitativum in Banco Mercatoris reſolvitur in mutuum, & compenſatur cum debito deponentis *deciſ.* 35. *num.* 33.
Maxime ſi depoſitum ſit correſpectivum contractui debiti *dec.* 35. *num.* 34.

DECIMA.

Florentiæ Decima probat poſſeſſionem *deciſ.* 3. *num.* 1.
Onera parrimonialia alia ſunt variabilia, & incerta, alia perpe-

petua, & uniformia *deciſ.* 41. *num.* 32.
Et huius ſecundæ ſpeciei eſt noſtra Decima, pro qua remanent affecta ipſa bona *dec.* 41. *n.* 33.
Decima impoſita fuit ad ſolvendum debitum per univerſos Cives iam contractum cum Montiſtis Montis Graticularum *dec.* 42. *num* 8.
Translatio Decimæ a perſona defuncti in eum, cui a Statuto datur hæreditas probat qualitatem hæreditariam, etiamſi non iuſtificetur translatio eius ordine, & conſenſu facta *deciſ.* 45. *num* 14.
Qualitas hæredis expreſſa in Libris Decimæ relative ad portionem gravati non intelligitur de portione bonorum Fideicommiſſi, ſed de portione bonorum liberorum *dec.* 45. *n.* 18.
Per *Leg. anni* 1645. impoſita eſt Decima ſuper domibus Liburni ad rationem *ſcut.* 8. *pro* 100. *deciſ* 45. *num.* 43.
Propriæ facultates minui ſolent ad effectum minorem Decimam ſolvendi *dec.* 45. *num.* 44.

DECLARATIO.

Declaratio dicitur, quæ nullum ius quæſitum tollit donatario *deciſ.* 31. *num.* 46.
Non dicitur quando vocationi proximioris additur clauſula in infinitum *deciſ* 31 *num.* 48.
Declaratio ad ea tantum referri debet, quæ correctionem non important *dec.* 31. *num.* 51.
Cadit ſuper verbi ambiguitate *deciſ.* 31. *num.* 52.
Si addantur novæ perſonæ non dicitur declaratio *deciſ.* 31. *n.* 53.
Contrariæ auctoritates declarantur *deciſ.* 31. *num.* 54.
Subſtitutio maioris natu non extenditur ultra primum, non obſtante contraria declaratione *deciſ.* 31. *num.* 55.

DECOCTIO.

Ex temporis brevitate inter contractum, & decoctionem non poteſt regula adſignati ad præſumendum dolum, cum id pendeat a qualitate antecedentium, & conſequentium *dec.* 19. *n.* 48.
Quamvis ex decoctione ſcribentis literas acquiratur acceptantibus facultas revocandi acceptationem, ſecus tamen eſt quo ad Girantes ex ſubſequuta decoctione eius, cui habuerunt fidem de pretio Literæ giratæ *deciſ.* 19. *n.* 49. 51. 53. *&* *n.* 58.
Giratarius non dici debet doli particeps ex eo quia de tempore quo fuit girata litera ab eo qui fidem de pretio habuit inſtanti iam decoctioni proximo fuiſſet illius creditor *deciſ.* 19. *n.* 50. 62. *& ſeq.*
Translatio partitatum facta a Debitore proximo decoctioni in faciem Creditoris an dicatur facta in fraudem cæterorum Creditorum pendet a coniecturis *deciſ.* 19. *num.* 52.
Decoctioni proximus nullum actum gerere poteſt qui uni profit,

profit, & alteri noceat ex Creditoribus ſuis tam ex *iur. Comm. deciſ. 19. num. 69.*

Quam ex *Statut. Cur. Mercant. lib. 3. rub. 3. deciſ. 19. n. 70.*

Limita ubi ex illo actu debitor utile potius, quam damnum Creditoribus inferret *deciſ. 19. num. 71.*

Vel quando actus proveniret ex cauſa neceſſaria, & nullam Patrimonii diminutionem importaret *deciſ 19. num. 72.*

Libri qui decoctionis occaſione non ſunt depoſiti, & a creditoribus non exquiſiti non præſumuntur negoeii *dec. 46 n. 19.*

Decoctio conſiſtit in Creditorum fidem fallendo *dec. 47. n. 16.*

Teſtes de decoctione deponentes ſuffieit audiviſſe a dignis perſonis *deciſ. 47. num. 67.*

DECOCTUS.

In materia fallitorum non eſt melior conditio occupantis *deciſ. 11. num. 19.*

Bonæ fidei congruit, ut res decocti æque partiantur *deciſ. 47. num. 6.*

Leges de Decoctis diſponentes caſus adverſæ fortunæ non damnant *deciſ. 47. num. 46.*

DECREPITUS.

In decrepito non præſumitur imbecillitas, ſed potius maior prudentia, & calliditas propter longam rerum experientiam *deciſ. 25. num. 29.*

Reſtitutio in integrum viro decrepito conceditur *dec. 27. n. 43.* Maxime ſi viribus ingenii ſit deſtitutus, itaut puero, vel minori æquiparetur *dec. 27. n. 44.*

DECRETUM.

Decretum interpoſitum ad unum effectum non poteſt extendi ad alium *deciſ. 37. num. 7.*

Decretum interponi debet ſuper certo, & individuo actu ſpecialiter, & limitative *dec. 37. num. 8.*

Decretum Iudicis in incertitudine utiliratis fundatum redarguendum eſt *dec. 46. n. 27.*

DEFECTUS.

Teſtes aliunde adminiculati plene probant licet non formiter examinati *deciſ. 47. n. 42.*

DEFICIENTIA.

Deficientia bonorum Viri ad elidendam obligationem Mulieris pro eo factam coarctatur ad tempus contractæ obligationis, & non ſuffieit ſuperveniens ex poſt *deciſ. 26. num. 41.*

DEMENS.

In iudicialibus demens indiget auxilio; ibi enim ex ſola negligentia, & taciturnitate maximum ſibi poteſt inferre præiudicium *deciſ. 25. num. 27.*

DE-

DENUNCIATIO.

Ex dotis denunciatione, & gabellæ ſolutione probatur Matrimonium; ſeu ſaltem onus probandi contrarium in Adverſarium transfertur *deciſ.* 30. *num.* 37.

Maxime quando non agitur de eo probando principaliter, ſed incidenter ad effectum ſucceſſionis *deciſ.* 30. *num.* 39.

Et ſumus ultra centum annos, quo caſu ſufficiunt enunciativæ *deciſ.* 30. *num.* 38.

Item probatur ex Teſtibus ſolum de fama, & auditu deponentibus *deciſ.* 30. *num.* 40.

DEPOSITIO.

Depoſitio Teſtis eſt in totum acceptanda, vel in totum reiicienda *deciſ.* 28. *num.* 18.

DEPOSITUM.

Depoſitum pecuniæ in Iudicio habet vim ſolutionis ad purgandam moram *dec.* 25. *n.* 19.

Depoſitum irregulare, & quantitativum in Banco Mercatoris reſolvitur in mutuum, & compenſatur cum debito deponentis *deciſ.* 35. *num.* 33.

Maxime ſi depoſitum ſit correſpectivum contractui debiti *deciſ.* 35. *num.* 34.

DESCENDENS.

Deſcendentes ex fœminis excluſi cenſentur quando ipſæ fœminæ fuerunt excluſæ, & de ratione nam plus effectus eſſe non debet in cauſato, quam ſit cauſa *deciſ.* 1. *num.* 10.

Deſcendentes non poſſunt ita gravari, ut detractiones facere prohibeantur *deciſ.* 12. *n.* 33.

Vocatis deſcendentibus, vel aliis nomine collectivo, vocatio intelligitur facta ordine ſucceſſivo, ſive Fideicommittens ſit agnatus, ſive extraneus, iuxta *Theoric. Cuman. in Leg. cum ita* §. *in fideicomm. ff. de legat.* 2. *deciſ.* 24. *num.* 41.

Exiſtentia familiæ contentivæ proximæ, vel remotæ ſolet ſolum conſiderari in deſcendentibus a Patre, vel Avo *dec.* 30. *n.* 34.

DESCENDENTIA.

Deſcendentia probatur ex poſitionibus, & capitulis Adverſarii *deciſ.* 30. *num.* 15.

Deſcendentia probatur ex libris Hiſtoricorum *deciſ.* 30. *n.* 2.

Amplia etiam per ſolam enunciativam in eis appoſitam *dec.* 30. *num.* 3.

Item amplia etiam ſi loquantur de alieno auditu *dec.* 30. *n* 4.

Maxime ſi fundentur in libris publicis antiquis *deciſ.* 30. *n.* 5.

Et agatur de Hiſtorico illius Civitatis, qui facta Patriæ ſcire præſumitur *deciſ.* 30. *num.* 6.

Et illius Hiſtoria verificetur in aliis partibus *dec.* 30. *n.* 20.

Deſcendentia in antiquis probatur levioribus probationibus, & per verba enunciativa *deciſ.* 30. *num.* 7.

Amplia etiam ad effectum ſuccedendi, aut ſaltem onus probandi contrarium transfertur in Adverſarium *dec.* 30. *n.* 27.
Deſcendentia, & legitimatio perſonæ ſunt clare, & dilucide probanda *deciſ.* 40. *num.* 27.

DESCRIPTIO.

Deſcriptio *in conto a parte* denotat pecuniam non fuiſſe receptam in extinctionem proprii crediti *deciſ.* 34. *num.* 18.
Libri Decimarum probant exiſtentiam Bonorum penes eum, in cuius faciem deſcripti ſunt *deciſ.* 48. *num.* 38.

DETRACTIO.

Gravatus non reſtituitur in integrum ad novas detractiones faciendas poſtquam acquievit ſententiæ latæ ſuper earum quantitate *deciſ.* 3. *num* 6.
Limita ſtantibus inſtrumentis noviter repertis *deciſ* 3. *n.* 9.
Maxime ſi iuraverit ſe numquam eorum habuiſſe notitiam *deciſ.* 3. *num.* 10. 13.
Prout præſumitur ſi agatur de filio, & iuribus anteceſſorum *deciſ.* 3. *num* 7.
Amplia etiamſi lapſi eſſent quadraginta anni, & de ratione *deciſ.* 3. *num.* 11.
Item amplia non obſtante Statuto in *rubr.* 115. *lib.* 2. quod hunc caſum non comprehendit *deciſ.* 3. *num.* 16.
Maxime quia loquitur de reſtitutione non concedenda ad impediendam exequutionem ſententiæ, non vero ad eam retractandam vel moderandam *deciſ.* 3. *num.* 17.
Deſcendentes non poſſunt ita gravari, ut detractiones facere prohibeantur *deciſ.* 12. *n.* 33.
Detractionum exceptio competit tertio poſſeſſori habenti cauſam ab alienante *deciſ.* 12. *n.* 34.
Onus probandi incumbit aſſerenti detractiones eſſe conſumptas *deciſ.* 12. *num.* 35.
Hæres gravatus non tenetur Fideicommiſſum reſtituere niſi factis detractionibus, & præſertim melioramentorum *dec.* 21. *num.* 40.
Amplia hoc procedere etiam in ſingulari ſucceſſore, qui melioramenta eum fructibus non compenſat ſi titulum habeat, ſecus ſi ſolam bonam fidem *deciſ.* 21. *num.* 41.
Limita ſtante expreſſo præcepto Teſtatoris, quod in conſilium reſolvi nequeat *dec.* 21. *n.* 42.

DICTIO.

Dictio *niſi* poſt prohibitionem alienandi importat facultatem *deciſ.* 2. *num.* 9.
Comprehenſio omnium bonorum in Fideicommiſſo reſultat ex dictionibus univerſalitatem denotantibus *deciſ.* 3 *num.* 36.
Dictio *quandocumque* licet indicet temporis perpetuitatem *deciſ.* 4. *num.* 31.
Reſtringitur tamen ſecundum naturam actus, cui apponitur *dec.* 4. *num.* 32.

Dictio *inſuper* eſt repetitiva, & venit continuative retentis iiſdem terminis *deciſ.* 5. *num.* 4.
Dictiones relativæ ſemper ſtant conſecutive, & acceſſorie, quamvis habeant verbum de perſe, & ſeparatam orationem *deciſ.* 5. *num.* 5.
Prohibitio alienationis uni adiecta comprehendit alios ſubſtituros ſtantibus dictionibus relativis *deciſ.* 5. *num.* 6.
Dictio taxativa *ſolummodo*, vel ſimilis quando tollat ius accreſcendi *deciſ.* 6 *num.* 16.
Bald. in Leg. 1. *num.* 1. *Cod de ind. vid. & toll.* declaratur *d* 6. *n.* 17.
Dictio *cuilibet* eſt diſtributiva tribuens cuilibet ſolidum *deciſ.* 6. *num.* 18.
Dictio *quod* repetit qualitates, & conditiones præcedentes in ſequentibus. Et refertur ad univerſum, & denotat perfectionem *dec.* 6 *num.* 19.
Dictio *prout* idem importat, ac dictio *eo modo dec.* 6. *num* 20.
Dictio *cuilibet* non inducit multiplicationem verbi *lego deciſ* 7. *num.* 18.
Dictio *cuilibet* attribuit actum in ſolidum diſtributive nominatis *deciſ.* 7. *num.* 20. 39. & 47.
Dictio *cuilibet* tollit nominum complexum *dec.* 7. *num* 33.
Dictio *cuilibet* importat diviſionem fundi in plures partes, quarum quelibet reputatur tamquam unum totum de per ſe *deciſ.* 7. *n.* 47 50. contra *n.* 59.
Dictio *cuilibet* non diſtribuit partes ad oculum demonſtrabiles ad excluſionem iuris accreſcendi *dec.* 7. *num.* 54 67.
Diſtributio *ex ea* reſultans eſt tacita, nec plus operatur quam expreſſa *dec.* 7. *num.* 55.
Dictio *reſpective* eſt diſtributiva, & diſtinguit perſonas, res, & partes *deciſ.* 8. *num.* 11.
Dictio reſpective refertur ad perſonas magis proximas *deciſ* 8. *num.* 18.
Dictio *loro figli ec.* reſtringit diſpoſitionem ad deſcendentes ex perſonis tantum nominatis *dec.* 12. *num.* 25.
Dictio *in circa* tamquam ambigua de ſui natura tempus incertum reddit, & nullum *dec.* 16. *n.* 5.
Dictio *in circa* non valet extendere ad annos conventionem reſtrictam ad menſes *dec.* 16. *n.* 7.
Dictio *in circa* auget, vel minuit decimam, vel minorem partem arbitrio Iudicis *dec.* 20. *n.* 20.
Dictio *de* ſui natura ſtat ampliative, & augumentative *deciſ* 23. *num.* 15.
Dictio *ſolum* appoſita variationi factæ in parte excludit variationem in cæteris *dec.* 23. *n* 16.
Dictio *tunc* reſtringit vocationem ad proximiorem de tempore purificatæ condictionis exiſtentem *deciſ.* 31. *num.* 34.
Maxime ſi ſit vocatus proximior Teſtatoris, & de ratione *deciſ.* 31. *num.* 35.
Dictio *però* latine *ideo* denotat cauſam finalem *dec.* 34. *num.* 37.
Dictio *principalmente* quid importet *dec.* 34. *num.* 38.
Dictio *come* eſt ſimilitudinaria, &

relativa, & significat identitatem inter ea quibus adiicitur *dec.* 35. *num.* 30.
Dictio *quilibet* minimum etiam comprehendit *dec.* 47. *n.* 24.
Dictio *punctum facere* sæpius decoctis convenit *dec.* 47. *n.* 32.

DIES.

Dies incertus in testamento facit conditionem *decis.* 8. *num.* 9.

DIFFAMANS.

Diffamans sequitur Forum diffamati *decis.* 52. *num.* 1.

DILIGENTIA.

Ubi sunt maiores diligentiæ, & vehementior resultat doli præsumptio *dec.* 27. *num.* 21.

DINUMERATIO.

Dinumeratio personarum specifica longe differt a dinumeratione per distributivum *cuilibet decis.* 7. *num.* 24.

DISDICTA.

Statutum Artis Fabricantium disponit res ante sex menses esse disdicendas si pro suo usu Dominus velit, nec re locaturum ante biennium *dec.* 49. *num.* 22.

DISIUNCTIVA.

Disiunctiva est disiunctive considerandа *dec.* 49. *num.* 27.

DISPONENS.

Disponens si quando voluit Fideicommissum successivum expressit, ubi non expressit noluisse dicendum est *dec.* 31. *n.* 36.
Ius disponendi arguit in disponente dominium *decis.* 34. *num.* 20.

DISPOSITIO.

Dispositio licet inutilis respectu Legatarii tamen declarat voluntatem Testatoris favore alterius, pro quo operatur ac si esset utilis *decis.* 8. *num.* 39. 42. 46.
Dispositio quælibet restringitur, qualificatur ad normam verborum, & qualitatum, quæ illi adiecta sunt *decis.* 12. *num.* 14.
Ex qualitate adiecta cognoscitur quid veniat in dispositione & ea deficiente cessat, & dispositio *decis.* 12. *num.* 15. 16.
Ordo succedendi volitus pro forma, seu conditione, si non verificatur cotruit dispositio *decis.* 12. *num.* 18.
Dispositio vel prohibitio respiciens duas personas coniunctim non potest referri nisi ad eas personas descendentes ab illis copulative consideratis *dec.* 12. *n.* 24.
Dispositio auferens ius alluvionis debet esse clara cum hoc ius originem trahat a iure Gentium, & in dubio non censetur sublatum *decis.* 13. *num.* 50.
An ius quærendum ex alluvione, quod in sola spe consistit Principeps tollere possit *dec.* 13. *n.* 51.
Demonstratio falsa præsertim in cor-

cortice verborum non alterat diſpoſitionem. Cœmeterium in uno loco, alibi Campus Sanctus appellatur prout Romæ, Piſis, & Florentiæ *dec.* 22. *num.* 24.
Diſpoſitio, quæ reſpectu certæ rei loquitur de inteſtato verificatur etiam ſi Teſtamento condito de ea re nil dictum ſit *deciſ.* 24. *num.* 14.
Senectus liberam rerum ſuarum diſpoſitionem non adimit, ſed & teſtari & donare decrepitis etiam eſt permiſſum *deciſ.* 25. *num.* 21.
Ideoque ex capite Reſtitutionis in integrum eorum diſpoſitiones reſcindi nequeunt, niſi probetur infirmitas *dec.* 25. *n.* 22.
Ubi eadem militat ratio, eadem militare debet iuris diſpoſitio *deciſ.* 40. *num.* 56.

DISTRIBUTIO.

Partes a Teſtatore diſtributæ quando non ſunt ad oculum demonſtrabiles plures ad illas vocati, cenſentur vocati ad eamdem rem *deciſ.* 7. *num.* 2.
Ius accreſcendi inter verbis coniunctos ad eamdem rem vocatos locum habet non obſtante partium diſtributione, ſive diſtributio præcedat, ſive ſequatur expreſſionem rei *deciſ.* 7. *n.* 72 & 73.
Tacita diſtributio partium non ſufficit, ut aliqui dicantur omnino re diſiuncti, nec tollit coniunctionem verbalem ſufficientem ad ius accreſcendi *deciſ.* 7. *num* 58.
In diſtributione pretii rerum Debitoris non debent admitti Creditores, qui ad illud non habent ius ſicut cæteri Creditores *dec.* 48. *num.* 88.

DISTRIBUTIVUM.

Diſtributivum operari debet ſecundum propriam ſignificationem & non per ſubauditum intellectum *deciſ.* 7. *num.* 48.

DIVIDENS.

Dividens rem propriam credens eſſe cum aliis commuoem ſibi non præiudicat quod procedit etiam in tranſactionibus, & quibuſcumque aliis Contractibus *deciſ.* 6. *num.* 23.

DIVISIO.

Exiſtentia Fideicommiſſi probatur ex Inſtrumento diviſionis *deciſ.* 3. *num.* 2.

DIVITIÆ.

Divitiæ & ſtatus honorificentia probatur ex teſtibus *deciſ.* 2. *num.* 57.

DOCTOR.

Doctores ſunt faciles ad mentiendum, fraudandum, & fallendum *deciſ.* 10. *num.* 14.

DOCTRINÆ.

Ad corroborandum allegari poſ-

ſunt Doctrinæ alias reprobatæ *decif.* 30. *num.* 43.

DOCUMENTUM.

Productio poſterioris Documenti validi non retrotrahitur ad diem litis inchoatæ per exhibitionem libelli neceſſariis probationibus deſtituti *dec.* 40. *num.* 34.

DOLUS.

Dolus præſumitur in eo, qui ſpreta prohibitione, ſeu denunciatione contrarium facit *decif.* 2. *num.* 24.

Item ex animo lucrandi *decif.* 2. *num.* 25.

Obligatus ad aliquid faciendum, ſi non facit, præſumitur in dolo *decif.* 2 *num.* 27.

Dolus non præſumitur *dec.* 2. *n.* 39.

Dolus potius præſumitur, quam iuris error *decif.* 2 *num.* 40.

Plures cauſæ etiam ſimul iunctæ, ſi quælibet inter ſe ſit inſufficiens, non excludunt, ſed potius arguunt dolum *dec.* 2 *n.* 42.

Ubi dolus dat cauſam venditioni an venditori competat reivindicatio reſolvitur cum diſtinctione *decif.* 19 *num.* 47. 61.

Ex temporis brevitate inter contractum, & decoctionem non poteſt regula adſignari ad præſumendum dolum, cum id pendeat a qualitate antecedentium, & conſequentium *dec* 19 *n.* 48.

Non eſt locus revocationi Giratæ, niſi conſtito de dolo dante cauſam contractui *dec.* 19. *n.* 55.57.

Dolus metiendus eſt non ab eventu, ſed a conſilio *dec.* 19. *n.* 67.

Quod Creditor facit, cauſa ſui iuris conſervandi, dicitur dolus bonus reprehenſibilis *decif.* 19. *num.* 68.

Ex actibus incontinenti, & temporis brevitate geſtis doli ſuſpicionem deſumunt DD. *decif.* 25. *num.* 10.

Dolus coniecturis probatur *decif.* 27. *num.* 15.

Ubi ſunt maiores diligentiæ, & vehementer reſultat doli præſumptio *decif.* 27. *num.* 21.

Dolus præſumitur in contrahente, qui ſtatutarias ſolemnitates negligit *decif.* 27. *num.* 26.

Dolus præſumitur ex eo, quod vir ſagax contrahit cum perſona minus idonea *decif.* 27. *num.* 27.

Reus de veritate petitionis excipiens, ac ſe defendens, non dicitur dolo facere *decif.* 40. *n.* 6.

DOMINIUM.

Gabella non eſt referenda ad traditionem rei venditæ, ſed ad conventionem multo magis quando eſſet translatum dominium in Emptorem *decif.* 14. *num* 33.

Gabella ſemper debetur ubi transfertur dominium *dec.* 14. *n.* 34.

Dominium Eccleſiæ, & Monaſterii penes Laicos eſſe non poteſt *decif.* 18. *num.* 52.

Ius diſponendi arguit in diſponente dominium *dec.* 34. *num.* 20.

Per datione pignoris non transfertur, ſed remanet penes debitorem *decif.* 34. *num.* 21.

Tran-

Transfertur per dationem in ſolutum *deciſ.* 34. *num.* 22.
Verba *a diſpoſizione* denotant dominium *deciſ.* 35. *num.* 1.
Item verba *in credito dec.* 35. *n.* 2.
Reſervatio alicuius rei ſupponit dominium *dec.* 48. *num.* 40.
Per invereratam Canonum præſtationem probatur ius exigendi, non autem dominium *dec.* 52. *num.* 41.
Limita niſi præſtationes factæ fuerint ex cauſa Emphyreuſis per longum temporis ſpatium *dec.* 52. *num.* 42.
Antiqua Inſtrumenta inveſtituræ non probant dominium contra tertium niſi ſint adminiculis corroborata *deciſ.* 52. *num.* 43.
Quid ſi concurrant ſoluriones Canonum *deciſ.* 52. *num.* 44.
Quid ſi bona poſt inveſtituram aſſumpſerint qualitatem diverſam ab Emphyreutica? *deciſ.* 52. *num.* 45.
Antiquæ inveſtituræ plene probant quotieſcumque deficit ſuſpicio, quod Bona in Tertium pervenerint *dec.* 52. *num.* 46.
Maxime ſi concurrat centenarium temporis ſpatium, quod efficit ut allegari poſſit melior titulus de mundo *dec.* 52. *num.* 47.

DOMUS.

Per Text. in Leg. Quid tamen 10. *ff quib. mod.* uſusfructus vel uſus amittatur, ſi Domus uſusfructus alicui relictus ſit, ceſſat collapſa Domo *dec.* 50. *n.* 8.

DONATARIUS.

Donatarius univerſalis, ſeu maioris partis bonorum tenetur alimenta præſtare donanti *deciſ.* 27. *num.* 10.
Declarario dicitur quæ nullum ius quæſitum tollit donatario *dec.* 31. *num.* 46.
Non dicitur quando votationi proximioris additur clauſula in infinitum *deciſ.* 31. *num.* 48.

DONATIO.

Bona donata cum pacto reverſivo ſi donatarius deceſſerit ſine liberis ad illum revertuntur, etiamſi donatarius deceſſerit cum filio, ſi iſte ſine liberis vivo donatore deceſſerit *deciſ.* 4. *num.* 26. & de ratione *num.* 37. *& ſeq.*
Declara procedere quando donatio facta eſt gratia conſervandi nomen, & arma agnationis *deciſ.* 4. *num.* 27. & de ratione *num.* 34.
Contra quod procedat principalis concluſio etiam in caſu, quo habita non ſit ratio agnationis *deciſ.* 4. *num.* 28.
Item declara procedere quando pactum reverſivum non eſt reſtrictum ad certum tempus, ſecus ſi ſit reſtrictum ad caſum mortis *deciſ.* 4. *num.* 29.
Contra quod nihil interſit an ſit addita dictio *quandocumque dec.* 4. *num.* 30.
Donatio ſive remiſſio iuris non preſumitur *deciſ.* 6. *num.* 39.

Nec inducitur verbis enunciativis *decis. 6 num.* 40. 41.
Error potius, & fatuitas præsumitur quam donatio *dec. 9 n.* 32.
Maxime si agatur de summa notabili, & verba sint enunciativa *decis. 9. num.* 33.
Donatio non inducitur ex verbis enunciativis *dec. 9. num.* 34.
Contra naturam actus non sunt clausulæ tendentes ad irrevocabilitatem donationis, quæ de sui natura est irrevocabilis *dec. 25. num.* 13.
Sed potius tendunt ad nimiam cautelam, quæ tamen est permissa, & redolet potius prudens consilium, quam fraudem, & dolum *decis. 25. num* 14.
Rescindendæ donationi ex causa ingratitudinis videtur quis renunciasse recipiendo menstruas pensiones *decis. 25. num.* 20.
Unicuique etiam incognito, & extraneo licet donare *decis. 25. num.* 33.
Illud solum donatum censetur quod supereſt ære alieno relicto *decis. 25. num.* 35.
Quinimo etiamsi aliquid creditoribus solutum sit, possunt tam ipsi, quam eius successores, si quos haberet, in quantitate reservata a donatario solutum repetere *decis. 25. num.* 36.
Simplex donatio absque interventu Donatarii, sola Notarii stipulatione perficitur. Amplia etiamsi sit onerosa, dummodo valor rei donatæ onus excedat *decis. 27. num* 8. & 9.
Quod donatio sit fraudibus extorta conjecturæ sunt, ipsius immodicitas; liberalitas erga extraneum cum exclusione Nepotum ex Filio *dec. 27. n. 16. 18.* Appositio insolitarum clausularum, & affectatarum cautelarum *num.* 20. 38. 39. & 40. Falsæ assertiones in donatione expressæ *num.* 23. & 36. Qualitas Testium *num.* 24. confectio Instrumenti extra locum proprio Statuto subiectum *num.* 25. 27. 36. 37. 38. 39. & 41. & in ipsa Domo donatarii *n.* 28. & 40. Qualitas fœminæ in donante *num.* 30. & 36. Ætas decrepita *num.* 31. 37. & 40. Reservatio ususfructus favore donantis cum libera administratione bonorum favore donatarii *num.* 32. Et denique tota series facti *num.* 33.
Expressio meritorum donatarii erga donatorem in donatione emissa, nisi aliunde, quam ab instrumento iustificetur, donationem, a præsumptione extorsionis non sanat *dec. 27. n.* 34.
In donatione remuneratoria, si remuneratio sit longe inferior bonis donatis intrat læsio, quæ talem donationem resolvit *dec. 27 num.* 35.
In simplici, & liberali donatione locum habere potest læsio si adsit præsumptio doli, & suggestionis; vel si deficiant statutariæ solemnitates *dec. 27. n.* 45. 46.
In secunda donatione adiici, nequeunt pacta, & onera in præiudicium vocatorum in præcedenti *decis. 31. num.* 13.
Maxime stante iuramento *decis. 31. num.* 14.

Donatio inter vivos, licet quoad certos effectus reputetur tamquam cauſa mortis non tamen quoad revocabilitatem *dec.* 31. *num.* 15.

Donatio inter vivos revocari nequit etſi aliter donator crediderit *deciſ.* 31. *num.* 50.

Ratio *auth.* res quæ poſita eſt in obligatione aſcendentis faciendi donationem propter nuptias, vel aſſecurandi dotem Mulieri deſcendentis *dec.* 48. *n.* 49.

Quæ ratio ægre adaptatur Matri, & aſcendentibus maternis *deciſ.* 48 *num.* 50.

Donatio Mulieri facta ſub conditione ſi nupſerit in domo donantis oneroſa potius, & correſpectiva dici debet, ac propterea non ſubiacet oneri regiſtrationis, quam Gabellæ ſtatutum præſcribit *dec.* 51. *n.* 11.

DONATOR.

Aſſertio donatoris omni probationum genere deſtituta non meretur attendi *deciſ.* 25. *num.* 1.

Ubi præſertim poſt longum tempus reclamaverit a donatione, omnis enim præſumptio ſtat contra eum *dec.* 25 *num.* 2.

Fortius ubi concurrat maxima inveriſimilitudo, & repugnantia *deciſ.* 25 *num.* 3.

Nemini prohibitum eſt, & blandiriis, & munetibus aliquem allicere ad diſponendum in ſui favorem *dec.* 25. *num.* 16.

Donator poteſt ſuam donationem declarare *deciſ* 31. *num.* 41.

Intellige abſque eo quod immutetur ſubſtantia *dec.* 31. *n.* 42.

Unde ſi clata ſit non habet locum declaratio *dec.* 31. *num.* 43.

Vel ſi dubietas non adſit apud graves Iutiſconſultos, ſed ſit levis *deciſ.* 31. *num.* 44.

DOS.

Dos vigore *auth.* res quæ, non detrahitur a muliere divite *dec.* 4. *num.* 1.

Fideicommiſſariis ſolventibus dotem ex bonis fideicommiſſi Mulier tenetur cedere iura contra bona libera *deciſ.* 4. *num.* 40.

Dos *ſeut.* 4000. ex quo dicatur congrua *deciſ.* 4. *num.* 41.

Cauſa dotis, tutelæ, & curæ eſt privilegiata *deciſ.* 10. *num.* 16.

Poteſt quis ſive in vita, ſive in morte filias dotare, licet non faciat Teſtamentum, & ab inteſtato decedat *dec.* 24. *n.* 9.

Ex opinione *Rot. Rom.* pro dote extrahenda a Fideicommiſſo aſcendentali competit fœminis ab eo deſcendentibus hypoteca a die obitus Teſtatoris *dec.* 45. *num.* 26.

In contractibus Mulierum dotem obligantium, Mulieris cauſa utilis eſſe etiam debet ſub pœna nullitatis contractus, idque per Statutum Florentinum *rubr.* 115. *lib* 2. ex quo iuramentum Patri, & Iudici defertur, & data cauſæ falſitate non obſtante Decreto, & iuramento corruit contractus *dec.* 46. *num.* 2. & de ratione *num.* 6. 7.

Fortius Mulieris utilitas requiriiur ex *auth.* ſi qua Mulier *Cod. ad Vell.* quæ diſpoſitio amplian-

da

da per Statutum Florentinum *decis.* 46. *num.* 3. 4.

Quando dos detracta ex Fideicommisso incumbit Fideicommissario onus probandi existentiam bonorum liberorum, quando vero nondum avulsa fuit, spectat ad possessorem probatio, quod non adsint bona libera *decis.* 48. *num.* 1. 2.

Actus perfectio non consistit in materiali alienatione, sed in dotatione ex bonis Fideicommissi vera & effectuata *dec.* 48. *n.* 3.

Decretum Iudicis an sit necessarium, ut dos ex Fideicommisso detrahatur? *decis.* 48. *num.* 16.

Quæstio sublata est per Legem super Fideicommissis æditam anno 1747. Quæ Principis assensum requirit *decis.* 48. *num.* 17.

Enumerantur extrema, seu requisita iudicii excorporationis pro dote *decis.* 48. *num.* 21.

Quænam inspicienda sunt ut congrua dos constituatur? *decis.* 48. *num.* 44 47.

Immoderata esse non debet nec dos constituenda, nec dos restituenda *dec.* 48. *num* 45.

Non solum dos, sed & eius augmentum oportet esse congruum *dec.* 48. *num.* 46.

Quamvis Fideicommissum Paternum sit conventionale, attamen obligatur ad dotem ante Fideicommissum Maternum *decis.* 48. *num.* 56.

Augmentum dotale a Iudice approbatum gaudet privilegiis dotis concessis *dec.* 48. *num.* 90.

DOTATIO.

Onus dotandi spectat primo loco ad ascendentes Paternos, & in eorum deficientiam ad Maternos, servata semper graduatione retrograda *dec.* 48. *num.* 55.

ECCLESIA.

Dominium Ecclesiæ, & Monasterii penes Laicos esse non potest *decis.* 18. *num.* 52.

Immissio, quæ concedi nequit super re, de qua constructa est Ecclesia, concedirur super pretio, condemnando possessorem ad illius solutionem *decis.* 18. *num.* 53.

Venditio Rei Ecclesiæ &c. sub hasta debet fieri præsente pecunia per Emptorem solvenda *decis.* 26 *num.* 3.

Bona transeunt in Clericos, & Ecclesiam cum onere illis impresso *decis.* 41. *num.* 39.

Quamvis de iure Divino, & humano immunitate gaudeant *decis* 41. *num.* 40.

Bona emphyteutica de directo Ecclesiæ dominio possunt alienari *decis.* 52. *num.* 2.

Prælati, aliique Sacri Ministri tenentur defendere suarum Ecclesiarum iura *dec.* 52. *n.* 3.

ECONOMUS.

Bona, quæ sunt in manibus Economi dicuntur in potestate Curiæ, ac propterea sunt exposita requisitioni cuiuscumque Creditotis *decis.* 48. *num.* 28.

Non

Non ſufficit Economo allegare deficientiam mobilium pro ſe excuſando a non adimpleta Inventarii confectione *dec.* 48. *num.* 30.

EFFECTUS.

Effectus indiviſibilis eſt a ſua cauſa *deciſ.* 47. *num.* 25.

Quod Lex præcipue reſpicit non ſecundarii effectus conſiderantur *deciſ* 47. *num.* 28.

ELECTIO.

Nil firmant Periti non electi ad normam iuris *deciſ.* 13. *n.* 9.

Non vocatis, nec præſentibus quorum intererat, electio peritorum, & relatio eorum non obtinet *deciſ.* 13. *num.* 10.

Si facultas eligendi conſumpta fuit in primo actu ſecunda electio non valet *dec* 44. *n.* 8.

Is qui facultatem habet novam electionem faciendi, iiſdem conditionibus facere debet, quibus fecit primam *deciſ.* 44. *num.* 9.

EMENS

Emens a Fiſco bona incorporata præcedentibus proclamatibus ſtatim tutus eſt a quibuſcumque Creditoribus hypotecariis *dec.* 33. *num.* 4.

Prout emens a Magnis Etruriæ Ducibus, vel aliquo Magiſtratu Florentino *dec* 33 *n.* 5.

Limita primo reſpectu Creditori cenſuarii, qui de tempore ſubhaſtationis erat ſatisfactus de fructibus *deciſ.* 33. *n.* 6. contra *num.* 8. declara ut *n.* 9.

EMPYTEUSIS.

Emphyteuſis conceſſa duobus intelligitur pro virili nec datur locus iuri accreſcendi, ſecus tamen ſi conceſſa eſſet duobus in ſolidum *dec.* 7. *n.* 22.

Et dicitur in ſolidum conceſſa ſtante dictione *cuilibet ipſorum deciſ.* 7. *num.* 23.

Laudemium debetur ſolummodo in alienatione bonorum, quæ vere ſint emphyteutica *deciſ.* 52. *num.* 4.

Cuius naturæ minime ſunt Bona Cenſuum reſervatorum; nec Bona appodiatitia; nec perpetuo locata, & conducta, in quorum omnium venditione non debetur Laudemium *deciſ.* 52. *num.* 5. 6. 7.

Conſenſus Domini directi, & Laudemium compatibilia ſunt cum Emphyteuſis alienabilitate *deciſ.* 52. *num* 8. 10

In Emphyteuſi ad longum tempus neceſſaria eſt ſcriptura *deciſ.* 52 *num.* 20.

Hac tamen deperdita fit locus coniecturatæ probationi celebrationis inſtrumenti emphyteutici *deciſ.* 52. *n* 21. 48.

Maxima probatio emphyteuſis ſine ſcriptura eſt ſolutio Canonum *deciſ.* 52. *num.* 23.

Canon, & Livellum proprie deſignant Emphyteuſim *deciſ.* 52. *num.* 29. 30.

Centenaria Canonum præſtatio ſuffi-

ſufficiens eſt pro inducendo emphyteuſis contractu *dec.* 52. *num.* 35.

Et efficit quod emphyteutæ dicantur tales non ſolum quoad Canonum ſolutionem, ſed etiam quoad Laudemium *deciſ.* 52. *num.* 36.

Ex conſuetudine faciendi Emphyteuticas conceſſiones in aliquo Territorio præſumitur quod bona in eo poſita data ſint in emphyteuſim *deciſ.* 52. *n.* 52.

Cenſus vel reſervativus ſit, vel conſignativus numquam eodem tempore convenire poteſt cum Emphyteuſi *deciſ.* 52. *num.* 53.

Ac propterea nomen cenſus hoc in caſu ſumi debet pro Canone, ſive cenſu Emphyteutico *deciſ.* 52. *num.* 54.

EMPTIO.

Ad hoc ut poſſidens præſcratut in emptione ſufficit ut in minima parte ſit conſors *deciſ.* 17. *num.* 8.

Publicum Inſtrumentum eſt de ſubſtantia dicti Statuti Florentini *deciſ.* 15. *num.* 15.

Multo minus diri poteſt contractus perfectus, quando quis proteſtatus eſt illum facere cum debitis cautelis *dec.* 15. *n* 16.

Emptio, & rerum emptarum venditio Mercatorem conſtituit *deciſ.* 47. *num.* 37.

EMPTOR.

Vendens portionem principalem cenſetur in emptorem transferre etiam aliam, quæ illi accreſcit *deciſ.* 9. *num.* 58. Intellige quando portio vacat poſt alteram portionem venditam *deciſ.* 9. *num.* 62.

Vendito ſervo cenſetur etiam venditum legatum eidem relictum, vel hæreditas eidem delata *deciſ.* 9 *num.* 59 60.

In emptorem hæreditatis tranſeunt actiones utiles, directæ vero remanent penes heredem *deciſ.* 9. *num.* 65.

In emptorem æque tranſit ius præteritum, & futurum tamquam commodum ex hæreditate proveniens *deciſ.* 9. *num.* 66.

Emptor ob pretium non ſolutum ad nihil aliud tenetur erga venditorem, quam ad fructus recompenſativos regulandos iuxta veram quantitatem ex bonis venditis quotannis percepram *dec.* 26. *num.* 4. Sed contra *num* 11. 14.

Expreſſe habita fide de pretio dominium in Emptorem ſtatim transfertur etiam dato dolo, nec quis habet actionem niſi ad pretium niſi dominium ſibi reſervaverit *dec.* 19. *n.* 44. 46.

Emptor advenientibus moleſtiis poteſt differre ſolutionem fructuum debitorum vigore *Leg.* curabit *deciſ.* 21 *num.* 9.

Vel ſaltem tenetur tantum ad intereſſe iuxta fructuum quantitatem *deciſ.* 21. *num.* 10.

Declara quod ut hoc locum habeat emptor debeat deponere pretium *deciſ.* 21. *num.* 11.

Secus autem non facto depoſito. Et auctoritates in contrarium reprobantur *deciſ.* 21. *num.* 12.

Li-

Limita ſecuta evictione etiam reſpectu fructuum *deciſ* 21. *n.* 13.
Pupillus obtinens nullitatem venditionis tenetur emptori reſtituere pretium cum uſuris ubi illud verſum ſit in eius utilitatem *deciſ.* 21. *num.* 53.
Emptor moroſus in reinveſtiendo precio tenetur Venditori ad fructus reſtaurativos, & intereſſe lucri ceſſantis, ex non facto inveſtimento in cauſam deſtinatam, & promptam, non autem ad fructus recompenſativos ex *Leg curabit. Cod. de act. empt. deciſ.* 26. *num.* 11.
Emptor, qui iuxta conventa non deponit precium, eo ipſo dicitur conſtitutum in mora *dec.* 26. *num.* 12.
Emptor agere non poteſt ad reſtitutionem pretii niſi probet rem venditam ei fuiſſe ablatam *deciſ.* 28. *num.* 3.
Emptor tenetur inveſtigare qualitatem, & conditionem Venditoris *dec.* 28. *num.* 14.

ENUNCIATIO.

Sub generali negociorum enunciatione Iudex non poteſt intelligere negocium occultum, ideoque Mulieris obligatio ineffieax *deciſ.* 46. *num.* 22. 23.

ENUNCIATIVA.

Enunciativa erronee emiſsa non præiudicat enuncianti, nec eius hæredibus *deciſ.* 6. *num.* 21.
Verba enunciativa in his, quæ iuris ſunt non probant, nec inter ipſos Contrahentes *dec.* 6. *num.* 26.
Amplia ut nec probent in iis, quæ ſunt facti, ſi error probetur *deciſ.* 6. *num* 29
Immo hoc caſu nec probat expreſſa confeſſio *d.* 6. *n.* 27. 30.
Etiamſi plures ſint confeſſiones *deciſ.* 6. *num.* 38.
Maxime ſi ſint relativæ ad Inſtrumentum, quod vel non continet enunciatum, vel continet contratium *dec.* 6. *n.* 31.

EPISTOLA.

Interpellatio etiam per Epiſtolam moram inducit *dec.* 26. *num.* 13.
Concluſio ſuperius firmata num. 11. eo fortius procedit quando Emptor iterum conſtitutus in mora petiit dilationem ad deponendum, & promiſit expreſſe interim ſolvere fructus *deciſ.* 26. *num.* 14.

EQUALITAS.

Equalitas inter Partes in omnibus contractibus principaliter ſervari debet *dec.* 26. *num.* 44.

EQUIPARATUS.

Equiparatorum eadem eſt determinatio *deciſ.* 34. *num.* 40.

EQUIVOCUM.

Aequivocum non cadit in ſcripturis claris, & quæ plures non admittunt interpretationes *dec.* 2. *num.* 35.

ERRANS.

Errantis nullus eſt conſenſus *deciſ. 9. num. 49.*

ERROR.

Scientia facti excludit omnem errorem *deciſ. 2. num. 32.*
Maxime ſi ſit ſpecifica *dec. 2. n. 33.*
Et ex geminatis ſcripturis reſultans *deciſ. 2. num. 34.*
Cauſam erroris non ſufficit allegare, ſed neceſſe eſt probare *deciſ. 2 num. 41.*
Error excludit conſenſum, qui eſt de ſubſtantia cuiuslibet Contractus *deciſ. 6. num. 25.*
Et probari poteſt etiam non obſtante iuramento *dec. 6 num. 33.*
Atque allegari etiam in facto proprio, & quando hoc procedat *deciſ. 6 num. 34.*
Error iuris non nocet, quando agitur de damno vitando, vel quando agitur de lucro radicato *deciſ. 6. num. 36.* amplia ut *num. 45.*
Et tunc dicitur tollerabilis etiam in facto proprio *dec. 6. n 37.*
Error iuris non excuſat, non præſumitur, nec poteſt allegari *deciſ 9. num. 10.*
Intellige, quando una cum errore iuris concurrit aliquod factum poſitivum ipſius errantis, quod ex capite erroris impugnari prætenditur *dec. 9. n. 11.*
Veluti in ſolutione indebiti *deciſ. 9. num. 12.*
Vel in reſtitutione hæreditatis abſque deductione quartæ *dec. 9. num. 13.*
Ratio prædictorum aſſignatur *dec. 9. num. 14.*
Secus, quando agitur de errore iuris in ſimplici confeſſione *dec. 9. num. 15.*
Error confitentis non poteſt ius mutare *dec. 9. num. 16.*
Error potius, & fatuitas præſumitur, quam donatio *dec. 9. n. 32.*
Maxime ſi agatur de ſumma notabili, & verba ſint enunciativa *deciſ. 9. num. 33.*
Error confeſſionis in iure probatur demonſtrando rem aliter in iure ſe habere *dec. 9. num. 48.*
Libris omnimoda fides denegatur, ubi de aliquo errore redarguuntur *deciſ. 22. num. 8.*
Error confeſſionis concludentiſſime eſt probandus *dec. 20. n. 28.*
Error facti etiam prudentiſſimos homines decipit *dec. 40. n. 24.*

ÆS ALIENUM.

Appellatione æris alieni venit etiam id quod a Teſtatore gravato debetur *dec. 3. num. 33.*

EVENTUS.

Quod a futuro eventu pendet nec utile nec damnoſum dici poteſt *deciſ. 46. num. 26.*
Pactum dotale collatum in futurum eventum non valet, quamvis doris conditio melior fieri poſſet *deciſ. 46. num. 28.*

EVICTIO.

Proviſores Magiſtratuum abſque expreſſa licentia Sereniſſimi Magi

gni Ducis non poſſunt promittere evictionem vel pretii reſtitutionem in venditionibus *decif.* 26. *num.* 2. contra *num.* 8. *& ſeq.*

EXCEPTIO.

Exceptio, dolo petis quod ſtatim reſtituturus es, opponi poteſt adverſus ſententiam *decif.* 3. *num.* 23.

Etiam ab hæredibus ſi conſtet authorem ius ſuum remittere noluiſſe *decif.* 3. *num.* 24.

Legitimationis exceptio eſt pluſquam iuris defectus *decif.* 40. *num.* 32.

Exceptiones obviæ, quoties vel omiſſæ, vel ſerotine a defenſoribus excogitatæ ſunt non debent admitti *decif.* 48. *num.* 73.

EXCESSUS.

Habito reſpectu ad tempus futurum exceſſus non pro modico, ſed pro magno haberi debet *decif.* 13. *num.* 48.

EXCORPORATIO.

Enumerantur extrema ſeu requiſita iudicii excorporationis pro dote *dec.* 48. *num.* 21.

Pro adequata excorporatione Fideicommiſſi dimetiri deber eius quantitas non de tempore Teſtamenti, ſed de tempore excorporationis *dec.* 48. *n.* 48.

Quoties poſthabitis aliis bonis intricatis, decernitur excorporatio Fideicommiſſi, huic reſervandæ ſunt actiones pro ſua reintegratione *dec* 48. *num.* 69.

Exiſtente Fideicommiſſo Paterno ſi propter dorem excorporetur Fideicommiſſum Maternum, excorporatio cenſetur colluſiva *decif.* 48. *num.* 97.

EXCUSSIO.

Fideicommiſſum eſt Fideiuſſor Legalis, contra quem agi nequit niſi excuſſo principaliter obligato *decif.* 48. *num.* 22.

Quæ excuſſio eſt de forma, cum Lex non loquatur abſolute, ſed ſub certa conditione *decif.* 48. *num.* 23.

In quacumque excuſſione ſunt inquirendæ facultates Debitoris *decif.* 48. *num.* 39.

EXECUTIO.

Exequutio rrium conformium retardatur ex inſtrumentis noviter repertis *dec.* 3. *num.* 8.

Et res iudicata reſcinditur *decif.* 3. *num.* 12.

EXEMPTIO.

Multiplicatio exemptionum eſt contra æquitatem, cum in non immunes onera redundent *decif.* 41. *num.* 29.

Immunitati huiuſmodi privilegii requiritur expreſſa derogatio *decif.* 41. *num.* 37.

EXERCENS.

Qui non affectate mercaturam e-

xercer Mercatorum privilegiis fruitur licet plus in ſtabilibus habeat, quam in mercatura *deciſ.* 47. *num.* 19.

EXERCITIUM.

Exercitium in criminibus unus actus facit, adeout ſolum homicidium facit homicidam *deciſ* 47. *num.* 12.

In exercitio, qui ex effectibus deſumitur requiritur replicatio actuum ut in Mercatoribus *deciſ.* 47. *num.* 13.

EXHIBITIO.

Nemo præſumitur exhibere voluiſſe documentum ſuæ petitioni contrarium *dec.* 48. *n.* 74.

EXISTENTIA.

Quod equatum eſt adhuc exiſtit, quod vero ſublatum non remanet, ubi multa exempla afferuntur *deciſ.* 11. *num.* 7.

Exiſtentia familiæ contentivæ proximæ, vel remoræ ſolet ſolum conſiderari in deſcendentibus a Patre, vel Avo *dec* 30 *n.* 34.

Res immobiles oſtendunt penes quem exiſtant *dec.* 48. *n.* 42.

EXISTIMATIO.

Qui contra Statutum agit nulliter agit *deciſ.* 44. *num.* 2.

Ideoque gravat Creditores, quorum intereſt Debitorum bona extimati iuxta municipalem diſpoſitionem *dec.* 44. *num.* 3.

Ubi præſertim arguatur Partes noluiſſe recedere a diſpoſitione Statuti circa electionem Peritorum *deciſ.* 44. *num.* 5.

Ideoque Peritos eligendi non præſumitur ampla, & illimitata Magiſtratui data facultas *deciſ* 44. *num.* 6.

EXPENSÆ.

Abſolutio fit ab expenſis, quando materia eſt dubia, & coniecturata *deciſ* 1. *num* 23.

Ab expenſis Iudicii Partes abſolvuntur propter dubios iuris articulos *deciſ.* 6. *num.* 53.

EXPRESSIO.

Expreſſio iuris, quod tacite ineſt dicitur abundans cautela, maxime concurrentibus coniecturis *deciſ.* 21. *num.* 28.

Expreſſio meritorum Donatarii erga Donatorem in donatione emiſſa, niſi aliunde, quam ab Inſtrumento iuſtificetur donationem a præſumptione extorſionis non ſanat *dec.* 27. *n.* 34.

EXTINCTIO.

Præſervatio iurium excludit debiti extinctionem *dec.* 35. *n.* 4.

Præſervatio ſupponit ſubiectum conſervabile *dec.* 35. *num.* 5.

EXTRANEUS.

Extraneus dicitur, qui non eſt ex aſcendentibus maſculis *deciſ.* 24. *num.* 38.

FA-

FACTUM.

Multa facta tenent, quæ a principio fieri non poterant *deciſ.* 45. *num.* 59.

FACULTAS.

Facultas alienandi inducta per argumentum a contrario ſenſu trahi debet ad limites verborum, quæ leguntur in ſenſu directo *deciſ.* 2. *num.* 12.

Re per facultatem alienandi ſemel facta alienabili ſemper cenſetur alienabilis *deciſ.* 3. *num.* 47.

Limita primo ſtante prohibitione reali *deciſ.* 3. *num.* 50.

Realis dicitur, quando adiecta fuit ratio conſervandi bona inter filios, & deſcendentes, quo caſu etiam facta alienatione inter ipſos manet Fideicommiſſum *dec* 3. *num.* 49. 51.

Amplia etiamſi cum dicta ratione facta ſit perſonis *num.* 52.

Limita ſecundo ſi repugnet veriſimilis intentio Teſtatoris, & unde hæc eliciatur *n.* 53. 54.

Limita tertio ſi ſequeretur repugnantia, & contrarietas in diſpoſitione Teſtatoris *num.* 55.

Veluti ſi voluiſſet bona conſervari in deſcendentibus, & deinde ſequeretur, quod permiſiſſet alienari in extraneos *n.* 56. 57.

Viventibus auferre facultatem teſtandi, illiſque dare hæredem eſſet contra Legem *dec.* 12. *n* 5.

Facultas ducendi aquam ex Flumine publico non navigabili intelligitur pariter ſine alterius iniuria, quod procedit etiam quoad alia loca publica etiam vias, quas munire non licet ad ſuum commodum damno alterius, ideoque de damni infecti cautione tenetur *deciſ.* 13. *num.* 18. 19. & 20.

Habenda eſt ratio damni non ſolum imminentis, ſed etiam futuri *deciſ* 13. *num.* 21.

Subſtitutio data facultate alienandi dicitur facta in eo quod ſupereſt *deciſ.* 20. *num.* 7.

Si facultas eligendi conſumpta fuit in primo actu ſecunda electio non valet *dec.* 44. *n.* 8.

Is qui facultatem habet novam electionem faciendi, iiſdem conditionibus facere debet, quibus fecit primam *deciſ.* 44. *num.* 9.

Facultas conceſſa intelligitur ut exerceri ſolum poſſit, ſicut de Iure Communi, vel municipali exerceri ſolet *deciſ.* 44. *num.* 11.

FALSITAS.

Suſpicio falſitatis in civilibus habetur pro falſitate *deciſ.* 22. *num* 5.

Præſertim quando agitur de vitio viſibili *deciſ.* 22. *num* 6.

Demonſtratio falſa præſertim in cortice verborum non alterat diſpoſitionem. Cœmeterium in uno loco, alibi Campus Sanctus appellatur prout Romæ, Piſis, & Florentiæ *deciſ.* 22. *num.* 24.

Falſitas urget in eo, qui in ali-

aliquo actu fuit falsus *dec.* 40. *num.* 23.
Suspicio falsitatis habetur pro falsitate *decis.* 40. *num* 25.
Falsitas in productione iurium Actoris, est sufficiens ad eum repellendum a Iudicio *dec.* 40. *num.* 26.
Falsitas Causæ adimit consensum ab actu *decis.* 46. *num.* 14 40.

FAMILIA.

Vocata Familia, venit præferendus is, qui est de contentiva proxima *decis.* 30. *num.* 32.
Limita quando Testator proximiorem de familia in genere, & indistincte vocavit *decis.* 30. *num.* 33.
Familia contentiva remotior quoad originem potest in progressu fieri propinquior *dec.* 30. *n* 36.
Familia compræhendit tam Agnatos, quam Cognatos *decis.* 30. *num.* 51.

FOEMINA.

Descendentes ex fœminis excluſi censentur quando ipsæ fœminæ fuerunt excluſæ, & de ratione.
Plus effectus esse non debet in causato, quam sit in causa *decis.* 1. *num.* 10.
Vocatio fœminarum, & descendentium ab eis in certo casu arguit exclusionem in aliis *decis.* 22. *num.* 32.
Maior est ratio vocandi fœminas primorum institutorum de linea prædilecta, quam aliarum de ordine inferiorum minus dilecto *decis.* 22 *num* 46.
Fœmina vocata vita naturali durante tantum, excludentur omnes eius descendentes *dec.* 22. *num.* 47.
Statuta excludentia fœminas censentur tantum eas excludere ab hæreditate dotantis *decis.* 24. *n.* 16. Declara ut *n* 17. 18 19.
Statutum exclusivum fœminarum intelligendum est de fœminis iam dotatis ante delatam successionem ubi qualitas dotationis apposita est in Statuto ad qualificandum ius succedendi *decis.* 24. *num.* 20.
E contra si qualitas dotationis in Statuto stet ad qualificandum ius exercendi petitionem hæreditatis tunc sufficit, quod fœminæ licet non dotatæ tempore mortis eius, de cuius successione agitur dotatæ fuerint tempore, quo eius hæreditatem petunt *decis.* 24. *num* 21.
Verba *superstitibus liberis* compræhendunt fœminas sicut masculos *decis.* 24. *num.* 22.
Ubi hæc verba leguntur in Statuto excludente fœminas in concursu masculorum, intelliguntur per prius de masculis, per posterius de fœminis *dec.* 24. *num.* 23.
Fœmina ob Statutum semel a masculo excluſa semper censetur excluſa *decis.* 24. *num.* 42.
Limita ut non censeatur absolute excluſa ubi datur tantum masculis prærogativa *decis.* 24. *num.* 43.
Proximitas provenies a fœmina exclu-

excluſa non eſt attendenda *deciſ.* 30. *num.* 44.
Secus ſi ipſa fœmina ſit vocata *deciſ.* 30. *num* 55.
Appellatione proximioris de familia veniunt etiam fœminæ *deciſ.* 30. *num.* 45.
Et niſi conjecturæ militent in contrarium *deciſ.* 30. *n.* 46.
Item fœmina venit appellatione proximioris de linea maſculina cippi domus *dec.* 30. *n.* 47.
Item in ſubſtitutione proximioris Agnati *deciſ.* 30. *num.* 48.
Vel in aliorum de agnatione, parentela, & familia *deciſ.* 30. *num.* 49.
Præſertim ubi non adeſt tractus ſucceſſivus, ſed proximioris ſubſtitutio in primo expirat *deciſ.* 30 *num.* 50.
Fœminæ ex maſculis deſcendentes dicuntur de cognatione, & tamquam de agnatione ſuccedunt *deciſ.* 30. *num.* 52.
Amplia licet in aliena familia nuptæ ſint *deciſ.* 30. *num.* 53.
Et contrariæ auctoritates declarantur *deciſ.* 30. *num.* 54.
Fœminis excluſis tamquam in compenſationem excluſionis alimenta debentur, ideo etiam præterita peti poſſunt *dec.* 45. *n.* 12.
Alimenta debentur Fœminæ etiam diviti, & aliunde proviſæ, quæ ab aliis etiam alimenta receperit *deciſ.* 45. *n* 13. 54.

FIDEICOMMISSARIUS.

Fideicommiſſar. univerſ. habetur loco hæredis, & eius vices gerit *deciſ.* 4. *num.* 12.
Fideicommiſſariis ſolventibus dotem ex bonis fideicommiſſi, Mulier tenetur cedere iura contra bona libera *dec.* 4. *n.* 40.
Fideicommiſſario danda eſt immiſſio, conſtito de vocatione eiuſque purificatione, & bonorum identitate *dec.* 18. *num.* 1.
Limita quoad bona alienata in quorum locum mediante Principis Reſcripto alia fuerunt ſubrogata *deciſ* 18. *num* 2.
Sublimita ſi res ſubrogata fuerit evicta, quia tunc ad alienata datur regreſſus *dec.* 18. *n.* 3.
Declara ſublimitationem procedere, ſi res permutata adhuc eſt pœnes permutantem, ſecus ſi penes tertium contra quem condictio ob cauſam non datur *deciſ.* 18. *num.* 4.
Contra, quod detur etiam contra tertium cum ſit in re ſcripta *deciſ.* 18. *num* 5.
Indubitanter quando in Inſtrumento permutationis adeſt promiſſio evictionis cum hypoteca bonorum *dec.* 18. *n* 6.
Et ſtante evictione permutatio reſolvitur ad differentiam venditionis, & de ratione differentiæ *deciſ.* 18. *num.* 7
Declara concluſionem, de qua *num.* 3. *& ſeq.* procedere in terminis veræ permutationis, ſecus ſi res mediante Principis Reſcripto vendita ſit cum obligatione reinveſtiendi prætium, & reinveſtimentum fuerit ſecurum ſuper prædio poſtea evicto, quia tunc Emptor non poterit a Fideicommiſſario molestari *dec.* 18. *num.* 9.

Im-

Immiſſio in vim *Leg. fin.* vel utilis Salviani interdicti conceditur Fideicommiſsario, probatis extremis vulgatis *deciſ.* 20. *num.* 1.

Impeditur tamen per exceptionem incontinenti probatam *dec.* 20. *num.* 2.

Maxime ſi oriatur ex ventre inſtrumenti *dec.* 20. *num.* 3.

Quo caſu exceptio dicitur quarantigiata ſicut actio *dec.* 20. *num.* 4.

Fideicommiſsarius tenetur probare exiſtentiam mobilium de tempore mortis Teſtatoris *dec.* 29. *num.* 5.

In electione Fideicommiſsarii eſt recognoſcere Fideicommiſsa, a Fideicommittente, vel a gravato, ut per *Statut. Gabell. rubr.* 16. *de Teſtament. deciſ.* 45. *num.* 15.

Si Fideicommiſsa recognoſcat a gravato, eximitur a ſolutione Gabellæ, ſed efficitur hæres gravati *deciſ.* 45. *num.* 16.

Ad hoc ut valeat adiudicatio bonorum Fideicommiſſi debet citari Fideicommiſsarius *deciſ.* 48. *num.* 89.

FIDEICOMMISSUM.

Ex prohibitione alienationis cum pœna privationis inducitur Fideicommiſsum in caſu contrafactionis ad favorem eius, in cuius gratiam pœna adiecta eſt *deciſ.* 2. *num.* 1.

Vel ad favorem cohæredum, ſeu ſubſtitutorum, ſi non ſit expreſsum ad quem bona alienata tranſite debeant *deciſ.* 2. *num.* 2.

Sola pœna privationis abſque alia cauſa veſtit prohibitionem alienationis, & inducit Fideicommiſsum *deciſ.* 2. *n.* 3.

Fideicommiſsum contraventionale ſequuta alienatione a ſubſtituto peti poteſt *dec.* 2. *n.* 4.

Iuſta cauſa alienandi Fideicommiſsum probari debet ab allegante ad excludendum dolum *deciſ.* 2. *num.* 55.

Amplia quod nec paupertas ſuffragetur, ſed neceſſitas manifeſta requiratur, quæ nulla tergiverſatione celari poſſit *deciſ.* 2. *num.* 58.

Exiſtentia Fideicommiſſi probatur ex Inſtrumento diviſionis *dec.* 3. *num.* 2.

Bona poſſeſsa ab hæredibus in loco in quo erant Fideicommiſsa, præſumuntur eadem, niſi doceatur de alio titulo *dec.* 3. *num.* 3.

Maxime ſi illis conveniant eadem vocabula, & confinia *deciſ.* 3. *num.* 4.

Comprehenſio omnium bonorum in Fideicommiſso reſultat ex dictionibus univerſalitatem denotantibus *deciſ.* 3. *num.* 36.

Fideicommiſsum quando dicatur reale *deciſ.* 3. *num.* 66.

Fideicommiſsum univerſale purum, vel purificatum tranſmittitur licet non fuerit agnitum *deciſ.* 4. *num.* 2.

Limita in furioſo *dec.* 4. *n* 8.

Ignorans tranſmittit *dec.* 4. *n.* 3.

Furioſus tranſmittit Fideicommiſsum ſibi delatum, licet

non

non agnitum, & de ratione *deciſ. 4. num. 6.*
Contra quod Fideicommiſſum univerſale non tranſmittatur ſed ad illud admittantur proximiores, qui ſucceſſiſſent, ſi furioſus in medio non extitiſſet. Et auctoritates in contrarium declarantur procedere, vel in Fideicommiſſis particularibus. *dec. 4 n. 7. 11. 13. 18* Vel in caſu quo furioſus rogatus ſit aliis reſtituere *num. 14.* Vel in furioſo, qui ſuus eſt *num 15. & 17.*
Fideicommiſſum univerſale etiam hodie differt a particulari *dec. 4 num. 13.*
Fideicommiſſa particularia poſſunt acquiri a furioſo *deciſ 4. num. 19.*
Fideicommiſſum univerſale eſt ſucceſſio in ius defuncti *deciſ. 4 num. 21.*
Fideicommiſſa particularia veniunt ſub nomine legatorum *deciſ. 4 num. 24.*
Una res duplici Fideicommiſſo obnoxia eſſe poteſt *deciſ. 5. num. 20.*
Ius accreſcendi habet locum etiam in Legatis, & Fideicommiſſis conditionalibus *deciſ 6. num. 10. 15.*
Vel Fideicommiſſum extare, vel non extare, vel ius accreſcendi locum non habere *deciſ. 9. num 3 8.* Vel hæreditatem promedietate ad alium ſpectare *num. 38.*
Amplia ſi confeſſio ſit pluries geminata *deciſ. 9 num. 37. 40.*
Item amplia ſi confeſſio ſit iurata, & de ratione *dec. 9 n 4. 5.*
Fideicommiſſum non cenſetur inductum niſi inter eas perſonas quibus convenire poſſunt conditiones appoſitæ *dec. 12. n. 6.*
Agens ad Fideicommiſſum quid teneatur probare *deciſ 12. n. 7 & 17.*
Et an teneatur excludere competentiam detractionum *dec. 12. num 8.*
Sed ſtricte interpretatur maxime ubi ſit factum in contractibus *deciſ 12 num. 11 12.*
Et in dubio contra illud iudicatur. Et contrarium eſt contra iuris regulas *deciſ. 12. n. 20.*
Fideicommiſſum reſtrictum dicitur ad ea bona, ad quæ prohibitio alienandi tantum extenditur *deciſ. 12. num 13.*
Fideicommiſſum ordinatum favore alicuius, & eius deſcendentium iſtis non exiſtentibus expirat, & ex quibus verbis taliter factum dicatur *deciſ. 12. num 21.*
Vocatis non exiſtentibus, gravatus de re Fideicommiſſaria libere diſponere valet *deciſ. 12. num. 22.*
Fideicommiſſum eſt ſtricti iuris, & non extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam *deciſ. 12. num. 10. 26.*
Gratia alienandi Fideicommiſſum nulliter executa habetur pro non obtenta *deciſ. 18. n 15.*
De iure in illius conceſſione citandi ſunt vocati ad Fideicommiſſum *deciſ. 18. num. 16.*
Amplia etiamſi ſint minores, vel pupilli *num. 24.*
Amplia. ut non ſufficiat conſenſus

ſus aliquorum, & maioris partis, ſi adſint alii æquale intereſſe habentes *deciſ.* 18. *n.* 17.
Maxime ſi hoc ſuadeat forma Reſcripti *deciſ.* 18. *num.* 18.
Qua non ſervata, reſcriptum non ſuffragatur *deciſ* 18. *num.* 19.
Præſertim in tertii præiudicium *deciſ.* 18. *num.* 20.
Etiam ſi ſervata ſit in parte *deciſ.* 18. *num.* 21.
Fortius ſi hoc exigat ratio vitandi colluſiones *dec.* 18. *num.* 22.
Fideicommiſſum reſtitutorium in caſu mortis ex quibus reſultet remiſſive *deciſ* 20. *num.* 8.
Bona Fideicommiſſaria alienari poſſunt pro ſolvendis debitis Teſtatoris *deciſ.* 20. *num.* 10.
Limita quando fuit prohibita alienatio etiam ex cauſa neceſſaria *deciſ.* 20. *num.* 11.
Fideicommiſſum educatur per præmorientiam ſubſtituti, & bona remanent libera penes gravatum *deciſ.* 22. *num.* 25.
Ordo ſucceſſivus in Fideicommiſſo intelligitur, & interpretatur iuxta ordinem ſucceedendi gravato *deciſ.* 24. *num.* 47.
Agens pro conſecutione Fideicommiſſi inducti ad favorem proximioris de familia probare debet, quod ſit de familia, & quod ſit proximior *dec.* 30. *n.* 1.
Diſponens ſi quando voluit Fideicommiſſum ſucceſſivum expreſſit ubi non expreſſit noluiſſe dicendum eſt *deciſ.* 31. *num.* 36.
Agens ad Fideicommiſſum clare probare debet ſuam vocationem *deciſ.* 31. *num.* 61.
In dubio contra Fideicommiſſum, tamquam odioſum eſt iudicandum *dec.* 31. *num* 62.
Fideicommiſſa ſunt litium ſeminaria *deciſ.* 31. *num.* 63.
Fideicommiſſum ordinatum in Contractu ſtrictius eſt interpretandum *dec.* 31. *num.* 64.
Quando Fideicommiſſum eſt clarum fructus ſunt reſtituendi non a tempore motæ Litis, ſed aperturæ ſucceſſionis *dec.* 40. *n* 55.
Ubi Fideicommiſſum per mortem Patris tranſitum fecit ad alium columnellum, Dotes, & alimenta ampliantur *dec.* 45. *n.* 48.
Quando dos detracta eſt ex Fideicommiſſo, incumbit Fideicommiſſario onus probandi exiſtentiam bonorum libetorum; quando vero nondum avulſa fuit, ſpectat ad poſſeſſorem probatio, quod non adſint bona libera *deciſ.* 48. *num.* 1. 2.
Actus perfectio non conſiſtit in materiali alienatione, ſed in dotatione ex bonis Fideicommiſſi vera, & effectuata *deciſ.* 48. *num.* 3.
Vera, & formalis alienatio requiritur ad hoc ut bona Fideicommiſſaria libertatem conſequantur in vim Authentiæ res quæ &c. *deciſ.* 48. *num.* 8.
Præſertim ut onus probandi in Fideicommiſſarium transferatur *deciſ.* 48. *num.* 9.
Sententia de colluſione ſuſpecta nullam habet vim contra ſubſtitutos in Fideicommiſſo *deciſ.* 48. *num.* 13.
Idemque procedit quoad ſententiam emanatam ob ſupinam contradictoris negligentiam *deciſ.* 48. *n.* 14.

De-

Decretum Iudicis an ſit neceſſarium ut Dos ex Fideicommiſſo detrahatur? *deciſ.* 48. *num.* 16.
Quæſtio ſublata eſt per Legem ſuper Fideicommiſſis æditam anno 1747. Quæ Principis aſſenſum requirit *dec.* 48. *n.* 17.
Fideicommiſſum eſt Fideiuſſor legalis, contra quem agi nequit niſi excuſſo principaliter obligato *dec.* 48 *num.* 22.
Quæ excuſſio eſt de forma, cum Lex non loquatur abſolute, ſed ſub certa conditione *deciſ.* 48. *num.* 23.
Pro adequata excorporatione Fideicommiſſi dimetiri debet eius quantitas non de tempore teſtamenti, ſed de tempore excorporationis *deciſ.* 48. *n.* 48.
Senes nobilis conſtiturus in neceſſitate conſervandi ſuam familiam petere poteſt augmentum dotale etiam ex Fideicommiſſo Materno *deciſ.* 48 *n.* 51.
Limita quando non urgeat talis neceſſitas *deciſ.* 48 *num* 52.
Quando Vidua tranſite poteſt ad ſecundas nuptias cum prima Dote, non debet cum ſumma celeritate contra Fideicommiſſum agere pro augmento ſibi conceſſo in bonis Fideicommiſſariis Mariti prædefuncti *deciſ.* 48 *num.* 54.
Quamvis Fideicommiſſum Paternum ſit conventionale, attamen obligatur ad Dotem ante Fideicommiſſum Maternum *deciſ.* 48. *num* 56.
Antequam decernatur ſubhaſtatio Bonorum Fideicommiſſo ſubiectorum conſtare debet de ære alieno Fideicommiſſi *deciſ.* 48. *num.* 64.
Quoties poſthabitis aliis bonis intricatis, decernitur excorporatio Fideicommiſſi huic reſervandæ ſunt actiones pro ſua reintegratione *dec.* 48. *n.* 69.
Periculo conniventiæ, vel colluſionis, expoſita maxime ſunt Fideicommiſſa *deciſ.* 48. *n.* 82.
Exiſtente Fideicommiſſo Paterno, ſi propter dotem excorporetur Fideicommiſſum Maternum excorporatio cenſetur colluſiva *deciſ.* 48. *num.* 97.

FIDEIUSSIO.

Fideiuſſio eſt Contractus regularirer fideiubenti præiudicialis *deciſ.* 35. *num.* 39.

FIDEIUSSOR.

Fideiuſſor ſolvens de proprio cogere poteſt creditorem ad ſibi cedendum iura etiam contra fideiuſſores *dec.* 21. *num.* 35.
Maxime ſi cedenti non noceat *deciſ.* 21. *num.* 36.
Et hoc caſu peri poteſt etiam ex intervallo *dec* 21. *num.* 37.
Amplia etiamſi Fideiuſſor eſſet principaliter obligatus, & de ratione *dec.* 21. *num* 38.
Exceptio compenſationis opponi poteſt, etiam a fideiuſſore *dec.* 34. *num.* 8.
Fideiuſſoris intereſt iura primi debiti in ſecundum transferri, & ad quem effectum *dec.* 35. *n.* 26.
Fideiuſſor per ſolutionem liberatur, nec in novam incidit obli-

ga-

gationem abſque ſcientia, & ratihabitione, & ex quibus hæc excludatur *deciſ.* 35. *num.* 28.
Fideiuſſor in præmium fideiuſſionis licite aliquid conſequi poteſt, ut Florentiæ ſervatur *deciſ.* 35. *num.* 40.
Item Mercator Mandatarius exequens ordinem Mandantis *dec.* 35. *num.* 41.

FIDES.

Clauſula *mihi Notario cognitus*, requiritur in recognitione fidei ex reformatione Pauli V. *deciſ.* 22. *num.* 11.
Declara talem reformationem non extendi extra diſtrictum Urbis *deciſ.* 22. *num.* 12.
Item declara talem conſtitutionem non habere locum, quando de huiuſmodi notitia conſtat ex coniecturis *& num.* 14.
Et quando ceſſat ſuſpicio ſuppoſitionis perſonæ, quæ eſt finalis diſpoſitionis *num.* 15.
Et dicitur ceſſare ſuſpicio ſtante primordio veritatis, quod ſcilicet perſona illa eſſet in loco *num.* 16.
Item ex quo agatur de Civitate non multum ampla, & Civium numero repleta *num.* 17.
Item ex quo agatur de recognitione atteſtationis Religioſi Conventus in quo parvus numerus reperitur *num.* 18.
Item ex quo agatur de Religioſo deferente Crucem ſatis amplam in veſte, & pallio *num.* 19.
Item ex quo recognitio facta fuerit non in abſcondito, ſed in loco publico, & in Officio Notarii *num.* 20.
Item ex quo recognitioni interfuerunt teſtes nobiles *num.* 21.
Item ex quo poſtea in loco recognitionis deceſſerit teſtis cuius fides fuerit recognita *num.* 22.

FILIA.

Poteſt quis ſive in vita, ſive in morte filias dotare, licet non faciat Teſtamentum, & ab inteſtato decedat *dec.* 24. *num.* 9.
Statutum excludens fœminas dotatas, intelligi debet ſi ſint dotatæ de tempore apertæ ſucceſſionis, adeout non excludantur ſi poſtea dotentur *deciſ.* 24. *num.* 3.
Hæc opinio non eſt tuta, & quare *deciſ.* 24. *num.* 4.
Deinde non habet locum dicta opinio, ubi Statutum determinet etiam caſu, quo filia tempore apertæ ſucceſſionis non fuerit dotata, arbitrio enim trium ex melioribus propinquis dotem eo caſu conſtitui iubet *deciſ.* 24. *num.* 5. 17. diſtingue ut *num.* 20. 21.
Teſtator in inſtitutione præferens filios filiabus, ſic eos prætuliſſe cenſetur in ſubſtitutione cum præſumatur ſe velle conformare Statuto per quod maſculi præferuntur fœminis *deciſ.* 24. *num.* 48.
Filiæ per Statutum Florentinum ubi agnati ſint a ſucceſſione Patris excluſæ alimenta debentur donec nuptui tradatur *dec.* 45. *num.* 8.

Quæ deberentur etiamſi Statutum ea non reſervaſſet, imo etiamſi negaſſet *dec.* 45. *num.* 9. 10.

Hæredibus, tamquam obnoxii oneribus hæreditariis ſpectat alere, & dotare filias defuncti, non tantum ex bonis hereditariis, ſed etiam de proprio *dec.* 45. *num.* 20. 47.

FILIUS.

Bona donata cum pacto reverſivo ſi Donatarius deceſſerit ſine liberis ad illum revertuntur, etiamſi Donatarius deceſſerit cum filio, ſi iſte ſine liberis vivo Donatore deceſſerit *deciſ.* 4. *num.* 26. Et de ratione *num.* 37. *& ſeq.*

Declara procedere quando donatio facta eſt gratia conſervandi nomen, & arma agnationis *dec.* 4. *n.* 27. Et de ratione *n.* 34.

Contra quod procedat principalis concluſio etiam in caſu, quo habita non ſit ratio agnationis *deciſ.* 4. *num.* 28.

Item declara procedere quando pactum reverſivum non eſt reſtrictum ad certum tempus, ſecus ſi ſit reſtrictum ad caſum mortis *deciſ.* 4. *num.* 29.

Contra quod nihil interſit an ſit addita dictio *quandocumque deciſ.* 4. *num.* 30.

Filii efficiuntur hæredes ipſo iure etiam invito Tutore *dec.* 4. *num.* 50.

Amplia etiamſi Tutor abſtinere veller beneficio Prætoris cum adhuc Pupillus remaneat hæres ſolo nomine *dec.* 4. *num.* 51.

Dictio *loro figli ec.* reſtringit diſpoſitionem ad deſcendentes ex perſonis tantum nominatis *dec.* 12. *num.* 25.

Filii æque, ac filiæ ſuccedunt in bonis Matris ab inteſtato defunctæ *dec.* 24 *num.* 1.

Aliud per Statutum Petræ Sanctæ, quo filiæ dotatæ in bonis Patris a Matris ſucceſſione excluduntur, ubi ampliatur licet Filia fuerit dotata poſt mortem Matris, dummodo antequam ipſa, vel eius hæredes petant admitti ad hæreditatem *deciſ.* 24. *num.* 2. 24. 25.

Statutum reſervans filiis certam partem bonorum Matris nulla facta diſtinctione maſculorum a fœminis, intelligendum eſt ſalva prælatione maſculorum ſtante alio Statuto excluſivo fœminarum propter maſculos *dec.* 24. *num.* 26.

Vocatis filiis, & deſcendentibus per Statutum Petræ Sanctæ, maſculi præferuntur fœminis, nec iſtæ locum habent niſi poſt maſculos *dec.* 24. *num.* 27. 29. declara ut *num.* 30.

Privilegium hoc, mortuo Patre, an tranſeat ad filios eſt quæſtio involuta *dec.* 41. *num.* 8.

Opinio affirmativa affertur, & argumenta eam defendentium *dec.* 41. *num.* 9.

Negativam qui tueantur, & quibus fundamentis *dec.* 41. *n.* 10.

Prima procedit ſi ſupervivat Mater, & cum ea habitent filii *dec.* 41. *num.* 11.

Secunda ubi Mater mortua ſit *dec.* 41. *num.* 12.

Amplia ut ſolum ſufficiat filios in communione vivere *decif.* 41. *num.* 13.
Contra quod communio ſit circumſtantia apta ad movendum Principem ad gratiam *dec.* 41. *n.* 14.
Et opinio negativa probatur verior in puncto iuris & in hac Civitate recepta *dec.* 41. *n.* 15.
Fœmina ad hanc immunitatem aſſequendam opitulantur *dec.* 41. *num.* 16.
Filii antea mortui non excuſant a tutela, vel munere de novo deferendo *decif.* 41. *num.* 17.
Utilitas Reipublicæ reſultans ex procreatione liberorum non eſt ſola ratio privilegii *decif.* 41. *num.* 18.
Filii emancipati, & qui in poteſtate non ſunt profunt ad excuſandum parentem *dec.* 41. *n.* 19.
Et qua de cauſa hoc contingat *decif* 41. *num.* 20.
Quæ ſint veræ rationes huius immunitatis, & an eæ durent in filiis *decif.* 41. *num.* 21.
Filii ſuccedunt oneribus Patris ubi ipſe fiat immunis *dec.* 41. *num* 22.
Privilegium immunitatis in ſententia volentium tranſire ad filios, an extendatur ad bona, Patre mortuo, per eoſdem acquiſita *decif.* 41. *num.* 24.
Sententia affirmans adducitur, & reiicitur *decif.* 41. *n.* 25. *& ſeq.*
Declarantur contrarium tenentes *decif.* 41. *num.* 30.
Explicatur *Text. in cap.* quia circa de privilegiis quod huic caſui non applicetur *dec.* 41 *n.* 26.
Filii in hac immunitate nequeunt eſſe melioris conditionis Genitore ſuo *decif.* 41. *num.* 28.
Mediolani adeſt Statutum continuas paternam ipſam immunitatem in filiis *dec.* 41. *num.* 30.
Novæ conſtitutiones eiuſdem Civitatis immunitatem tam Patri quam filii denegat in bonis poſtea quæſitis *decif.* 41. *num.* 31.
Quæ fuerit prima gratia facta filiis ſupplicantibus pro confirmatione exemptionis paternæ, & qualis eius formula *decif.* 42. *num.* 10.
Immunitas hæc fuit habita pro perſonali, & filiis de rigore non competente *decif.* 42. *num.* 11.
Afferuntur nonnulla exempla denegatæ confirmationis *dec.* 42. *num.* 12.
Confirmatio modo fuit denegata, modo conceſſa *dec.* 42. *n.* 13.
Licet hodie invariabiliter annuere ſoleat Regia Munificentia *dec.* 42. *num.* 14.
Opinio volens de iuris rigore immunitatem mortuo Patre tranſire ad filios non fuit in hac Civitate recepta *decif.* 42. *num.* 15.
Gratiæ confirmationum immunitatis Paternæ, factæ filii ſemper limitatæ fuerunt ad bona Paterna *decif.* 42. *num.* 19.
Referuntur ſententiæ ad relationem Aſſeſſorum Decimarum firmantes pro bonis a filiis poſt mortem Patris acquiſitis immunitatem competere *decif.* 42. *num.* 30.
Reiiciuntur tanquam procedentes cum falſo, & erroneo ſuppoſito *decif.* 42. *num.* 31.

Af-

Affertur teſtimonium Auditoris reformationum Alexandri Victorii aſſerentis de anno 1645. nunquam gratias fuiſſe ad bona propria filiorum extenſas *dec.* 42. *num* 32.

Examinari debet an filius propria auctoritate potuerit legitimam detrahere *deciſ.* 48. *num.* 15.

FISCUS.

Officium, & Congregatio Farinarum habet iura Fiſcalia, prout omnes alii Magiſtratus Civitatis Florentiæ *dec* 33. *num.* 1.

Item Magiſtratus DD. Novem *dec.* 33. *num* 2.

Item Mons Communis, ſeu Graticularum *deciſ* 33. *num.* 3.

Emens a Fiſco bona incorporata præcedentibus proclamatibus ſtatim tutus eſt a quibuſcumque Creditoribus hypotecariis *deciſ.* 33. *num.* 4.

Prout emens a Magnis Etruriæ Ducibus, vel aliquo Magiſtratu Florentino *dec.* 33. *num.* 5.

Limita primo reſpectu Creditoris cenſuarii, qui de tempore ſubhaſtationis erat ſatisfactus de fructibus *deciſ.* 33. *num.* 6. contra *num.* 8. declara ut *num.* 9.

Fiſcus vendere nequit iure Creditoris ſine ſubhaſtatione *dec.* 33. *num.* 20.

Amplia etiam ſi vendat rem tamquam ſuam *deciſ.* 33. *num* 21.

Et hoc expreſſe diſponitur a Statuto Florentino *dec.* 33. *n.* 22.

Limita tertio regulam de qua ſupra *num.* 4. in bonis Clericorum. Lex bene a Zenone *Cod. de quadrien. præſcript.* non comprehendit Clericos eorum bona etiam patrimonialia *deciſ.* 33. *num.* 24.

Item non procedit in rebus Eccleſiæ *deciſ.* 33. *num.* 25.

Nec in Patrimonio Eccleſiaſtico, ad cuius titulum quis fuit ordinatus *deciſ.* 33. *num.* 26.

Limita quarto regulam, de qua ſupra *num.* 4 cum Fiſcus vendit iure Creditoris, non vero iure proprio *deciſ.* 33. *n.* 31.

Iure proprio vendere dicitur, cum vendit ex cauſa confiſcationis *deciſ.* 33. *num.* 32.

Limita quinto cum Fiſcus promiſit Emptori pretii reſtitutionem in caſu moleſtiæ, vel alia pacta privatam utilitatem reſpicientia in inſtrumento appoſuit *deciſ.* 33. *num.* 33.

Limita ſexto cum venditio facta fuit ſalvis iuribus alienis, vel ſine aliorum præiudicio *dec.* 33. *num.* 34.

Conſtitutio Zenoniana eſt exorbitans, & in dubio contra illam reſpondendum *deciſ.* 33. *num.* 35.

Er ob tot limitationes quas patitur, hodie numquam fere in praxi locum obtinet *deciſ.* 33. *num.* 36.

De Lege unionis Magiſtratuum Capitaneorum Partis, & Officialium Fluminum, qui tractent remiſſive *deciſ.* 33. *num.* 46.

Lex quoque prædicta comprehendit ſolum venditiones factas a Fiſco iure proprio, non autem iure Creditoris *dec.* 33. *n.* 47.

Fiſcus tenetur de evictione promiſsa

miſſa non tamen ad duplum, ſed ad ſimplum *decif.* 36. *num.* 1. Limita ut *num.* 3

Fiſcus vendens iure creditoris rem ſibi obligatam non tenetur de evictione *decif.* 36. *num.* 3.

Idque generale eſt etiam in quocumque privato *dec.* 36. *num.* 4.

Si vendere fecit cum requiſitis de quibus ibidem *decif.* 36. *n.* 5.

Et quando talia requiſita non ſint neceſſaria *decif.* 36. *num.* 3. 6. amplia ut *num.* 7.

Procurator Reipublicæ, vel Principis habens annexam Officii adminiſtrationem habet mandatum cum libera, & omnia agere poteſt, quæ requirunt mandatum ſpeciale *decif.* 36. *n* 9.

Idem in Procuratoribus Fiſci, Syndicis, & Adminiſtratoribus Civitatum habentibus iuriſdictionem *decif.* 36. *num.* 10.

FLUMEN.

Naturalem Fluminis curſum alio avertere non licet *dec.* 13 *n.* 1.

Id attentans tenetur interdicto, *ne quid in Flumine publico*. Ratio interdicti *dec.* 13. *num.* 2. 5.

Naturalis Fluminis curſus quis dicatur? Et regula inde emerg ns *decif* 13 *num* 4.

Ex maxima utilitate curſus Fluminis mutari poteſt, ſed non ex quavis, & niſi accedat incommodum vicinorum, etiamſi agatur de mun enda propria ripa *decif.* 13 *num.* 6. 7. 14. 15.

Huiuſmodi utilitas non debet pendere ab eventu *dec.* 13 *n.* 8.

Qui ſervitutem aquarum patitur non poteſt in Flumine ad defendendos proprios agros aliquid facere damno vicinorum *decif.* 13. *num.* 16.

Id etiam procedit in eo, qui ſine alvei mutatione Flumine utetur, & pariter facere debet ſine cuiuſquam incomodo *decif.* 13. *num* 17.

Facultas ducendi aquam ex Flumine publico navigabili intelligitur pariter ſine alterius iniuria, quod procedit etiam quoad alia loca publica etiam vias, quas munire non licet ad ſuum commodum damno alterius, ideoque de damni infecti cautione tenetur *dec* 13. *num.* 18. 19. 20.

Habenda eſt ratio damni non ſolum imminentis ſed etiam futuri *decif.* 13. *num.* 21.

Qui ripam ſuam munire contendit tenetur præſtare cautionem damni infecti in annos decem *decif.* 13. *num.* 22.

FORENSIS.

Statutum Florentinum diſponit forenſibus nolentibus cooccurrere cum Crediroribus Florentinis adminiſtrandam eſſe iuſtitiam iuxta ius commune *decif.* 10 *n.* 1. & de ratione *n.* 9.

Hypotheca Florentinorum Creditorum per dictum Statutum evanuit, nec videtur poſſe obiici forenſibus hypothecam habentibus, quod confirmatur *decif.* 11. *num.* 1. 5.

Statuentes equalis tantum inter Florentinos actionibus numquam

quam volucrunt ex dicta equatione privilegiariam Cauſam impartire forenſibus *deciſ.* 11. *num* 8.

Probatur Florentinis numquam prælatos fuiſſe Forenſes, ubi de numquam intercupta obſervantia; quæ magis deciſionem confirmat, non obſtante, quod de hac obſervantia interpretativa evertenda, & de clauſula irritanti inſerta in *Rubr.* 17. *Statutor* dicitur *dec* 11. *num.* 20 21 22 23

Ex pluries iudicatis, & longa obſervantia pro non prælatione Forenſium reſultat Statutorum obſervantia interpretativa *dec.* 11. *num.* 26.

Statuta niſi per ſtatuentes aliter ſint determinatum non poſſunt obeſſe forenſibus quia ſunt alienæ iuriſdictionis, ideoque ſecundum diſpoſitionem iuris Communis, de iis eſt iudicandum *deciſ.* 12. *num.* 55 56.

Bona ſtabilia ex titulo lucrativo non poſſunt in hoc ſtatu transferri in Forenſes *dec* 12. *n* 1.

A Teſtatore extraneo facta vocatione filiorum, recurrendum eſt ad interpretationem Iuris Communis; non municipalis *deciſ.* 24. *n.* 39. declara ut *num.* 40.

FRAUS.

Quando aliquid prohiberur ad evitandas fraudes nullitas habetur a Lege non ab homine *deciſ* 14. *num.* 25.

Coniectura in dubio trahi debet ad actum licitum, & permiſſum ad fraudis excluſionem *deciſ.* 25. *num* 8.

Fraudis præſumptiones contrariis præſumptionibus, & coniecturis eliduntur *deciſ.* 25. *num* 9.

Mandatum, & affictus habent cauſam finalem, & ſatis veriſimilem ad tollendam fraudis ſuſpicionem *deciſ* 25. *num.* 11.

Quod donatio ſit fraudibus exiorta coniecturæ ſunt, ipſius immodicitas, liberalitas erga extraneum cum excluſione nepotum ex filio *deciſ* 27. *n.* 16. 18. Appoſitio inſolitarum clauſularum & affectatarum cautelarum *n* 20. 38 39 40 Falſæ aſſertiones in donatione expreſſæ *num.* 23. 36 Qualitas Teſtium *num* 24. Confectio Inſtrumenti extra locum proprio Statuto ſubiectum *n.* 25. 27. 36 37 38. 39. & 41. & in ipſa Domo donatarii *n* 28 & 40. Qualitas fœminæ in donante *num* 30 36. Ætas decrepita *num* 31. 37 40 Reſervatio uſusfructus favore Donantis cum libera adminiſtratione bonorum favore Donatarii *n.* 32. Et denique tota ſeries facti *num.* 33.

FRUCTUS.

Fructus ab hærede percepti imputantur in Trebellianicam amplia etiam in Mixte Fideicommiſſo gravata *deciſ.* 1. *num.* 17. & 18.

Fructus veniunt in reſtitutione a die motæ Litis *deciſ.* 1. *n.* 19.

Amplia ut nec reus ſe excuſare

valeat ſub prætextu ignorantiæ, vel detractionum *dec.* 1. *n* 20.
Vel ex capite bonæ fidei *deciſ.* 1. *num.* 21.
Amplia ut Iudex condemnare valeat ad fructus etiam ſi petiti non fuerint *deciſ.* 1. *num.* 22.
Fructus Fideicommiſſi non debentur vocato in caſum contraventionis qui percepti fuerunt ab alienante ante declaratam caducitatem *dec.* 2. *num.* 70..
Poſſeſſor a die litis conteſtationis condemnatur ad fructus, ex quo conſtituitur in mala fide. Et huius malæ fidei præſumptio eſt iuris, & de iure *deciſ.* 6. *n.* 47.
Ante litem conteſtatam poſſeſſor cum titulo a jure non improbato facit fructus ſuos, & ad hoc ſufficit abeſſe malam fidem *deciſ.* 6. *num.* 50.
Amplia quod etiam quælibet cauſa, vel opinio erronea tam in jure quam in facto excuſet *dec.* 6. *num.* 51.
Item etiamſi Lex actui a principio reſiſtat, ſi allegaretur error facti *deciſ.* 6. *num.* 52.
Fructus reſtituendi ſunt a die litis conteſtatæ ob conſumptam malam fidem *deciſ.* 9 *num* 69.
Et hæc præſumptio eſt iuris, & de iure *deciſ.* 9. *num* 70.
Et ita obſervatur in *conſ. Neapolit. Rot Bononien* & Regia audientia Cataloniæ *dec.* 9 *n.* 71.
Bona fides, vel media excuſat a reſtitutione fructuum ante motam Litem perceptorum *deciſ.* 9. *num.* 72.
Ad hunc effectum non requiritur titulus, ſed ſufficit qualis occaſio poſſidendi etiam colorata *deciſ.* 9. *num.* 73
Remiſſis in apocha fructibus probare quis debet omnia in ea contenta adimpleviſſe *dec.* 16. *num.* 2.
Remiſſis fructibus dummodo ſolvatur ſors intra menſes, poſt annorum, lapſum non eſt locus remiſſioni *deciſ.* 16 *n.* 3.
Fructus cenſus decurſi in vita Teſtatoris ſunt ſolvendi ex bonis Fideicommiſſariis, ſecus quoad decurſos in vita gravati, & quando pro illis valeat alienatio *deciſ.* 20. *num.* 46.
Fructus a poſſeſſore bona fide, percepti non imputantur in eius creditum *deciſ.* 21. *num.* 43
Fructus a die motæ Litis ſunt reſtituendi a quolibet poſſeſſore *dec.* 21. *num.* 46.
Ante vero motam Litem percepti non reſtituuntur ubi non adſit poſitiva mala fides, ſed media *deciſ.* 21. *num.* 47.
Amplia ut ſufficiat error iuris *deciſ.* 21. *num.* 48.
Et qualis qualis poſſidendi occaſio *dec.* 21. *num.* 49.
Præſertim quando fructus non petuntur principaliter ſed acceſſorie *deciſ.* 21. *num* 50.
Et non conſtat de illorum exiſtentia, vel locupletatione *dec.* 21. *num.* 51.
Fructus reſtituendi a die motæ Litis diminuuntur pro concurrenti quantitate creditorum, quo quibus datur poſſeſſori retentio *dec.* 21. *num.* 52.
Et an talis diminutio fiat reſpectu creditorum fructiferorum vel

vel infructiferorum remiſſive *dec.* 21. *n.* 55.

Solutum ultra quantitatem fructuum imputatur in ſortem non obſtante quacunque præcedenti conventione *deciſ* 26 *n* 5. ſed contra *num.* 27. *& ſeq. &* n. 34. 38.

Liber adminiſtrationis plene probat quantitatem fructuum perceptorum ex re empta *deciſ.* 26. *num.* 7.

Redditibus Locorum Montis diminuris, eodem modo minuendum eſt intereſſe pretii, cuius inveſtimentum in Locis Montium fuerat deſtinatum *dec* 26. *n* 9 ſed contra *num.* 46. 61. *& ſeq.*

Taxationis fructuum recompenſativorum, conventiones pro modico exceſſu non ſunt de facili retractandæ *dec* 26. *n.* 36.

Taxatio fructuum recompenſativorum ad rationem quinque pro centenario, utpote legalis, & veriſimilis ſervanda eſt tamquam ſpecies tranſactionis ad evitandum dubium Litis eventum quoad illorum liquidationem ſaltem donec contrarium concludentiſſime probetur *deciſ* 26 *n* 69.

Venditor bonorum poterat damnum ſuper Locis Montium poſt illorum emptionem, ubi empta fuiſſent, evitare illa iterum vendendo, & pretium in alios effectus implicando *dec.* 26 *n* 62.

Ex Cenſu extincto nulli debentur fructus *dec* 32. *num.* 23.

Fructus percepti a Reo ſunt reſtituendi a die motæ Litis, ſed poſtquam Actor iura ſua clara, & indubia exhibuit *deciſ* 40. *n.* 1. 16. 18 & de ratione *n.* 2.

Titulus etiam invalidus, & putativus cauſatus ab errore facti, vel iuris ſuffragatur poſſeſſori ad fructus reſtituendos *deciſ.* 40 *num.* 9.

Leges diſponentes, quod fructus ſint reſtituendi a die litis conteſtatæ procedunt in caſu, quo ex litis conteſtatione Poſſeſſor conſtituatur in mala fide *deciſ.* 40. *num* 12.

Perempta inſtantia fructus non debentur a die primæ Litis conteſtatæ, ſed a die ſecundæ *deciſ.* 40. *num.* 13.

Fructus haberi non poſſunt quando ſors obtineri nequit, cuius ipſi ſunt acceſſiones *deciſ.* 40. *num.* 19.

In poſſeſſore obligatio reſtituendi fructus incipit non a die primæ, vel ſecundæ productionis, ſed a die tertiæ, vel quartæ productionis illorum iurium, quæ victoriæ cauſam pro Actore dederunt *deciſ.* 40 *num.* 21.

Poſſeſſor non obligatur ad fructuum reſtitutionem a die factæ indicationis documentorum ab Actore, & de ratione *deciſ.* 40. *num.* 22

Tempus reſtitutionis fructuum dimetiendum eſt a novis iuribus, quibus Iudex reſtitutionem in integrum conceſſit *deciſ.* 40. *num.* 35.

Bona fides pro reſtitutione fructuum conſiderari debet an a facti, vel a iuris errore procedat *deciſ.* 40. *num* 36.

Reus

